CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM VINDOBONENSIS.

VOL. LXI.

AVRELII PRVDENTII CLEMENTIS CARMINA

EDIDIT

IOANNES BERGMAN.

VINDOBONAE ∘ LIPSIAE.
HOELDER-PICHLER-TEMPSKY A.-G.
MCMXXVI.

Kommission für die Herausgabe
spätlateinischer Texte
der Wiener Akademie der Wissenschaften
Wien, I., Universitätsplatz 2/II.
Nr. 2/61.

AVRELII PRVDENTII CLEMENTIS CARMINA

RECENSVIT

ET PROLEGOMENIS, COMMENTARIO CRITICO,
INDICIBVS INSTRVXIT

IOANNES BERGMAN.

VINDOBONAE ∘ LIPSIAE.
HOELDER-PICHLER-TEMPSKY A.-G.
MCMXXVI.

OMNIA IURA RESERVATA.

NR. 10485.
VINDOBONAE. TYPIS DESCRIPSIT ADOLPHVS HOLZHAVSEN.

PROLEGOMENA.

I. DE PRUDENTII VITA ET SCRIPTIS.

De Aurelio Prudentio Clemente, quem antiquitatis Christianae poëtam facile principem fuisse satis constat, pauca tradita sunt ueterum testimonia. Nihil fere de eius uita scimus nisi quae ipse, qua erat modestia et mentis uere Christianae humilitate, in carminibus suis parcissime de se aperuit uel quae coniectando inde erui possunt, additis quae in libello, quem *De uiris inlustribus* Gennadius presbyter Massiliensis saeculo quinto exeunte florens inscripsit, breuiter narrantur.

Prudentius ipse in Praefatione carminum, quam septimo et quinquagesimo aetatis anno se scripsisse testatur (u. 1—2), id est anno p. Chr. n. 405. — nam anno 348. (*Saliae consulis*) se natum commemorat (u. 24) —, uitae suae casus et res gestas breuissime percenset uel potius adumbrat: post pueritiam *sub ferulis flentem* (u. 8) mox toga uirili sumpta se *falsa loqui non sine crimine* didicisse fatetur (9), quibus uerbis dialecticam rhetorum disciplinam in fictis causis defendendis uel controuersiis mouendis uersantem per ambages tangere uidetur; tum lasciuiae iuuenili et *luxui petulanti* (11) deditum se fuisse cum dolore narrat, postmodo autem constanti iam aetate ueras in iudicio causas egisse et *bis legum moderamine frenos nobilium urbium rexisse* (16—17). Quae fuerint urbes, prorsus ignoratur; nam quod de hac re in Chronico Pseudo-Dextri praebetur, nulla fide dignum est (cf. infra). Verisimile tamen uidetur Prudentium, qui natione Hispanus erat, rectorem regionis cuiusdam Hispaniae superioris fuisse, quia de terrarum Pyrenaeo subiacentium populis saepe et familiarissime

loquitur, alias regiones et ciuitates — Roma excepta — non aeque curans. *Tandem militiae gradu* (19) euectum a principe (siue a Theodosio, qui et ipse ex Hispania oriundus erat, siue ab Honorio, filio eius) se dicit, iussum *ordine proximo* (21) adstare. Multum de uerbo *militiae* recte interpretando quaesitum est a uiris doctis, quorum alii poëtam exercitibus praepositum rebusque bellicis occupatum fuisse censuerunt, alii autem subtiliorem uocabulo illi uim subesse suspicati sunt; uelut Areualus eos, *qui officiis iureconsultorum, praesidum, rectorum et similium funguntur, uulgo in codice Theodosiano* ‘*militare*’ *et ad* ‘*superiores militias*’ *ascendere dici* commemorat[1]), Dressel autem, ultimus operum Prudentianorum ante nos editor, auctorem re uera militem fuisse existimat, monens, quanta rei militaris scientia in scriptis eius eluceat, praecipue in libro Psychomachiae, addensque testimonium Gennadii, qui Prudentium *militem Palatinum* fuisse testatur[2]). Qua in re mihi Areualus meliorem causam defendere uidetur, quod neque ea, quae de latiore sententia uocis *militiae* profert, iure refelli possunt, neque quae Prudentius in Psychomachia de rebus militaribus adfert proelia uirtutum cum uitiis describens maiorem uim habere possunt, quam quae apud alios poëtas leguntur, cum bella exornant, e. gr. apud Vergilium, quem ante alios sibi proposuerat imitandum. Adde, quod Prudentius uitam suam enarrans, cum iuuentutem et mediam aetatem describit, ne uerbo quidem de rebus militaribus agit, sed de causarum actione et *legum moderamine;* uix autem credibile est, eum extrema demum aetate ad militiam bellicam se conuertisse. Testimonium uero Gennadii non satis graue esse puto, cum nullo alio fundamento niti uideatur, quam eodem uersu Prudentiano (19), in quo etiam multi posteriores *militiam* propria notione acceperunt: dicit enim, postquam scripta poëtae enumerauit: ‘*ex quorum lectione*’ *agnoscitur miles Palatinus fuisse.*

---

[1]) F. Areualus in Prolegomenis editionis (*cf.* Migne, Patrol. LIX p. 601).

[2]) A. Dressel, *Prudentii Carmina,* Lipsiae 1860, Proleg. p. IV.

Sed haec hactenus. Verbis illis *ordine proximo* gradum honoris, qui 'proximatus' uocabatur, indicari uerisimile est. Certe uir clarus fuit et in summo honore habitus. Quam uitam honoratam et saeculi iudicio utilem ipse ut male perditam damnat: *fine sub ultimo stultitiam exuere* uult et *saltem uoce deum concelebrare, si meritis* (i. e. actibus, rebus gestis) *nequit* (36). Tum scripta sua breuiter indicat spem suam exprimens se in scribendo uel eloquendo, id est — nisi fallor — carminibus piis pro precibus utendo, beatam mortem obiturum esse.

Haec fere sunt, quae Prudentius in Praefatione narrat. Ad quae addenda sunt pauca, quae in carminibus dispersa inueniuntur, in quibus de se loquitur. In eo libro, qui Apotheosis inscribitur (u. 450 sq.), se puero Iulianum imperatorem fuisse commemorat. Quod bene cum Praefatione congruit: anno enim 348. natum primo imperatoris Iuliani anno puerum tredecim annorum, ultimo autem (363.) quindecim eum fuisse apparet. In libro Peristephanon de Hispania agens urbes Caesaraugustam, Calagurrim, Tarraconem *nostras* appellat (Pe[1]) IV 1—4, 31, 97, 101, VI 143—148). Aliis huius libri locis de peregrinatione sua Romana et uisitatis martyrum sepulcris redituque in Hispaniam felici narrat (Pe II *passim,* IX 3 sq., XI 1—18, 179—180, 231—234, 243—246, XII 65—66). Praeterea saepius de indignitate sua et de peccatis uitae praeteritae humillimo animo uerba facit (H 931—966, Pe II 573—577, VI 160, X 1136—1140, XI 243—244, XIV 130, *cf.* Epilogum), item linguae rusticitatem et inelegantiam carminum suorum maiore, quam par est, humilitate reprehendit (S I 643—647, II pr 44—60, Pe X 1—22; *cf.* Epil. 11—12).

Praeter haec ipsius de se testimonia nihil fere restat de Prudentio ab antiquis traditum, nisi quae Gennadius refert, cuius modo mentionem fecimus, in libello *De uiris*

---

[1]) Breuitati studentes ad singulorum carminum titulos significandos iis utimur siglis, quae in pp. XI sq. et 450 enotauimus.

inlustribus, qui intra annos 480.—500. conscriptus est. Verba Gennadii haec sunt: [1])

Prudentius uir saecularі litteratura eruditus conposuit ⟨τροχαῖον⟩ de toto ueteri et nouo testamento personis excerptis. Commentatus est et in morem Gr[a]ecorum exaimeron de mundi fabrica usque ad conditionem primi hominis et praeuaricationem eius. Conposuit et libellos quos Gr[a]eca appellatione praetitulauit [ἀποθέωσις ψυχομαχία ἁμαρτιγένεια] id est: de diuinitate [de conpugnantia animae] de origine peccatorum. Fecit et in laudem martyrum sub aliquorum nominibus inuitatorium ad martyrium librum unum et [h]ymnorum speciali tamen intentione aduersus Simmachum ydolatria[m] defendentem et (ex?) quorum lectione agn[o]scitur Palatinus miles fuisse.

Addenda sunt fortasse, quae Sidonius Apollinaris (II Ep. 9) scribit: *Libri affatim in promptu . . . nam similis scientiae uiri hinc Augustinus, hinc Varro, hinc Horatius, hinc Prudentius lectitabantur,* praeterea quae Auitus (Ad Fuscinam sororem 414): *quae prudenti olim cecinit Prudentius ore,* et Venantius Fortunatus (Praef. libri de S. Martino):

Martyribusque piis sacra haec donaria mittens
prudens prudenter Prudentius immolat actus.[2])

---

[1]) Verba dedi secundum C. A. Bernoullium (Hieronymus und Gennadius *De uiris inlustribus,* Freiburg u. Leipzig, 1895), qui codicem Vercellensem 183, saec. VIII. (= D) sequitur. Varias lectiones in praefatione has adfert: uir *deest B* troceum *ACD* trocleum *B* διττοχαῖον *editiones Fabricii, Vallarsii, Herdingii* (τροχαῖον = cursorium *Bernoullius ipse coniecit)* de conpugnantia animae *deest D* de conpunctione *A* animi *A b* cognuscitur *D a. c.* agnuscitur *p. c. Pro Graecis libellorum titulis in codice D leguntur:* aputheusis, psythiomachia, amartygenia.

[2]) Ad haec testimonia olim interdum adiungebantur, quae sequuntur e Chronico Pseudo-Dextri deprompta, quae ad uarios annos adnotata finguntur: Ad annum 388.: *Floret Fl. Prudentius, patre Caesaraugustano, matre Calagurritana natus (Salia consule) Caesaraugustae,* et infra: *Prudentius, Toleto, Corduba ac Caesaraugusta in Hispania egregie gubernatis, fit dux et habetur orator celeberrimus et poeta mirificus, anno 400. petit Romam.* — Ad annum 396.: *Prudentius lyricus Caesaraugustanus Romae scribit.* Quod cum antecedentibus male congruit, ubi anno demum 400. Romam petiisse dicitur. — Ad annum 424.: *Prudentius Roma Caesaraugustam rediens ad sedem Caesaraugustanam S. Mariae plenus dierum et illustrium operum post multas pugnas cum omnibus haereticis sui temporis habitas tranquille moritur.* Quae cum mortis iam iam instantis exspectatione ab ipso poeta anno 405. uerbis non obscuris expressa non minus

Prudentium ex Hispania oriundum fuisse compluribus carminum locis confirmatur, inprimis uu. Pe II 537—548. Sed quemadmodum de Homero sibi ut populari uindicando septem ciuitates inter se certauisse fama est, ita de Prudentii origine controuersia fuit inter tres Hispaniae citerioris urbes, Calagurrim, Caesaraugustam, Tarraconem, quarum quamque in carminibus *nostram* appellauerat. De Tarracone res in aperto est: *nostrae urbis* (Pe VI 143) idem ualet atque 'huius, quam nunc laudo, urbis'; paulo infra de martyribus Tarraconensibus haec addit:

quorum praesidio fouemur omnes
terrarum populi Pyrenearum,

suum ipsius populum haud obscure inter alios Pyrenaearum terrarum incolas complectens, quos participes esse uult sanctorum munerum et bonorum Tarraconis (u. 160 ipse sibi per Fructuosum, martyrem Tarraconensem, *medellam* precatur). Quod ut luce clarius appareat, ad u. 150 procedas quaeso, ubi Tarraconenses iam ut exteros alloquitur, his quidem uerbis:

uestrum psallite rite Fructuosum,

quod iam uidit et monuit Aemilius Faguet.[1]) Missam igitur Tarraconensium ciuitatem facientes ad litem, quae restat inter Caesaraugustam et Calagurrim, diiudicandam transeamus multo, si uerum quaeris, difficiliorem. Utramque *nostram* appellat, sed in ea uoce nulla propria uis ad patriam ueram inuestigandam inesse mihi uidetur; nam hic quoque poëtam nihil nisi urbem Hispaniae septentrionalis uel Pyrenaeis montibus subiacentis indicare uoluisse crediderim. Aemilius Faguet hanc litem semper sub iudice mansuram ratus propensior tamen ad uindicias Calagurritanas est: huius ciuitatis martyribus, Emeterio et Chelidonio, primum in libro Peristephanon locum quasi honoris causa adsignatum esse monet. Quod nostro quidem iu-

male congruere uidentur. Haec omnia commenticia sunt; nam Chronicon Dextri, quod uocatur, ab Hieronymo Romano de Higuera (1539—1611) compositum esse, iam diu inter omnes constat.

[1]) *De Aurelii Prudentii Clementis carminibus lyricis.* Burdigalae 1883.

dicio infirmum est testimonium; nam quis pro certo adfirmare possit ordinem hymnorum martyres concelebrantium ab ipso auctore constitutum esse, praesertim cum in codicibus ualde uariatus occurrat? Sed alios habemus locos, unde, nisi fallor, decerni possit tota haec quaestio. Laudatur enim Pe IV 80 *sacerdotum domus infulata Valeriorum,* Caesaraugustae residens.[1]) E uersu XI 2 cum uersibus eiusdem hymni 179—180 atque 233—244 collato apparet Valerianum ex eadem gente, ut uidetur, oriundum sacerdotem uel episcopum fuisse ecclesiae eius, ad quam Prudentius pertinebat: sanctum enim suum magistrum hunc appellat seque ut ouem aegrotam ab eo in ouile fidelium reduci uult. Versibus 179 sq. se domum et ad Valerianum Roma rediisse testatur:

Quod laetor reditu, quod te, uenerande sacerdos,
conplecti licitum est.

Denique testimonium haud exigui momenti esse existimo, quod in clausula hymni Pe IV, in quo martyres duodeuiginti Caesaraugustanos laudibus prosequitur, uerbis utitur talibus, ut uix dubitari possit, quin ipse ciuis honoratus eiusdem urbis fuerit (u. 197 sq.):

Sterne te totam generosa sanctis
ciuitas mecum tumulis!

Accedit, quod Caesaraugustae *Clementum* gentem quandam habitauisse constat (cf. Dressel, Proleg. ed. p. III.).

Haec fere sunt, quae de uita Prudentii ex ipsius libris et ex antiquissimis fontibus depromi possunt. Non alienum erit paucis commemorare, quorum uirorum in ecclesia et in litteris illustrium aequalis fuerit. Adnotandum igitur uidetur Ambrosium octo circiter annis ante Prudentium natum esse, anno 374. episcopum Mediolani constitutum,

---

[1]) Intra annos 304. et 305. episcopum nomine Valerium Caesaraugustae fuisse refert Gams (*Series episcoporum,* Ratisbonae 1873). Relegatus esse dicitur, sed breui restitutus in sedem suam concilio anni 306. interfuisse. Circa annum 380. alium eodem loco Valerium inuenimus, quem synodo huius anni interfuisse constat.

anno 397. diem obiisse supremum. Paucis annis post Prudentium Augustinus natus est, quem annis 383.—384. Romae uersatum esse constat. Eadem aetate Hieronymus fuit, quem iam 382.—384. Romae degisse scimus. Inter poëtas aequales primo loco nominandus est Ausonius, qui *Mosellam* circa annum 370. Augustae Treuerorum scripserat, anno 378. praefectus Galliarum annoque post cum Olybrio consul factus, post exitum anni 393. obiit; deinde Damasus, epigrammatum sacrorum auctor illustris, quem pontificalem dignitatem Romae tenuisse annis 366.—384. constat; denique Claudianus, quem Romae saeculo quinto ineunte scripsisse scimus. Symmachus autem illustrissimus illorum temporum orator erat Romanus. Inter scriptores eiusdem aetatis minores Paulinum Nolanum atque Orientium poëtas et Sulpicium Seuerum Orosiumque historicos nominasse sufficiat.

Anno 382. Gratianus Romae aram Victoriae e curia senatus amouendam curauerat, anno sequente idem imperator Lugduni interfectus est. Intra annos 383.—388. uarii tumultus imperium Romanum implebant Maximo tyranno saeuiente et de summa rerum decertante, donec mense Augusto anni 388. Theodosius, qui iam a. 379. in imperium adscitus erat, uictoria potitus est. Hic per nouas procellas usque ad mortem suam (a. 395.) frena imperii rexit.

Anno 383. imperator Gratianus Idacio episcopo Hispaniensi supplicante omnes haereticos in exsilium pelli iussit: Priscillianus, caput sectae in Hispania non inualidae, eodem anno per Galliam meridionalem cum nonnullis discipulis Romam profectus est sui purgandi causa, sed anno 385. Augustae Treuerorum cum praecipuis sociis capitali supplicio adfectus est.

Iam uero ad scripta Prudentii examinanda procedamus. In codicibus classis antiquissimae et fide dignissimae hoc fere ordine disposita occurrunt:

Praefatio corporis carminum (= Pr)
Cathemerinon (i. e. Hymnorum diurnorum) liber (= C)
Apotheosis (i. e. De diuinitate Christi = A)

Hamartigenia (i. e. De origine peccati = H)
Psychomachia (i. e. De pugna animae = Ps)
Peristephanon (i. e. De coronis, scil. martyrum, liber = Pe)
Contra orationem Symmachi libri duo (= S I, S II)
Tituli historiarum (uulgo '*Dittochaeum*' = D)
Epilogus (= E).[1])

Codices ceterarum familiarum eosdem libros, sed uariato multifariam ordine exhibent: plerique C et Pe coniungunt, ita ut unum quasi corpus lyricis metris compositum efficiant in duos libros diuisum, A H Ps S autem alterum corpus librorum heroico uersu compositorum.

Prudentius ipse in praefatione editionis carminum suorum, quam anno 405. edendam curauisse uidetur, scripta sua enumerat, his quidem uerbis (Pr u. 37—42):

Hymnis continuet dies
nec nox ulla uacet, quin dominum canat;
pugnet contra hereses, catholicam discutiat fidem;
40 *conculcet sacra gentium,*
labem, Roma, tuis inferat idolis;
carmen martyribus deuoueat, laudet apostolos.

Versibus 37—38 liber *Cathemerinon* clare indicatur, quo hymni certis dierum et noctium horis canendi continentur; u. 39 *Apotheosin* haereticos uariorum generum refellentem spectat, sine dubio etiam *Hamartigeniam,* quamquam de hac re controuersia est[2]); u. 40, nisi fallor, *Passionem Romani* (= Pe X) tangit, in quo carmine numina gentium, quaecumque in orbe terrarum coleban-

---

[1]) Variatus tamen occurrit S, D, E ordo, ita ut in aliis codicibus S ante Pe, in aliis post Pe, et D uel ante E uel ordine contrario inueniatur.

[2]) Cf. O. Hoefer, *De Prudentii poëtae Psychomachia,* Marpurgi 1895, cuius commentationis auctor Hamartigeniam in Praefatione indicatam esse prorsus negat (p. 49). Mihi quidem haud recte uidetur disputare; nam etiam in Hamartigenia contra haereticos pugnatur (Marcionitas, Manichaeos, alios).

tur[1]), deridentur. Hoc carmen ab origine locum a ceteris libri Peristephanon hymnis separatum tenuisse mihi persuasum est, unum per se librum proprium efficiens. Nam in nullo codice ita ut in editionibus decimo hymnorum Pe loco insertus inuenitur, sed aut ante aut post ceteros huius libri hymnos collocatus est. Praeterea multo longior est quam longissimus quisque ceterorum, non minus quam 1140 uersus complectens. Adde, quod in nobilissimo codice Ambrosiano (D sup. 36) magnae antiquitatis (saec. VII.) bonaeque notae membrana, hunc titulum prae se fert: *Sancti Romani martyris contra gentiles dicta.* Deinde uersu 41 non ambigue libri *Contra orationem Symmachi* duo significantur, in quibus Prudentius cum de idololatria urbis Romae tum de remouenda e curia imagine et ara Victoriae agit. Versu 42 denique librum *Peristephanon* significatum esse uel partem eius, ubi martyres et (Pe XII) apostolorum principes praedicantur, nemo negat.

Prudentius igitur ipse scripta sua, illo tempore (a. 405. p. Chr. n.) ad edendum parata, hoc ordine uidetur indicare uoluisse: C A H Pe 10 S Pe. Desunt Ps et D; nam quod Pr et E, ut minimi momenti additamenta paruique tenoris, in enumerando neglecta sunt, non est mirandum. Gennadius autem, qui eodem saeculo exeunte scripsit, hunc ordinem prorsus diuersum profert: D, Hexaëmeron, A Ps H Pe C S.

Ps igitur et D post a. 405. edita uidentur. *Hexaëmeron* autem in omnibus codicibus desideratur. Quare cogitare possis de Gennadii errore et de confusione cum Hexaëmero Ambrosii aequalis commissa.[2]) Hexaëmeron si re uera Pru-

---

[1]) Cf. u. 196 (*Cybebes lucum pineum*), 228 (*meretrix Adonem uulneratum scaenica libidinoso plangit adfectu palam*), 253—255 (*promisce adora, quidquid in terris sacri est, deos Latinos et deos Aegyptios, quis Roma libat, quis Canopus supplicat*), ne plura adferam.

[2]) Sed fortasse iniuria de fide Gennadii dubitatum est. Exstat enim apud Notkerum Balbulum (830—912): *Si . . . metra* (≐ opera poëtica) *requisieris, non sunt tibi necessariae gentilium fabulae, sed habes in Christianitate prudentissimum Prudentium De mundi exordio, De martyribus* cet. (Notatio de illustribus uiris 7).

dentii fuit, certe hodie non exstat. Dittochaeum, quod uocatur, collectio inscriptionum infra imagines parietarias in ecclesia quadam pictarum uidetur fuisse, quas sine dubio non ipse auctor Prudentius uiuus inter libros ediderat.

Is ordo librorum, quem indicant Praefationis uersus supra relati (C A H Pe10 S Pe), magis cum eo ordine conuenit, quem habent codices classis uetustioris, quam cum Gennadii indice, qui cum nullo codice congruit.

Si, quibus temporibus scripserit Prudentius, diligentius inquirere uelis, primum pro termino, ante quem nihil ediderit, statui potest annus 392. Nam Hieronymus in prooemio libelli, qui est De uiris inlustribus, se *omnes, qui de scripturis sanctis memoriae aliquid tradiderunt,* commemoraturum esse promittit *a passione Christi usque ad quartum decimum Theodosii imperatoris annum.* Ambrosium e. gr. nominat (ibid. CXXIV) his quidem uerbis : *Ambrosius, Mediolanensis episcopus, usque in praesentem diem scribit; de quo, quia superest, meum iudicium subtraham, ne in alterutram partem aut adulatio in me reprehendatur aut ueritas.* Et paulo ante (CXXI) Priscillianum nominat, haereticum Prudentii temporibus in Hispania florentem. Sed deest omnino Prudentii nomen, unde uidetur colligi posse hunc ante id tempus nullum librum edidisse. Gennadius, qui libellum suum ut alterum libro Hieronymi quasi priori subiunxit uirosque enumerat, qui post editum Hieronymi opusculum scripserunt, Prudentium tertio decimo loco laudat, cum summa omnium nominum in catalogo eius allatorum sit XCVII. Itaque, si testimonium ab ipso Prudentio in Praefatione datum contulerimus, intra annos 392.—405. conscripti inuenientur libri C A H S Pe. Post 405. Ps confecta uidetur, fortasse etiam D, qui libellus ante hunc annum certe non in scriptum uolumen est redactus. Quo quisque anno liber scriptus sit, uix fieri potest ut eruatur, libris contra orationem Symmachi exceptis. Nam in altero horum librorum uolumine cladis Gothorum apud Pollentiam acceptae mentio fit (S II 696—720). Hanc pugnam

Th. Birt uere anni 402. commissam esse demonstrat.[1]) Idem uir doctus, quia Prudentius Pollentinos agros commemorat, Veronensem autem uictoriam Romanorum de Gothis reportatam silentio praeterit, alterum contra Symmachum librum inter mensem Maium anni 402. et Augustum anni 403. conscriptum esse colligit. Etiamsi hoc argumentum e silentio petitum minus firmum est, non multo tamen post scriptum esse hunc librum apparet; nam de praeparanda salutatione principis uictoris ad urbem aduentantis agitur (S II 726 sq.). Triumphum autem Honorii anno 404. celebratum esse constat. Quoniam poëta u. 1114—1132 in ipsa peroratione sua, ut ludi circenses, qui cum munere gladiatorio et uenationibus bestiarum coniuncti esse solebant, supprimantur, precatur, ante prohibita haec munera sanguinolenta librum scriptum esse statuendum est. Si Theodoreto (Hist. V 26) credimus, uenationes eiusmodi omnino prohibitae sunt anno 404. p. Chr. n. Monachum quendam illo anno ludis in amphitheatro factis sponte se bestiis obtulisse refert eoque uitae suae sacrificio effecisse, ut uenationes exinde plane tollerentur.

Iam nobis de temporibus singulorum contra Symmachum librorum accuratius agentibus persuasum est alterum librum post priorem uno tenore, non interposito longiore temporis spatio scriptum esse. Faguetius autem (l. l. p. 25) priorem librum paulo ante Theodosii mortem, id est a. 395., compositum esse existimat, quoniam de imperatore quasi praesente dicatur, quem Eugenio et Arbogaste (a. 394.) tandem deuictis cultum paganum penitus oppressisse constat. Locis, ubi de principe (Theodosio) ut praesente dicitur, prolatis (*contigit ecce hominum generi ... dux sapiens; felix res publica ... uiget: parete magistro sceptra gubernanti! monet, ut ... error ... absit* S I 35 sq.) colligit librum priorem, in quo talia leguntur, Theodosio adhuc uiuo scriptum esse, alterum

[1]) *Claudiani Carmina* rec. Th. Birt (*Monum. Germ. hist., Auct. antiquiss.* t. X. Berol. 1892), p. LVII. Cf. M. Schmitz, Die Gedichte des Prudentius und ihre Entstehungszeit. I. Aachen 1888.

autem librum, ubi de duobus Theodosii filiis imperatoribus non obscure agitur (*armorum dominos uernantes flore iuuentae* S II 7 et *o clari saluete duces, generosa propago principis inuicti* u. 655), anno demum 404. sub Honorio et Arcadio additum esse. Sed in definienda aetate libri prioris Faguetium errauisse apparet. Nam in exordio huius libri etiam de temporibus Theodosii ut iam dudum praeteritis haud ambigue scribitur (S I 1 sq.):

Credebam uitiis aegram gentilibus urbem
iam satis antiqui pepulisse pericula morbi
nec quidquam restare mali, postquam medicina
principis inmodicos sedarat in arce dolores.
Sed quoniam renouata luis . . .
Inclytus ergo parens patriae moderator et orbis
nil egit prohibendo cet.

Conferre licet u. I 506 sq., ubi dilucidioribus etiam uerbis de praeterita Theodosii aetate agitur:

Talibus edictis urbs informata refugit
errores ueteres et turbida ab ore uieto
nubila discussit iam nobilitate parata
aeternas temptare uias Christumque uocante
magnanimo ductore sequi et spem mittere in aeuum.
Tunc primum senio docilis sua saecula Roma
erubuit cet.

Tempora praesentia hic illic in uersibus libri S I adhibita tantum pro perfectis esse substituta more praesentis historici, ut aiunt, existimauerim. Adde, quod liber contra Symmachum secundus a communi continuandi formula incipit: *Hactenus . . . diximus . . .; nunc obiecta legam* cet. (cf. Verg. Georg. II 1 sq.). Vix uerisimile est poëtam ab eiusmodi exordio coepturum fuisse, si iam ante x annos scriptus esset liber prior. Denique, si iam a. 395. librum contra Symmachum edidisset, difficilis esset intellectu praefatio corporis carminum certe anno 405. scripta, in qua tum primum, id est ultimis demum annis aetatis suae ad senectutem uergentis, ad carmina pia componenda se dedisse adfirmat.

Quando composita sint cetera Prudentii scripta, artioribus finibus ut determinetur, uix fieri posse iam dixi; desunt enim in ipsis carminibus indicia, unde tempora certa intellegantur et discernantur.

In Apotheosis et Hamartigeniae libris quia nonnullas Gigantomachiae Claudiani imitationes repperisse sibi uisus est, haec opuscula post annum 404. (i. e. intra finem anni 405.) orta esse credidit O. Hoefer. Contra quod adferri potest et paucas et incertas esse has imitationes; locutiones enim communes nulloque proprio colore insignes sunt (e. gr. *pauca locutus* Gig. 100, *pauca loquar* A 1; *cernere nulli bis licuit* Gig. 106, *cernere nulli est licitum* A 111). Praeterea incertum mihi uidetur, num re uera possit adfirmari Gigantomachiam anno 404. scriptam esse. Nos quidem unum Apotheosis locum proferre uelimus, unde quamquam fatendum est nihil certi ad aetatem diiudicandam depromi posse, plus tamen fortasse quam e paucis illis et incertis imitationibus Claudianeis efficitur, uersus dico 424—434, inprimis u. 430: *mansueuere Getae.* Getas idem ualere atque Gothos constat (cf. praeterea: *Temptauit Geticus nuper delere tyrannus Italiam . . iuratus . . has arces aequare solo, tecta aurea flammis soluere, mastrucis proceres uestire togatos* S II 696 – 699). Vix crediderim poëtam adeo cultum et Romanum *mansuetudinem* Gothorum post deuastatam Italiam septentrionalem et pugnam Pollentinam laudare uoluisse. Itaque mihi uerisimile uidetur Apotheosin ante annum 402. ortam esse.

In libro, qui Peristephanon inscribitur, duo genera hymnorum discerni possunt: in aliis Romani martyres praedicantur uel saltem ii, quorum sepulcra aut Romae aut in itinere uiderat poëta, alii ad laudandos Hispaniae et Africae martyres scripti sunt (nam Africa Christiana cum Hispania uinculis artioribus coniuncta uidetur fuisse). Illius generis, Romani scilicet, sunt hymni II. (De Laurentio),[1]) XI. (De Hippolyto), XII. (De Petro et Paulo),

[1]) In fine hymni Pe II talibus uerbis utitur poëta, ut credere possis carmen illud iam ante peregrinationem Romanam compositum esse (cf. u.

XIV. (De Agnete uirgine). Addendus est hymnus IX. (De Cassiano Forocorneliensi), in quo narrat poëta se tumulum martyris in itinere uisitasse. Alterius autem generis, Hispani atque Africani, hi sunt: I. (De Emeterio et Chelidonio Calagurritanis), III. (De Eulalia uirgine Emeritana), IV. (De duodeuiginti martyribus Caesaraugustanis), V. (De Vincentio Caesaraugustano), VI. (De Fructuoso et eius diaconis Tarraconensibus), VIII. (De baptisterio Calagurritano, ubi martyres passi erant), XIII. (De Cypriano, episcopo Carthaginiensi). Neutri generi adnumerandi uidentur hymnus VII. (De Quirino, episcopo Sisciano) et is hymnus, qui in editionibus decimus numeratur, sed qui sine dubio liber proprius et separatus habendus est (Passio Romani, martyris Antiocheni). Apparet eos hymnos, qui quasi fructus peregrinationis Romanae sunt, post reditum demum compositos esse, excepto fortasse hymno XIV.; nam in hymnis II. (u. 545 sqq.),[1]) IX. (106), XI. (2, 179, 180, 231), XII. (65) se in Hispaniam rediisse haud obscure indicat auctor. Hymni autem, qui sunt de martyribus Hispanis, ante iter Romanum scripti uidentur, quippe quibus aut nihil aut falsa (cf. IV 62) de rebus Romanis contineantur.

Romae Prudentius uersatus esse uidetur ineunte saeculo quinto; describit enim (Pe XII 45—54) basilicam S. Pauli nouam a Valentiniano II. et Theodosio instauratam, quam anno 386. incohatam paulo post annum 400. perfectam esse constat. Augustinus Rösler[2]) iter Prudentii Romanum intra annos 401.—403. factum esse statuit et poëtam anno 404. in Hispaniam rediisse credit. Cui adsentiendum esse censemus; id tantum dubium uidetur, utrum anno 404. an fortasse postero demum anno in patriam redierit.

529—548, 574). Sed accuratius legenti uix dubium esse uidetur, quin poëta festo S. Laurentii Romae celebrato interfuerit (cf. e. gr. u. 563—568).

[1]) Contrarium conici potest ex 573—576, ubi se *hos inter*, id est inter *alumnos urbicos*, supplicantem infert poëta, sed translata et spirituali notione haec accipienda sunt (cf. 549—552).

[2]) A. Rösler, Der katholische Dichter Aurelius Prudentius Clemens. Ein Beitrag zur Kirchen- und Dogmengeschichte des 4. und 5. Jahrhunderts. Freiburg in Breisgau, 1886 (p. 22).

Inter carmina libri Peristephanon tria, dico Pe II, V, X, ceteris multo longiora sunt. Hymni de Laurentio (II) et Romano (X) separatim editi esse uidentur, fortasse ante ceteros. Quod e pluribus argumentis colligo, quae hic longum est enumerare. Unum adferre uelim: in utroque carmine se auctorem infert uelut ignotum, in hymno II. ipsum nomen suum subscribit (u. 582). Neque tamen multo ante ceteros scriptum esse hunc hymnum apparet: se enim breui moriturum esse sperat (*absolue uinclis saeculi!* u. 584). Ad tempora singulorum librorum et carminum definienda quae diximus sufficiant; certi nihil amplius addi posse uidetur, nisi quod omnia Prudentii carmina intra paucorum annorum spatium composita esse ex Praefatione poëtae apparet, qua se senem demum (u. 34 *fine sub ultimo*) carminibus pangendis operam dedisse dicit.

II. DE CODICIBUS.

Permagna exstat multitudo librorum manu scriptorum, quibus Prudentii carminum reliquiae aut plenae aut decurtatae continentur. Catalogos impressos bibliothecarum, quae sunt in Italia, Gallia, Hispania, Britannia, Germania, Austria, Heluetia, apud Belgas et Batauos, in aliis terris, perscrutatus non minus quam ducentos octoginta fere codices Prudentianos enotaui. Per litteras, quas mihi benigne miserunt praefecti bibliothecarum, quarum catalogi nondum publici iuris facti sunt, addendos esse ad hunc numerum plus quam triginta codices didici. Quanto uberior haec subsidiorum criticorum copia sit quam ea, quae ante hoc tempus cognita et examinata erat, inde apparet, quod Albertus Dressel, ultimus carminum Prudentianorum editor, quamquam plures codices quam editores priores cognouerat, tamen omnes codices Prudentianos, quotquot exstarent, numerum septuaginta non superare existimauit.

Fatendum est maximam partem codicum plus quam trecentorum hodie nobis cognitorum minoris momenti esse, quippe qui aut recentioris aetatis sint aut solam Psycho-

machiam uel Titulos historiarum uel alias minores carminum partes exscriptas contineant. Sed non desunt pretiosissimi et integrì uel integri fere codices antea neglecti; atque adeo duo antiquissimi optimique a nullo adhuc editore, quod mirari possis, accurate perspecti nec, ut par erat, pro solido rei criticae fundamento adhibiti.

Qui ante hanc aetatem Prudentii scripta ediderunt suos quisque codices siue casu siue certis rationibus electos adhibuerant; nemo totam tot codicum molem, ne maiorem quidem eorum partem, perlustrauerat. Neque hoc mirari possumus; nam copiam adeo abundantem penitus examinare immensi fere laboris erat. Experti nouimus.

Maior codicum pars saeculis ab XI. ad XV. exarata est. Non pauci saeculis IX. et X. scripti sunt. Duo soli (uel tres, si fragmentum libri Peristephanon saec. VIII. ineunte ortum adnumeres) aetate Caroli Magni antiquiores sunt. Unus omnes uetustate et praestantia plerosque superat, *Parisinus* bibliothecae nationalis, numero inter Latinos 8084 signatus, olim Puteanus, quem VI. saec. scriptum esse constat. Proximum aetatis locum tenet *Ambrosianus* D 36 sup., saec. VII. Quorum neuter seruatus est integer; maior tamen librorum Prudentianorum pars in his duobus inest.

De codicum generibus et uirtute in commentatione Actis Academiae litterarum Vindobonensis a. 1908 inserta disserui, ad quam delegatos uelim, qui plura de hac re cognoscere cupiant[1]). Hoc loco summam modo quaestionum breuiter perstringere sufficiat et codices ad supellectilem huius editionis criticam delectos paucis describere.

Duae sunt codicum Prudentianorum classes a nobis *A* et *B* litteris notatae, quarum haec (*B*) et alia sibi propria praebet et eo maxime insignis est, quod librum de martyribus (*Peristephanon*) cum libro hymnorum diurnorum (*Cathemerinon*) coniunctum habet, ut unum quasi corpus

[1]) J. Bergman, *De codicum Prudentianorum generibus et uirtute* (Sitzungsberichte der kais. Akademie der Wissenschaften in Wien uol. CLVII, tract. 5). Vindobonae 1908.

lyricum, in duos libros diuisum, efficiant, illa (*A*) autem librum Peristephanon intercedentibus libris hexametro uersu compositis a Cathemerinon hymnis separat. Inter ceteras classium notas proprias ea fortasse maximi momenti est, quod interpolatos quosdam uersus exhibent codices classis *B*, quibus caret classis *A*.

Classis *A* in duas diuisa est familias, quas *Aa* et *Ab* signauimus. Codices familiae *Aa* et propriis quibusdam lectionibus et carminum ordine dignoscuntur; nam liber Peristephanon post librorum Apotheosis, Hamartigeniae, Psychomachiae trilogiam collocatur. In codicibus autem familiae *Ab* post Apotheosin, Hamartigeniam, Psychomachiam libri duo contra orationem Symmachi occurrunt iisque demum liber Peristephanon additur.

Etiam classis *B* duae discerni possunt familiae, *Ba* et *Bb*. In codicibus familiae *Ba* libellus, qui uulgo *Dittochaeum,* rectius fortasse *Tituli historiarum* inscribitur, sequente omnium carminum Epilogo in fine collocatur, cum codices familiae *Bb* has partes ante libros hexametricos positas habeant, ita inuerso insuper ordine, ut Epilogus ante Titulos historiarum inueniatur, pro clausula quadam carminibus lyricis adnexus.

In uniuersum aestimanti melior sine dubio memoria codicum classis *A* putanda est, corruptior classis *B*, praecipue codicum familiae *Bb*. Ad familiam *Aa*, cuius archetypus fidelissimam et uerissimam seruauisse memoriam uidetur, pertinet codex, cuius modo mentio facta est, antiquissimus omnium, qui exstant, *Parisinus* Lat. 8084, saec. VI. Eadem uestigia sequuntur, longo quidem et temporis spatio et uirtutis gradu separati, codices quidam Britannici, quorum auctoritas in iis potissimum partibus, ubi deficit Parisinus in fine mutilatus, magni aestimanda est, quod unici fere restant illius archetypi testes. Familiae *Ab* dux et testis antiquissimus est *Ambrosianus* D 36 sup., saec. VII., cuius archetypus optimae notae fuit multoque praestantior, quam id apographum, ex quo ceteri eiusdem familiae codices, qui adhuc restant, fluxerunt, quamquam

et ipsi boni sunt. Ipse Ambrosianus, quamuis egregia origine ortus, tamen neglegentia librarii sui uitia non pauca praebet et inuersum ordinem libri Peristephanon exhibet, ita tamen, ut uestigia pristini ordinis non dubie deprehendantur. Archetypus totius familiae *Ab* uestigia recensionis antiquae partim dogmaticis, partim grammaticis rationibus factae retinet. De quibus rebus non minus quam de aliarum familiarum dissimilitudine atque indole in commentatione, quam supra commemoraui, fusius disseruimus. Ad ea, quae illic exposita sunt, pauca de uariae propagationis temporibus et codicum stemmate uidentur hoc loco addenda esse.

Atque antiquissimam memoriam seruat familia *A a*, ita tamen, ut paulo post huius familiae originem ortus sit archetypus familiae *Ab*. Quem ante medium saeculum septimum ponendum esse inde apparet, quod unus ex codicibus eius familiae (Ambrosianus) septimo saeculo atque, ut uidetur, non post medium illud saeculum Bobii scriptus est.

Classis *B* ex eodem fonte fluxisse uidetur, qui in codicibus Britannicis eorumque propinquis familiae *Aa* seruatus est, sed mutatum carminum ordinem et paucos uersus interpolatos praebet. Quae mutatio satis antiquis temporibus fieri potuit et certe ante finem noni saeculi eam factam esse apparet. Nullus huius classis codex ante saeculum nonum scriptus exstat, neque ulla uestigia antiquiorum huius classis codicum, qui perierint, inueniri potuerunt. Archetypus classis *B*, quippe qui bonae memoriae testibus cognatus fuerit, non contemnendus est, sed minore librarii cura confectus menda non pauca traxerat, quae in codices huius classis, praecipue in familiam *Bb* inrepserunt; nam is, qui familiam *Ba* condidit, et doctior fuit et exemplum quoddam familiae *Ab* in comparationem adhibuisse mihi uidetur. Quamquam in uniuersum iudicanti deterior est classis *B* quam classis *A*, non tamen desunt in illa classe antiqua et sequenda uestigia. Inprimis in iis partibus, ubi deficiunt testes antiquissimi, codices *Parisinus* 8084 et *Ambrosianus* D 36 sup., non exiguae uirtutis sunt etiam classis *B*

codices, quorum optimi sunt in familia *Ba* codd. *Parisinus* Lat. 8086 et *Leidensis* Burm. Q. 3, in familia *Bb* codd. *Casinensis* 374 et *Sangallensis* 136. Communis codicum Britannicorum (fam. *Aa*) et fam. *Bb* originis testimonia sunt cum alia signa tum tituli uariis libelli contra Symmachum prioris partibus inscripti. Cognationem inter Britannicos et familiam *Ba* interesse testantur similes in Psychomachia et Dittochaeo inscriptiones sectionum et communes nonnullae lectiones, ne de imaginum Psychomachiae similitudine dicam, quae in aliquot codicibus occurrunt. Quae de origine et propagatione imaginum, quibus hi codices illustrantur, indagari potuerunt, R. Stettiner diligentissime exposuit in commentatione „Die illustrierten Prudentiushandschriften" (Berol. I. 1895; II. Imagines, 1905). Obseruandum tamen est, uias, quibus propagabantur imagines et contextus codicum non semper easdem fuisse.

Codicibus, quicumque alicuius momenti et uirtutis sunt, examinatis et in suas classes et familias digestis, hunc delectum eorum, qui cuiusque familiae primarii essent et ad apparatum criticum adhiberi deberent, faciendum putaui:

Classis *A*

Fam. *Aa*
- ***A*** = Parisinus Lat. 8084, saec. VI. (= 'Puteanus' apud Dresselium et priores).
- ***C*** = Cantabrigiensis Coll. Corp. Christi 223, saec. IX.
- ***D*** = Dunelmensis bibl. Cathedr. B 4. 9, saec. X.

Fam. *Ab*
- ***B*** = Ambrosianus D 36 sup., saec. VII.
- ***V*** = Vaticanus Reg. 321, saec. X. (= α apud Dresselium).
- ***N*** = Parisinus Lat. 8305, saec. X.

Classis B

Fam. *Ba*
- ***P*** = Parisinus Lat. 8086, saec. X.
- ***E*** = Leidensis Burm. Q. 3, saec. X. (= 'Egmondanus', E apud Dresselium et priores).

Fam. *Bb*
- ***M*** = Casinensis 374, saec. IX.
- ***O*** = Oxoniensis, Oriel Coll. 3, saec. X.
- ***S*** = Sangallensis 136, saec. IX.—X.
- ***U*** = Bernensis bibl. urbanae 264, saec. IX. (= B apud Dresselium).

Ut clarius ante oculos proponatur, ex quibus fontibus deriuata fluxerit scripturae memoria, stemma hoc adumbratum subicere mihi liceat [1]):



---

[1]) *Siglorum Graecorum explicatio:* α = archetypus classis *A*; — αα = archetypus familiae *Aa*; — αβ = archetypus familiae *Ab*.

γ = archetypus codicum Britannicorum **CD** et cognatorum, qui posteriores sunt quam Parisinus 8084.

β = archetypus classis *B*; — βα = archetypus familiae *Ba*; — ββ = archetypus familiae *Bb*.

δ = archetypus codicum **NV** et cognatorum, qui posteriores sunt quam Ambr. D 36 sup.

Ad hos codices, quorum quisque totum corpus carminum Prudentianorum complexus esse uidetur, quamquam nonnulli nunc, temporum iniuriam experti, alii maiores, minores alii lacunas habent, addendi uidebantur ex magna eorum codicum copia, quibus Psychomachia aut sola aut cum minore ceterorum carminum parte continetur, quorum codicum maior pars minoris momenti est, tres, qui sequuntur:

W = Vaticanus Reg'. 2078, saec. IX.
K = Cantabrigiensis Coll. Corp. Chr. 23, saec. XI.
R = Aurelianensis 307, saec. XI.

Iam ad singulos codices breuiter describendos transeamus.

I. *Parisinus bibl. nat. Lat. 8084*[1]), a nobis ***A*** signatus, uulgo Puteanus uocatus, quippe qui quondam Iacobi du Puy, uiri docti Francogalli († 1656), fuerit, saeculo, ut uidetur, sexto[2]) (in Italia, nisi fallor) nitidissime scrip- Parisinus ***A***.

[1]) In fronte folii primi numero antiquiore 4017 signatus est, in infima autem folii parte numero, qui adhuc ualet, 8084.

[2]) Hoc inprimis forma litterarum diligentius examinata habituque et membranae et scripturae perspecto colligitur (primo aspectu etiam antiquior uideri potest nec defuerunt, qui codicem pretiosissimum temporibus ipsius auctoris attribuere uoluerint: cf. de Vailly, *Éléments de paléographie* I p. 479 sq.), sed accedit testimonium non minimi ponderis, subscriptio, quae post finem libri Cathemerinon in imo folio 45 aduerso exstat: [VET]TIVS AGORIVS [BA]SILIVS. Eundem Vettium Agorium Basilium (Mauortium), anni 527. p. Chr. n. consulem, uirum illustrem, hominem litterarum elegantiorum curiosum peritumque, Horatii carmina recensuisse constat. Subscriptio illa codicis Parisini 8084 eadem manu exarata uidetur, quae et metra carminum in margine adnotauit et pauca scripturae menda correxit. Non desunt, qui codicem exemplar ipsum huius uiri eruditissimi proprium fuisse putent, in ipsius usum nitide et eleganter confectum. Subscriptionem Mauortii genuinam eiusque manu propria exaratam crediderunt et Leopoldus Delisle (*Note sur un ms. de Prudence* etc., Bibliothèque de l'école des chartes tome III, 6me série [1867] p. 297 sq.), uir talium rerum sane peritissimus, et alii, inter quos E. O. Winstedt (*Mavortius' copy of Prudentius,* Class. Review XVIII 1904, 112 sq. et *Mavortius and Prudentius*, Class. Quarterly I, 10 sq.), cum contra eos Th. Mommsen (Hermes IV 352 sqq.), I. Bick (Horazkritik seit 1880, Leipzig 1906, p. 31 sqq.), alii (cf. F. Vollmer, Die Überlieferungsgeschichte des Horaz, Philologus Suppl. X 317 sq.) codicem Parisinum ex ipso Mauortii libro saeculo VI. exeunte descriptum esse putent.

tus, tenui, ut mos erat illius aetatis, membrana, foliorum 155 (tribus foliis adiectis, de quibus infra dicetur, non adnumeratis). Foliorum longitudo 29·5, latitudo 25 fere centim. est, paginae uicenos habent uersus. In partibus lyricis primus cuiusque strophae uersus sine insigniore litterae initialis forma uel pictura in marginem laeuum reducitur. Scriptura est continua neque ullum interpunctionis signum positum est. Litterarum formae sunt capitales rusticae, quae uocantur, neque multum a formis codicis Vergiliani Vaticani 3225 (saec. IV.) differunt (cf. tabulam primam commentationi nostrae *De codicum Prudentianorum generibus* adiectam; alia tabula inspici potest apud *Zangemeister-Wattenbach,* tab. 15; cf. etiam *De Vailly* l. l.).

Pronuntiationis Italicae uulgaris uestigia interdum inter menda scripturae deprehenduntur (*ples* pro *plebs*; *ia* pro *iam*, cf. Ital. *già*; *famolis*, *sedola*, *stridola*; contra hic illic *u* pro *o* occurrit, uelut *friuula*). De orthographia praeterea adnotandum uidetur interdum *d* claudens pro *t* occurrere (saepissime *ad* pro *at*, hic illic *inquid* pro *inquit, liquid* pro *liquit* etc.), saepe *e* pro *i* (*alemoniam, rutelante, uigel, peruigelem, zezaniarum* etc.). Saepissime *bs* pro *ps* scribitur (e. gr. *labsus, labsante, hydrobs)*, rarius *bt* pro *pt* (*abtam, nubta, scribtus*), *f* semper fere pro *ph* (e. gr. *sofia*), raro *ph* (ut *sophistica*), semel *ephybum*, sed aliis locis *efybus* uel *efibus*. De orthographicis huius codicis proprietatibus copiosius disseruerunt *U. Robert* et *E. O. Winstedt* (cf. infra).

Hoc codice, exceptis tribus foliis in fine adnexis, Prudentii carmina continentur hoc ordine: C (1—12) A H Ps Pe I — V 142. Mutilus est non solum in fine, sed etiam in initio, ubi deest Praefatio (sed apparet non solum e foliorum quaternionis primi numero, sed etiam ex eo, quod sine alia inscriptione quam 'hymni ad galli cantum' incipit, Praefationem etiam in hoc codice ut in ceteris eiusdem familiae olim fuisse). Desinit in uersu Pe V 142, post quem alia manus duos uersus male Latinos, certe non Prudentianos addidit (*claudatur antris claustribus | ab omne sit remotior*). In fine adnexa sunt post amissam ulti-

mam partem carminum Prudentianorum tria folia, in quibus alia manus, sed satis antiqua, carmen hexametricum 122 uersuum exscripsit, ita incipiens: *Dicite qui colitis lucos antrumque Sybillae* (sic!).[1])

Totum codicem ipse denuo contuli Lutetiae Parisiorum degens anno 1907. Praeterea duas collationes ab aliis philologis perfectas comparare mihi licuit, quarum altera *Faguetii* in libro iam laudato publici iuris facta est, alteram autem *Winstedt* a se confectam mecum, qua est humanitate atque beneuolentia, communicauerat.

II. *Cantabrigiensis Collegii Corporis Christi 223,* a nobis C littera signatus, membranaceus, 173 foliorum, 24 cm. long., 18 fere latorum. Liber olim Danielis Rogers fuit, quod duobus locis adnotatum est, in fronte libri Cathemerinon et in fine ultimi folii. Testimonium et patriae et aetatis huius codicis ex pagina prima, nisi fallor, deprehendi potest; nam inest in hac pagina tabula regum Francorum, annis regni uniuscuiusque diligenter additis usque ad Karolum, Ludouici Pii, qui uocatur, filium, ad cuius nomen nihil nisi *ann.* additur, spatio numeris inscribendis uacuo relicto. Sub hoc igitur rege codex scriptus esse uidetur; nam manus, quae hanc tabulam praeposuit, eadem est, quae totum codicem exarauit. Post nomen Karoli illius quinque nomina noua inserta sunt, sed ab aliis librariis (*Carl rex Heanric rex* prorsus alia manu et fortasse in Britannia additum; tum *Hludouuicus rex Hlotharius rex Hlodouuicus rex* manu ei, qua codex exaratus est, non multum dissimili, sed *Hludouuicus* duplicata *u* littera Cantabrig. C.

[1]) Cf. Th. Mommsen, *Carmen codicis Parisini 8084* (Herm. IV, p. 352 sqq.), C. Morel, *Recherches sur un poème latin du quatrième siècle,* Paris 1868; cf. praeterea J. B. Rossi, *Bulletino di archeologia cristiana* 1868 p. 49 sq., G. Dobbelstein, *De carmine Christiano codicis Parisini 8084,* Louanii 1879, R. Ellis, *Journal of Philol.* 1868 II 66 sqq. Ceterum in uniuersum de hoc codice illustrissimo et antiquissimo conferre licet: L. Delisle, *Cab. des mss.* III 198, U. Robert, *Notice paléographique sur le ms. de Prudence no. 8084 du fonds latin de la bibl. nationale* (*Mélanges Graux,* Paris 1884, 405 sqq.), E. O. Winstedt, *The spelling of the sixth century ms. of Prudentius* (Class. Rev. XVIII, 1904, p. 45 sq.).

scribitur, quae supra non ita scripta erat). Neque ad haec noua nomina numeri annorum additi sunt. Utut est, etiam his tribus regibus additis non ultra nonum saeculum producimur, nam *Carl* et *Heanric* multo posteriora additamenta sunt. Codex in Gallia scriptus esse uidetur; scriptura Carolingica, quae dicitur, nitidissima est. Paginae uersus tricenos quaternos continent. Raro glossae interlineares occurrunt, saepius autem uocabula insolita uel quae aliis de causis notabilia uisa sunt in margine repetuntur. Quae additamenta, siue glossae interlineares siue uerba in margine adnotata, ab ipso codicis librario uidentur esse inserta.

Prima codicis folia duo post tabulam, cuius mentio iam facta est, formulas quasdam potionum uel medicamentorum et similia continent et in pagina quarta demum litteris capitalibus speciose scriptis *Testimonium de historia inlustrium uirorum CXL et VIII* exstat, id est relatio Gennadii de Prudentio, quam supra commemorauimus. In uerbo *praeuaricationem* desinit; deest enim decisum folium, quod olim sequebatur, ubi finis relationis Gennadianae cum Praefatione Prudentii et initio primi Cathemerinon hymni scriptus erat. Nam folium nunc sequens a uersu C I 3 incipit. Tum totum corpus carminum Prudentianorum exstat, hoc ordine digestum: C (1—12) A H Ps Pe 10, Pe 1—9, 11—14 S D E. Tituli et inscriptiones permultae posteriore cura additae esse uidentur, fortasse saeculo X. ineunte. Ipse codicem partim Cantabrigiae degens contuli, partim foliorum eius imagines arte photographica, quae dicitur, adsimulandas et ad me mittendas curaui.

Dunelmensis *D.*

III. *Dunelmensis bibl. Cathedr.* ('Dean and Chapter Library') *B 4. 9* (*4446*) a nobis *D* littera signatus, membranaceus, foliorum 171, long. 24, lat. 16 cm., tricenorum quaternorum in unaquaque pagina uersuum, saeculo, ut uidetur, X. ineunte in regione quadam Britanniae exaratus. Cum Cantabrigiensi, quem supra descripsimus, artissime coniunctus est, adeo, ut primo aspectu ex eo ipso exscriptus uideatur. Diligentius autem examinanti uerisimilius est utrumque codicem eiusdem archetypi apographon esse,

ita tamen, ut aliis codicibus collatis nonnulla hic illic mutata sint. Variae lectiones saepe in margine adnotatae inueniuntur. Similitudo tamen tanta est, ut non solum eundem uersuum in unaquaque pagina numerum eundemque carminum ordinem habeant ambo, sed etiam eadem saepissime scripturae menda. Maior pars glossarum et uocabulorum marginalium, qui in Cantabrigiensi occurrunt, etiam in Dunelmensi reperiuntur, sed praeter haec permultas alias glossas et adnotationes marginales interlinearesque habet. Duabus manibus exaratus est Dunelmensis, quarum prior folia 1—99 (usque ad u. Pe II 282) confecit, posterior autem reliqua (inde a u. Pe II 283 usque ad finem codicis) suppleuit. Scriptura utriusque manus Britannica est.

Incipit ab eodem Testimonio Gennadii, quod supra commemorauimus. In ultimo folio post finem Epilogi Prudentiani duodeuiginti uersus exstant, quorum nouem priores hexametri sunt, pentametri autem nouem posteriores, non alternantes, ut mos est distichorum, sed nouem hexametros continuos continui pentametri nouem sequuntur. (Inc.: . . . *quondam fueras pulchro decorata libello;* fin.: *ut quondam scriptis ambitiosa tuis*). Post hos uersus adnotationes quaedam de natura eorum additae sunt (Inc.: *In hac pagina omnes uersus tricenarum quinarum litterarum sunt* . . .; fin.: *uersum hunc*).

Codices ***ACD*** eiusdem familiae sunt (*A a*), sed ille codex, unde ***C*** et ***D*** exscripti sunt, Passionem Romani (Pe 10) inter Ps et Pe 1 insertam habuit. Quae Passio in ***A*** deest, nam in ***A*** Psychomachiam continuo sequitur liber Peristephanon incipiens ab hymno primo (De Emeterio et Chelidonio).

Familiae *A a* proprietates praecipuae sunt hae fere: Familia *A a.*

1. Ordo carminum: Pr C (1—12) A H Ps Pe 10, 1—9, 11—14 S D E.

2. Omissio interpolatorum aliquot uersuum (ad A 937, H pr 43, H 69, 191 [194], 858).

3. Tituli librorum saepius in summa fronte paginarum repetiti.

4. Lectiones quaedam propriae, quarum exempla pauca referre liceat: C VII 69 *rarum* (*rarum* ***A C***, *parum* ***D***, sed in archetypo codicum ***C D*** sine dubio *rarum* legebatur; in ea scriptura, qua exarata est prior codicis ***D*** pars, non parua similitudo inter *p* et *r* litteras est; ex corruptela illa *parum* lectio aliorum codicum *paruum* orta uidetur). — C IX 44 *funerat* (mendose pro *funerabat*). — C XII 186 omissum est uerbum *genus* in ***A*** et ***D***, in ***C*** *genus* exstat, sed postea additum, manu tamen primi librarii ipsius. — Ps pr 32 *nexibus* (pro *uinculis*, quod sine dubio glossa fuit, quae in codices familiae *A b* irrepserat, excepto antiquo et egregio codice ***B***, qui cum familia *A a* (***A C D***) *nexibus* praebet). — Pe II 32 *praetulit* (pro *praestitit*). — Pe III 110 *thalamis* (pro *thalamo*).

Quamquam eiusdem familiae sunt et artissime inter se coniuncti codex ***A*** et codices ***C D***, tamen dilucide apparet codicem ***A*** haud fuisse codicum ***C D*** fontem. Archetypus autem codicum ***C D*** fraternitatis, ut ita dicam, uinculo cum ***A*** conexus uidetur fuisse. Et quamquam codex ***A***, egregius quidem, non sine mendis est (cf. e. gr. Ps 312 *delibata,* 836 *actu*), tamen in uniuersum aestimatus multo praestantior est quam qui proximus codicum ***C D*** archetypus fuerat. Itaque cum ceteris codicibus, sed contra codicem ***A*** uersus quosdam sine dubio interpolatos communes habuisse uidetur archetypus codicum ***C D***, uu. dico Ps pr 41—42, quos ad legem carminum lyricorum Meinekianam, quae uocatur, seruandam insertos crediderim.[1]) Non paucis locis uariant in deteriorem partem lectiones codicum ***C D***, e. gr. C IV 59 *Ambacum* ***A*** *abbacuc* ***C D***, A 457 *incerare* ***A*** (cum ***B*** et cetera familia *A b*) *incuruare* ***C D***,

---

[1]) C X 9—16 in ***C D*** duplicem habent formam: et iustam sinceramque, qualis est in ***A***, et falsam, mixtis inter se strophis. Etiam uu. Ps 727—730 interpolationem passi sunt in iisdem codicibus. Multis aliis locis in ***C D*** confusae sunt rectae cum falsis lectiones, ut mixtam originem et minus puram quam ***A*** arguant.

Ps pr 31 *oues* ***A*** (cf. Gen. 13, 5) *greges* ***CD*** (fortasse tamen in ***D*** ex lectione *oues* correctum), Ps 404 *ut* ***A*** *et* ***CD***, 515 *rigor* ***A*** *uigor* ***CD***, 531 *foedere* ***A*** *foedera* ***CD***, 578 *nudata induuiis* ***A*** *nuda in diuitiis* ***CD***, 687 *olea* ***A*** *oleo* ***CD*** cet.

Etiam inter se differunt ***C*** et ***D*** (quamquam plerumque consentiunt), ita ut alter ex altero descriptus esse uix credatur. C III 100 habet ***C***:

flauit et indidit ore animam,
ore animam dedit e proprio.

D priorem uersum solum habet spatio unius uersus post eum relicto. ***A*** posteriorem solum habet. S II 50 *praestat* ***C*** *praestet* ***D***, 814 *sordida sus* ***C*** *spurca suis* ***D***, Pe XIII 91 *trado* ***C*** *seruo* ***D*** (cum familia *Bb* = ***MOSU***). Alia multa dissimilitudinis testimonia proferri possunt, quae longum est enumerare.

Cum egregiae originis sint ambo, sed inter se tantum differant, utrumque codicem in apparatum criticum adhibendum censui.

Iam uero ad codices familiae *Ab* transeamus. Quorum facile princeps habendus est, qui sequitur:

IV. Ambrosianus D 36 sup., a nobis ***B*** littera signatus, membranaceus, foliorum 222, long. 22·5, lat. 14·5 cm. Quaterniones hodie habet 29, quorum 8 loco amissorum substituti et posteriore, quam ceteri, aetate scripti sunt. Antiqui quaterniones 21 restant, scriptura saeculi VII. unciali conspicui, octonorum foliorum; etiam recentiores quaterniones plerique hunc foliorum numerum complent, sed non omnes; nam duo quaterniones quina, unus quattuor continet folia. Duodetricenas lineas singula folia praebent et in recentioribus et in antiquis quaternionibus. Primo in folio primi quaternionis manu quadam saeculi, ut uidetur, XI. scriptum est: *deficiunt duo primi quaterniones.* In Ambrosiano codice carmina hoc ordine disposita inuenimus (quae uncis inclusimus, manu posteriore suppleta sunt): Ambrosianus ***B***.

C VII 149 — IX 93 (94 — X, Pe XI, XIII, XII additis uersibus quibusdam Constantinae et Damasi, C XI, XII

1—112) 113—208, Pe X 1—205 (206—453) 454—1140, I, II, III 1—112 (113—215, V 1—342) 343—575, IV, XIV, VI, VII, IX, A 1—847 (848 — H 135). Sequitur lacuna non suppleta, quam excipit quaternio recentior, in quo insunt H 681—805. Sequuntur H 806 — Ps 667 (668—892) 893 — S I 336, tum noua lacuna, denique S I 561 — S II 84 (85—520). Cetera desunt. Quod ad aetatem supplementorum attinet, scriptura manum saeculi IX. uel X. ineuntis indicare mihi uidetur. Sed et alio argumento ad eandem aetatem ducimur. Exstat enim in bibliotheca Vaticana codex Psychomachiae saeculi IX. (Vat. Reg. 2078), quem ex ea parte Ambrosiani, qua Psychomachia continetur, descriptum esse inuenimus. Eadem scripturae menda seruat, etiam ea, quae Ambrosiani maxime propria sunt (e. gr. Ps 39 *ardentibus,* 279 *gaudium*, 498 *sacerdotealumini*). Accedit, quod Vaticanus ille magnam habet lacunam (uu. 668—892), quae item unum quaternionem complens in Ambr. D 36 sup. deprehenditur. Sed in Ambrosiano suppleta est haec lacuna ab illa saeculi IX. uel X. manu, qua octo huius codicis amissos quaterniones substitutos esse docuimus. Itaque haec supplementa tum nondum addita erant, cum exemplar Vaticanum describebatur, sed non multo post; nam scriptura supplementorum IX. uel saltem ineuntis X. saeculi ductum prae se fert.

Antiquior codicis Ambrosiani pars Bobii scripta uidetur esse; nam formae litterarum unciales eaedem sunt, quae in exemplari Sacrae Scripturae (Harl. 1775) spectantur, quod in Museo Britannico uidimus et quod in monasterio Bobiensi paulo post initia saeculi VII. scriptum esse constat. Accedit, quod in primo codicis Ambrosiani huius folio adnotatum est: *Liber sancti Columbani de bobio* (adnotatio tamen manu saeculi IX., ut uidetur, facta est).

De orthographia, quae magnam cum codice ***A*** similitudinem habet, pauca uidentur adnotanda:

Saepe *ae* pro *e* occurrit, e. gr.: *caede* (= *cede* A 178), *graeges* (Ps pr 31), *ipsae* (= *ipse* A 215); saepe *i* pro *e* substituitur, uelut: *displicit* (Pe X 1071), *faetit* (Pe X 508), *obsidit* (= *obsidet* A pr^2 15), *plictiles* (A pr^2 24),

rigimen (S I 295); rarius *u* pro *o*: *interpulat* (A pr² 45), *porcus* (= *porcos* A 414), *rutundo* (S I 312). Vox *eclesia* semper fere simplici *c* scribitur (ita etiam in ***A***); saepius *u* pro *b*: *inpleuit* (= *inplebit* Ps pr 68), *pleue* (= *plebem* A 773), *tauentis* (S I 16), *uiiugum* (S I 128), cetera. *F* pro *ph* non raro occurrit, sed minus saepe quam in codice ***A***, ubi semper fere ita scribitur. Non raro *c* pro *g* substituitur: *docma* (Pe II 93), *fracmenta* (Ps 457), *crassantia* (Ps 468), saepissime *ad* pro *at* (*adque*, *adtamen* cet.), saepissime etiam *bs* et *bt* pro *ps*, *pt*: *delabsa* (A 546, cf. eodem loco *dilabsa* ***A***), *scribserunt* (S I 301), *innubto* (A 614), *scribtor* (A 302, cf. 296, 377 etc.), *scribtura* (A 110).

Permulta neglegentiae et ignorantiae menda occurrunt, e. gr. *olamca* (pro *classica* Ps 500), *olsos* (pro *obses* S I 584), *sacerdotealumini* (= *sacerdotes domini* Ps 498).

Nulla scholia, nullae glossae exstant neque in antiquis neque in suppletis partibus; pauca correcta sunt, quamquam multa scripturae menda commisit antiquior librarius, qui pulchre quidem pingere didicerat, sed et neglegentior fuisse et male uidetur Latine sciuisse; bonum autem habuit archetypum. Nitidae elegantisque formae semper est scriptura (in antiqua codicis parte). Nulla spatia inter uerba singula relicta sunt. Nullas litteras miniatas uel maiusculas in initiis uersuum habet codex; initia stropharum producto tantum in sinistrum marginem uersu insignia fiunt, eodem antiquitatis more, quem secutus est, qui codicem Parisinum 8084 (saec. VI.) exarauit. Magnam codicis Ambrosiani antiquitatem praeter ipsam litterarum formam et multa interiora signa unum quoque, externum quidem, sed conspicuum et notabile testatur, quod linea quadam undulato modo figurata et in Parisino 8084 et in hoc Ambrosiano liber Psychomachiae clauditur. De hoc pretiosissimo codice quia et in commentatione, quam supra commemoraui, disseruimus et infra (p. XXXVI sq.) plura dicturi sumus, nihil hoc loco addendum uidetur, nisi nos in adnotationem huius editionis criticam lectiones antiquiorum codicis Ambrosiani partium solas recepisse. Ea, quae manus saec. IX. uel X. suppleuit, alienae originis sunt: e codice quodam familiae *Bb* fluxerunt, cuius familiae cum alios aut aeque bonos aut meliores testes habeamus, non opus esse uidetur etiam has partes excerpere. Codicem

totum ipse Mediolani annis huius saeculi V. et VII. contuli. Partem antiquiorem photographice depingendam curaui.[1])

Vaticanus V.

V. *Vaticanus Reg. 321* (a nobis ***V*** signatus), saec. X. ineuntis, membranaceus, foliorum 66, long. 32, lat. 23 cm., quorum in primo praeter rationes quasdam pretiorum receptorum uersus uarii leguntur (*Det famulis caelum, lauit qui sanguine mundum* cet., *Haec lege, qui rectum fidei uis* cet.), postea breuis de auctore adnotatio (*Aurelius Prudentius Clemens iste partim in consulatu, partim in militia, partim in familiaritate principis, sicut ipse* [*h*]*ostendit* cet.); tum libri enumerantur et Testimonium Gennadii adfertur, postremo metrum Praefationis explicatur. In folio secundo incipit Praefatio Prudentii, quam sequuntur cetera, hoc ordine disposita: C (1—12) A H Ps S Pe 10, Pe 1—3, 5, 4, 14, 6, 7, 9, 8, 11—13 E D (E iterum). Carmina Prudentiana folio 64. clauduntur, in folio eodem uerso atque in foliis 65—66. uarii uersus et orationes alienae originis additae sunt. Singulae codicis paginae binarum sunt columnarum (in lyricis breuiorum uersuum partibus etiam trinarum). Duodequadragenae lineae paginas singulas complere solent. Nitide quidem scriptus est codex et minusculis, ut saec. X. mos erat, litteris, sed in membrana hodie subfusca et maculosa litterae non raro euanuerunt fere, praecipue in scholiis marginalibus. Totus enim codex notis in margine additis et glossis interlinearibus refertus est.

Francogallicae originis est, nisi fallor. Certe ad familiam *Ab* pertinet, cuius ceteri codices — excepto antiquissimo illo Ambrosiano, qui et in ceteris rebus multum differt et Italicus est — in Gallia seruantur ibique, ut uidetur, orti sunt. Hoc codice ut primario et optimo usus est ultimus ante nos editor Prudentii, Albertus Dressel (ab eo α signatur).

---

[1]) De hoc codice cf. praeterea A. Reifferscheid, *Bibl. patrum Ital.* II. (Vindob. 1871), p. 83 sq., E. O. Winstedt, *The Ambrosian ms. of Prudentius* (Class. Rev. XIX 1905, 54—57), C. Pascal in *Studi Italiani di filol. class.* XIII. (1905), p. 75 sqq. Exempla scripturae: Aem. Chatelain, *Uncialis scriptura* (Paris. 1901), tab. XVII. (ubi perperam *D 26 sup.* pro *D 36 sup.* scribitur), Thompson-Fumagalli, *Paleografia* I. (Mediol. 1890), p. 43, Bergman, *De cod. Prud. gen. et uirt.* (Vindob. 1908), tab. II.

Bonus est codex, sed nullo modo optimus, ne in sua quidem familia primarium tenet locum, qui iure codici Ambrosiano D 36 sup. (= ***B***) tribuendus est; etiam Parisinus 8305, qui sequitur, Vaticano praestantior est.

VI. *Parisinus bibl. nat. Lat. 8305* (olim Colbertinus 4411, tum Regius 4429, a nobis ***N*** signatus), saec. X., membranaceus, foliorum 157, long. 23, lat. 19 cm. Singulae paginae tricenos habere solent uersus (uel rectius lineas, nam in lyricis quibusdam bini uersus in unaquaque linea sunt). Duo folia, in capite codicis adnexa, opus ecclesiasticum semiuncialibus litteris exaratum praebent, incipiens (initio amisso): *uindex accusator fratrum nostrorum* cet., in tertio folio *Testimonium* (Gennadii) *de (h)istoria inlustrium uirorum* exscriptum est. In folio eodem uerso Praefatio Prudentii incipit, quam sequuntur cetera carmina hoc ordine: C (1—12) A H Ps S Pe 10, 1—3, 5, 4, 14, 6, 7, 9, 8, 11—13 D E. Folia 151—157 alia manu scripta esse uidentur et pallidiore atramento. Parisinus *N*.

Hic codex multa memoriae antiquae signa seruat. Itaque e. gr. titulos librorum in summa paginarum fronte saepe repetitos habet. Descriptus esse uidetur ex exemplari scriptura continua insigni, nullis inter singula uerba spatiis interpositis secundum morem antiqui temporis; saepe enim uerba perperam distinxisse deprehenditur librarius codicis ***N***. Eximio archetypo usus est, qui hunc codicem scripsit, sed ipse hic illic neglegentius operam nauauit, praesertim quod ad externum scripturae habitum attinet. Multa quoque radendo et rescribendo altera manus correxit, uel, ut saepius factum est, corrupit. Sed haec manus pallidiore atramenti colore facile dignoscitur. Codices ***V*** et ***N*** arte photographica totos depingendos curavi.

Codices ***BVN*** ad familiam *Ab* pertinent. Praecipuae huius familiae notae sunt: Familia *Ab*.

1. Ordo carminum[1]) Pr C (1—12) A H Ps S Pe 10 1—3, 5, 4, 14, 6, 7, 9, 8, 11—13 D E (uel E D).

[1]) De ordine codicis ***B*** cf. infra.

2. Omissio interpolatorum uersuum, qui in nonnullis codicibus adnexi esse solent ad A 937, H pr 43, H 69, 191 (194), 858.

3. Omissio uersus A 160.

4. Lectiones quaedam propriae (quarum exempla quaedam uide infra in p. XXXVIII.).

Ordine carminum antiquissimus huius familiae codex Ambrosianus (*B*) a ceteris differt, ita tamen, ut eiusdem originis esse non obscure probetur.

Hic codex Ambrosianus post C 9,93 lacunam habet, quam manus illa saeculi IX. uel X., de qua ante diximus, ita suppleuit, ut post hymnum C 9 finitum recte hymnum 10 adderet, tum autem non recto ordine (C 11—12) continuaret, sed tres hymnos libri Pe, dico Pe 11, 13, 12, insereret et tum demum C 11 et 12 adiungeret. Apparet igitur eum codicem, unde hausta sunt haec supplementa, ad familiam pertinuisse, in qua hymni C 11 et 12 in fine libri Pe collocantur. Sed non dubium est, quin codex Ambrosianus genuinus et antiquus, antequam lacunosus factus est, rectum et continuum hymnorum libri C (1—12) ordinem habuerit. Nam uersum C 9,93 sequi debebant uersus finales hymni C 9, qui sunt uiginti unus (uersus 94—114), sed, quia longiores sunt, binas lineas capiebant; itaque eam partem hymni C 9, quae restabat, 42 lineas effecisse apparet. Hymno autem C 10 uersus 172 continentur, qui adeo breues sunt, ut singulas lineas compleuerint. Atque hymnus C 11, qui hymnum C 10 recto ordine seruato sequi debebat, 116 uersus habet aeque breues; praeterea ex hymno C 12 uersus 1—112 in quaternione amisso erant, et ipsi singulas lineas complentes. Cum quaternio quisque 16 paginas 28 linearum habuerit — tales enim sunt in hoc codice ceteri quaterniones antiqui —, spatium fuisse apparet 448 linearum. Quod ad ea, quae exposuimus, eximie conuenit; nam ad 442 lineas, quae contextui uersuum Prudentii scribendo sufficiebant, accedere debebant tituli uel inscriptiones trium hymnorum, quibus, quia binas quaeque lineas ca-

piebat, efficiuntur 6 lineae.[1]) Pro certo igitur probauisse mihi uideor, unum solum in hac lacuna deesse quaternionem. Nam si folia amissa litteris maioribus scripta eundem textum habuissent, quo manus secunda (saeculi IX. uel X.) litteris minusculis lacunam suppleuit (i. e. C 9,93—10 Pe 11, 13, 12, uersus Constantinae et Damasi, C 11, 12, 1—112), plus spatii quam duorum, sed minus quam trium quaternionum, opus fuisset.

Itaque sine dubio codex Ambrosianus tum, cum integer erat, eundem hymnorum libri Cathemerinon ordinem habuit, quem praebent codices classis *A*, id est ordinem 1—12 continuum. In fine hymni C 12 subscriptum est: *Finit cathemerinon incipit apostheoses* (= Apotheosis), quo probatur codicis archetypum ad classem *A* pertinuisse, cuius codices ordinem librorum ita dispositum seruant (C 1—12 A). Sed is, qui hunc archetypum exscribens codicem Ambrosianum exarabat, ordinem mutauit, siue exemplo aliorum codicum permotus siue eo consilio, ut carmina lyrica in unum coniungeret librum Pe post C inserens.

Sed et alia argumenta habemus, quibus certissime probari possit codicem Ambrosianum ad familiam *A b* pertinere. Inter quae uel maximum est, quod ordo hymnorum interior libri Peristephanon idem est, quem praebent ceteri huius familiae codices. Sed hymnos libri Pe ultimos desiderauisse uidetur et hymnum Pe 9 pro ultimo habuisse. Librum uero Peristephanon non uno tenore, ut ita dicam, ab auctore compositum esse crediderim: alia alio tempore edita uidentur. Hymnum 9 (Passionem Cassiani) clausulam unius ex his editionibus antiquis fuisse uerisimile puto. Hoc modo explicari potest, quod Pe 8 in codicibus quibusdam post Pe 9 occurrit. Nam Pe 8 dubio iure hymnus appellari potest; re uera nihil aliud est, quam epigramma in baptisterio Calagurritano inscriptum, quod, quia in illa

---

[1]) Subscriptionibus autem faciendis nulla linea desiderabatur. Nam in hoc codice aut nullae aut breuissimae exstant subscriptiones hymnorum; saepe nihil subscriptum est nisi FINIT, quod in eadem linea exstat, in qua ultimus hymni uersus exaratus est.

inscriptione de martyribus agitur, ab editore quodam antiquo post hymnum nonum, siquidem hic ultimus erat, adnexum est eodem modo, quo in codicibus nonnullis post hymnum Pe 14, qui in archetypo illorum ultimus erat, uersus aliquot Damasi et Constantinae additi sunt, qui epigrammatum naturam habent.

Vereor autem, ne in his rebus longior fiam. Transeamus ad lectiones quasdam proprias, quibus familia *A b* et ab *A a* et a ceteris non minus aperte discernitur. Non paucae sunt, sed has, quae sequuntur, attulisse sufficiat.

Versus C X 9—16 ita mutati leguntur (sed codex ***B*** h. l. deficit):

Rescissa sed ista seorsum
soluunt hominem perimuntque:
humus excipit arida corpus,
animae rapit aura liquorem.

Quia cuncta creata necesse est
labefacta senescere tandem
conpactaque dissociari
et dissona texta retexi.

C XII 144 *Moses.* — A 338 *arbor.* — Ps 298 *possent.* — S I 282 *iacentes.* — S II 69 *ueterem.* — Pe II 233 *diuitum.* — V 402 *circumuolarat.* — VII 73 *suspendor.* — X 573 *ignem*; 702 *posset*; 867 *mouisset.* — XIV 74 *amor.* Cf. etiam C V 135 *functorum* (cum cod. ***E***).

Archetypus huius familiae a librario scriptus esse uidetur, qui *h* non pronuntiabat et cui *t* claudens obmutescere solebat; nam non raro occurrunt in omnibus huius familiae codicibus eiusmodi menda scripturae.

Ad codices familiae *B a* procedamus. Quorum princeps habendus est:

Parisinus *P.*

VII. *Parisinus, bibl. nat. Lat. 8086,*[1]) a nobis ***P*** littera signatus, saec. X. ineuntis, membranaceus, foliorum 110, long. 23·5, lat. 16 cm. Singulae paginae in partibus lyricis breuiorum uersuum binos habent laterculos. Lineae pagi-

[1]) Numeri antiquiores sunt 770 et 4018.

narum tricenae quinae sunt. Scriptura est Carolingica, nitida et bene seruata.

Deest in hoc codice Testimonium Gennadii et incipit codex a Praefatione, titulo uncialibus litteris inscripto: *Incipit prohemium Aurelii Prudentii.* Sequitur littera initialis ingens speciosissime picta. Non minus artificiose picta est similis littera initialis grandissima in fronte libri prioris contra Symmachum (in folio codicis 78). Stropharum litterae initiales maiore forma insignes et in sinistram paginae partem reductae sunt, spatio paruo relicto. Hic illic adnotationes marginales uel interlineares occurrunt; in multis tamen paginis desunt omnino.

Ordo carminum hic est: Pr C 1—10 Pe 1, 5, 4, 6—9, 11—14, 2, 3, 10 C 11, 12 A H Ps S D E. Magna est in medio codice lacuna uersus H 454 — Ps 811 complectens. Solus cum ***A*** Pe IV 102—105 omisit (add. in marg. *m.2*). Codicem Lutetiae Parisiorum annis 1900. et 1906. contuli.

Huic codici simillimus artaque cum illo cognatione iunctus est:

VIII. *Leidensis Burm. Q. 3*, bibliothecae Uniuersitatis, olim abbatiae Egmondanae, iamdiu editoribus notus et ***E*** littera signatus, saeculi X. ineuntis, nisi fallor,[1]) membranaceus, foliorum 181, long. 24·5, lat. 15·5 cm. Paginae tricenos quinos uersus habent, sed non, ut in Parisino ***P*** in iis partibus, ubi uersus breuiores sunt, binos laterculos. Corpus Prudentianum octo folia grammaticarum adnotationum antecedunt. Folium nonum a Testimonio Gennadii solito incipit, quod bis exstat: et litteris capitalibus exaratum et in summo margine litteris minusculis repetitum. Leidensis ***E***.

Tum carmina Prudentii incipiunt a titulo, qui ante Praefationem ita scriptus exstat: *Incipit prohemium aurili prudentii.* Carminum ordo hic est: Pr C 1—10 Pe 1, 5, 4, 6—9, 11—14, 2, 3, 10 C 11—12 A H Ps S D E 1—9 (ultimum folium deest). Hic illic delineationes occurrunt calamo factae, inprimis in Psychomachia, ubi carminis narratio

[1]) Secundum catalogum bibliothecae Uniuersitatis Lugduno-Batauae saeculo IX. scriptus est.

multitudine figurarum illustratur. Figurae huius codicis arte et pulchritudine carent. Nullae fere glossae uel adnotationes inueniuntur. Scriptura ipsa litteris minusculis Carolingicis confecta nitidissima est scripturae codicis ***P*** simillima. Codicem, quem ante nos Ianus Gruterus et Nicolaus Heinsius contulerunt, anno 1907. benignitate praefecti bibliothecae Uniuersitatis Lugduno-Batauae Holmiam transmissum ex integro contuli.

Familia *Ba.*

Codices ***P*** (Parisinus 8086) et ***E*** (Leidensis Burm. Q. 3) ad familiam *Ba* pertinent, cuius proprietates hae fere sunt:

1. Ordo librorum et carminum supra (p. XXXIX) indicatus.
2. Omissi uersus interpolati Hpr 43 a, H 69, S I 480 a (et in plerisque A 937 a, H 191 a, S I 366 a).
3. Lectiones quaedam propriae, uelut:

C V 22 *alentibus*; 76 *refluo*. — XI 4 *augit*; 19 *in* omissum. — XII 71 *ac*. — XII 195 *durum*. — A 360 *aegyptica*; 398 *elimentaque* (cf. H 62, S I 12, 299, 426, Pe X 379); 400 *inhergima*; 623 *pallentes*; 808 *sumptum est*. — Hpr 37 *dueta*; 42 *uirorum*. — S I 30 *quidem*; 151 *tura — paruusque*; 152 *aut honor aut spes*; 231 *suffos(s)o*; 262 *atque deum*; 309 *conspicuus*; 568 *profano*. — S II 47 *uocant*; 286 *securim*; 516 uerba *gerebat num mastigoforis* in codicibus quibusdam huius familiae omissa sunt; 679 *aucta mihi*. — Pe X 43 *ecclesiamtenus ac*; 1078 *aere*; 1080 *sacratam*. — D 15 *casu*. — Fam. *Ba* sequente fam. *Bb* ordinem A 249, 248 (pro 248, 249) praebet.

Ad familiam, quam *Bb* appellauimus, maxima pars codicum pertinet. Ex hac familia quattuor codices elegimus:

Casinensis *M.*

IX. *Casinensis, bibliothecae monasterii 374* (olim 403), a nobis ***M*** littera signatus, membranaceus, foliorum 194, long. 23·5, lat. 18 cm. Paginae lineas 22 uel 23 habent. Scriptura Beneuentana est, sed antiquioris scripturae minusculae, qualis in Italia saeculo nono in usu erat, similitudinem prae se fert (cf. e. gr. codicem Vercellensem bibl. Capitularis 102, saec. IX. ineuntis, quo Isidori Etymologiae continentur). Liber Casinensis a duabus manibus confectus est, quarum utraque saeculi IX. esse mihi uidetur. Alteram manum nonnulli ad saec. XI. delegare uoluerunt et concedendum est scripturam formis Beneuentanis, quales ex illo saeculo seruatas habemus, non dis-

similem esse, sed tota illa litterarum delineatio, quae Beneuentana dicitur, adeo sibi constans uidetur, ut aetas saepe difficillima sit diiudicatu. Certe eodem ex fonte hauserunt et prima et altera manus, eadem est textus indoles[1]). Nullae fere glossae in hoc codice inueniuntur. In initio mutilus est; incipit enim primis foliis amissis a uersu A 188: *non putat esse deum.* Sequuntur libri A H Ps S. In folio 111 subscriptum est: *explicit aurili prudenti clementis aduersus symmachum liber II feliciter ego qui scripsi* (nomen abrasum) *peccator.* Interpositis quibusdam uersibus non Prudentianis (de Leone papa, ad Gregorium episcopum cet.) folio 113 v. sine titulo[2]) incipit hymnus Pe 10 (Passio Romani), quem sequuntur sex hymni, qui ad librum Peristephanon pertinent, hoc ordine dispositi: Pe 2, 3, 8, 9, 14, 4; post hunc C 2, 12; in folio 156 adnotationes uariae exstant; in folio 157 rubro colore picta leguntur verba: *Incipiunt ymni aurelii prudentii,* sequentibus hisce carminibus: Pr C 3—10; hymno decimo finito exstat (in folio 177 v.): *Finit. Incipit liber peristephanon*; sequuntur Pe 1, 5—7, 13, 12 E C 11 (cf. quae infra de indole huius codicis disserentur).

Obseruandae sunt in scriptura huius codicis frequentissimae aspiratae (*ph* pro *f*: *nephasta, praephatio, ch* pro *h*: *michi, nichil* cet.). Codicem annis 1895. et 1907. Casini contuli.

X. *Oxoniensis, Oriel Coll. 3,* a nobis *O* littera signatus, saec. X., membranaceus, foliorum 104, long. 31·4, lat. 21 cm. Paginae tricenos uersus praebent. Codicem olim possedit Iohannes Thailour; nam in fronte adnotatio speciose picta legitur: *Liber magistri Iohannis Thailour sancte theologie professoris.* Tota huius codicis scriptura speciosa est et pulcherrima, litterarum Carolingicae aetatis similitudinem prae se ferens. Nonnullas habet glossas et adnotationes marginales. Incipit a Praefatione Prudentii et post eam haec carmina ordine, qui sequitur, disposita Oxoniensis *O.*

[1]) Alterius manus sunt pag. 49—64, 224—309.

[2]) Manu recentiore scriptum exstat in margine: *Aurelius Prudentius de S. Romano mart.*

continet: C (1—10) Pe 1, 5, 2, 11, 13, 12, 4, 14, uersus de uirgine Agnete a Constantina et Damaso compositi, Pe 3, 6, 7, 9, 8, 10, C 11, 12, E D S (desunt igitur A H Ps). — Hunc codicem totum arte photographica, quae uocatur, Oxonii depingendum curaui.

Sangallensis *S.*

XI. *Sangallensis, bibl. monasterii* („Stiftsbibliothek") *136* (olim numero 294 signatus), a nobis ***S*** littera notatus, saec. IX. uel X. ineuntis, membranaceus, foliorum 185, long. 27·5, lat. 15 cm. Paginae 24—26 lineas habent; in lyricis carminibus singulae lineae ex binis plerumque uersibus constant. Incipit a Testimonio Gennadii litteris uncialibus exarato et coloribus ornato, quod sequuntur carmina Prudentii hoc ordine disposita: Pr C 1—10, Pe 1, 5, 2, 11, 13, 12, 4, 14 uersibus Constantinae et Damasi additis, 3, 6, 7, 9, 8, 10 C 11—12, E D A H Ps S. Inter lacunas minores commemorandi sunt uu. C VII 36—105, qui desiderantur; hi unum forte folium olim expleuerant. Litteris aetatis Carolingicae minusculis exaratus est, nullis fere glossis uel adnotationibus auctus. Saepe *o* pro *u* substituitur, e. gr. Pe III 165 (*innocuos*), 167 (*rogos*).

Partem huius codicis ipse anno 1907. in monasterio S. Galli contuli, reliquam partem postea Holmiae, quo mihi bibliothecae Sangallensis praefectus humanissimus codicem transmittendum curauerat.

Bernensis *U.*

XII. *Bernensis, bibl. urbanae 264* (a nobis ***U*** signatus, idem, quem Dressel *B* littera significauit), olim Bongarsianus,[1]) saec., ut uidetur, IX. exeuntis, membranaceus, paginarum 289, long. 27·8, lat. 21·5 cm. Quaterniones duodeuiginti sunt, plerique octonorum foliorum. Paginae undetricenas habent lineas; interdum in lyricis carminibus in duas columnas diuisa est scriptura. Una manu totus codex eleganter et nitide exaratus est, nisi quod pictor, qui figuras speciosissimas artificiose delineauit et coloribus

---

[1]) Iacobi Bongarsii fuit. Habet in summo margine paginae secundae hanc adnotationem: *Bongarsius ab Illmo Principe Dno Frid. Casimiro Comite Palatino ad Rhenum Bipont.*

illuminauit, fortasse alius fuit atque librarius, qui contextum exarauerat. Scriptura Carolingicae similis est.

In secunda pagina (prima enim uacua est) Testimonium Gennadii uncialibus litteris pulchre pictum exstat. Subsequuntur Prudentii scripta non sine lacunis hoc ordine collocata: Pr C 1—11, 100, lacuna sex foliorum, Pe 5, 539—575, 2, 11, 1—240 Ps Pe 11, 241—246, 13, 12, 4, 14, 3, 6, 7, 9, 10 E D A H S. Liber Psychomachiae duas habet lacunas magnas: uu. 284—520 et 641—915 desiderantur. Ordo carminum a ligatore codicis partim confusus est. Psychomachia numeros foliorum proprios a numero 1 incipientes habet, unde uidetur colligi posse, hanc codicis partem olim librum separatum fuisse. In folio septimo Psychomachiae adnotatum est litteris saeculi XII. uel XIII.: *Hic liber pertinet ad liberariam ecclesie argentineñ* et in imo margine eiusdem folii *Pertinet ecclesie arg.* Etiam Cathemerinon et Tituli historiarum olim fortasse separati libri fuerunt; certe paginae primae librorum C et Ps et D totae speciosissime pictae sunt coloribus uarie distinctis, ex parte auratis. Sed origo totius codicis non dispar familiam *Bb* prodit: calami ductus in toto codice eosdem esse iam antea diximus. Glossae sunt paucae; multae paginae ab omnibus glossis et adnotationibus prorsus uacuae sunt. Codicem a multis uiris doctis ante nos uersatum Holmiam in bibliothecam regiam a praefecto bibliothecae Bernensis, uiro humanissimo, transmissum ipse denuo contuli totum.

Familia *Bb.*

Codices ***MOSU*** cuncti ad familiam *Bb* pertinent, cuius proprietates praecipuae sunt:

1. Ordo carminum (Pr) C P E (D) A H Ps S.

2. Ordo hymnorum libri Pe: 1, 5, 2, 11, 13, 12, 4, 14, 3, 6, 7, 9, (8), 10. (Confusum tamen et fortuitum ordinem praebet ***M***.)

3. Interpolati uersus nonnulli (ad A 937, H pr 43, H 69, 191 [194], 858, S I 367, 480). In codice ***M*** tamen desunt hae interpolationes et in codice ***S*** nisi ultimae duae in textu primario nullae inueniuntur, sed priores quinque uersus interpolati, quos supra indicauimus, in margine

additi leguntur. (Conferre licet, quae de indole propria codicum ***M*** et ***S*** infra dicentur).

4. Inscriptiones carminum nonnullae a ceteris codicibus differentes, uelut C 10: *hymnus circa exsequias defunctorum* (ceteri codd.: *defuncti*).

5. Lectiones quaedam propriae, inter quas exempli gratia quae sequuntur attulisse sufficiat:

Pr 12 *ac* (pro *et*). — C III 175 *tensa*, 177 *nec;* IV 51 *lambit*, 86 *trucis;* V 116 *unda;* VII 22 *ut* (pro *et*); X 9—16: duae huius loci lectiones, altera post alteram posita, coniunctae (*Resoluta ... resorbens. Rescissa ... retexi*). — S I 80 *rictus* (pro *ritus*), 111 *et;* II 109 *auctores*. — Pe V 563 *gaudia;* X 291 *sacratis*, 462 *tecum trahis perditos*, 495 *arthesis*.

Huius familiae codex archetypus ab aliquo exaratus est, qui *h* litteram clare audire et pronuntiare solitus aspiratas litteras diligebat (*archanum, cohercere, humor*). Atque cum maior horum codicum pars in regionibus Germanicis adhuc exstet, uerisimile uidetur archetypum familiae *Bb* originis Germanicae fuisse. Numerosissima est haec codicum familia et in plures familiolas diuidi potest, quarum duces quattuor illi sunt, quos ad apparatum huius editionis criticum adhibuimus. Ut supra diximus, puriorem quam ceteri eiusdem familiae originem ***M*** et ***S*** testari uidentur. Quorum uterque ab omnibus fere interpolationibus, quas supra indicauimus, liber est (nisi quod in ***S*** inter additamenta marginalia occurrunt). Alterum antiquioris codicum ***MS*** originis testimonium est, quod in his codicibus rariores sunt maiores illae litterae initiales, quibus sectiones quaedam carminum hexametricorum insignes fieri solent. Denique interdum in propriis suis lectionibus ueram et antiquam memoriam retinent, cum ceteri corruptiorem habeant, ut Pe III 148 *crate* ***MS***, *ore* ***OU;*** VII 1 *meriti* ***M, S*** *a. c., meritis* ***OU, S*** *p. c.*

Ceteris igitur familiae suae codicibus hi duo praestantiores habendi sunt, sed et ipsi inter se ita differunt, ut hic illic ***M*** meliorem textum quam ***S*** seruasse appareat. Cuius rei exempla non pauca sunt: Pe II 160 *promus* ***M***, *primus* ***OSU;*** 479 *nephasta* ***M***, *nefanda* ***OSU;*** X 200 *matri* ***M***, *matris* ***OSU***, alia.

Quod ad *O* et *U* pertinet, ille *(O)* paulo purior esse uidetur et interdum cum Britannicis familiae *A a* mirum in modum conspirans a sua ipsius familia differt (uelut Pe II 228: *laboris O, languoris M S U).* Sed etiam codex *U* suas habet uirtutes et antiquiorem fortasse quam ceteri originem testatur eo, quod duos ultimos libri Cathemerinon hymnos (C 11—12) recto ordine positos seruauit (quamquam nunc desideratur C 12, quia codex, ut supra docuimus, lacunam habet), cum in ceteris hi hymni libro Peristephanon adiungantur.

Ad duodecim codices supra breuiter descriptos tres alios censuimus addendos, qui Psychomachiam praebent et in magna codicum Psychomachiae multitudine soli fere aliquid notabile prae se ferunt. Sunt, qui sequuntur:

XIII. *Vaticanus Reg. 2078,* saec. IX. (a nobis *W* signatus), membranaceus, long. 20, lat. 9 cm. Psychomachiam continet praefatione omissa. Ut supra demonstrauimus, descriptus est ex Ambrosiano D 36 sup., quod et magna lacuna communi et multis aliis signis luce clarius indicatur. Quare supellectili criticae minus necessarius uideri potest, sed a nobis adhibitus est, quia, qua uia corruptelae quaedam in textu Psychomachiae ortae et propagatae sint, demonstrat. Ipse hunc codicem Romae integrum contuli. Tum temporis perisse putabatur. Nam Dressel, qui codices Vaticanos examinauerat, eum in bibliotheca frustra requisiuerat, de qua re in praefatione editionis ita scribit: *Bibliothecae Vaticanae ministri, ex quo Arevalus scripsit, eum ablatum esse suspicabantur. Repetivi igitur varias lectiones, quales ille (Arevalus) notavit.* Romae autem anno 1895. degenti mihi contigit, ut codicem inter libros Christinae, olim reginae Sueciae, reperirem. Vaticanus *W.*

XIV. *Cantabrigiensis Corp. Chr. 23,* saec. XI., membranaceus, in folio, a nobis *K* littera indicatus. Cantabrigiensis *K.*

Propter speciosam scripturam antiquior olim habebatur hic codex, quam re uera est. Quamquam optimae familiae est, deterior tamen habendus est quam codices *C* et *D*, quos supra descripsimus.

Incipit a Testimonio Gennadii. Post aliquot uersus non Prudentianos paginam secundam complentes Psychomachiae praefatio in pagina tertia incipit (*Senex fidelis* cet.). Psychomachiam — quae figuris illustrata est — subsequitur Passio Romani (= Pe 10), post quam continuantur hymni Peristephanon hoc ordine: Pe 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 11, 12, 13, 14, uersus Constantinae et Damasi, S I pr 1—29. Tum opus Orosii sequitur, sed prorsus alia manu scriptum. Sicut ordine hymnorum libri Peristephanon demonstratur, codex ad familiam *A a* pertinet. Ad apparatum criticum editionis nostrae Psychomachia sola adhibita est, ut appareret clarius propagatio imaginum et inscriptionum has imagines illustrantium.

Aurelianensis *R.*

XV. *Aurelianensis 307,* saec. XI., a nobis ***R*** littera notatus, formae octauae minoris, membranaceus, inuolucro ligneo male conseruato inclusus. Praeter Sedulium etiam fragmenta Prudentiana in eo insunt, inter quae pars Psychomachiae in paginis 83—118 inuenitur. Pagina 83. incipit: *Vulneraque et rigidis uitalia peruia pilis* (= Ps 111). Pagina 118. finem Psychomachiae praebet. Addita est Praefatio carminum (*Per quinquennia* cet.). Interpositos quosdam uersus memoriales (*De Mida rege* cet.) sequitur initium hymni C 3. (*O crucifer* cet.) usque ad *has* [*h*]*epulas liceat capere* (u. 10). Restant uariae adnotationes grammaticae et diuersi generis commentarii.

Hunc codicem, quamquam mutilus est et parum ualere uidetur, ad apparatum nostrum ideo adhibendum censuimus, quia unus inter Psychomachiae codices propriam et a ceteris aliquatenus diuersam originem habere uidebatur. Nullius familiae certa ei est cognatio, sed nonnulla antiqui archetypi signa seruat, uelut Ps 802, ubi idem mendum habet, quod antiquissimus codex ***A***: *comita* (pro *comitata*) et 431, ubi cum ***A*** et aliis antiquis testibus et ***M*** (*h*)*orrifico* praebet. Cum ***A***, sed contra ***CD*** interpolatione caret in u. 727—730. Cum ***MK*** u. 429 *luxibus* (pro *dulcibus*) habet.

Ex his quindecim codicibus nouem ***(CDNP MOS RK)*** nunc primum collati proferuntur, ***A*** et ***B***, optimi

et antiquissimi, ab Heinsio quidem et secundum eius adnotationes ab editoribus recentioribus commemorantur, sed nondum integri collati et ad apparatum criticum adhibiti erant; ***W*** passim ab Arevalo, sed neglegentius collatus erat, melius noti fuerunt ***VEU***, quorum uarias lectiones Dressel in editione adnotauit, ita tamen, ut non inutile fuerit hos quoque codices denuo integros conferre. Editio ultima plerumque ad fidem codicis ***V*** conformata est. In hac editione praeparanda nihil antiquius habuimus, quam ut duorum testium praecipuorum, ***A*** et ***B***, auctoritate usi memoriam quam uerissimam reuocaremus.

Ut supellectilem criticam a leuioribus rebus liberaremus, scripturae discrepantias orthographicas minores in adnotationem criticam non recepimus, nisi ubi certis rationibus commoti et ad demonstrandam codicum cognationem id necessarium duximus. Ex qua lege tamen codicem ***A*** excepimus, quippe qui summam redolens antiquitatem eundem fere scribendi morem seruare uideretur, qui temporibus auctoris ipsius in usu erat. Huius igitur codicis uarias lectiones uniuersas ne leuissimis quidem omissis adnotandas esse censuimus. Etiam in codice ***B*** (saec. VII. ineuntis) excerpendo, quamquam non omnes, tamen plures uarietates orthographicae, quam in recentioribus iure referendae fuerunt.

In re orthographica editionis conformanda duorum illorum codicum testimonium plerumque secuti sumus, si congruens erat, exceptis talibus scripturis, quae aperte falsae et tantum ad consuetudinem quasi transitoriam aetatis codicum adaptatae erant, quales sunt *adque* et similia. Si defecerat alter codex antiquissimus, saepius ad exemplum familiae *A a* scribendum esse existimauimus, nisi alio modo erui potuerat, qualis fuisset ab origine scripturae forma. Quod si hic illic sibi non constare uidebitur usus orthographicus, id ne ubique neglegentiae nostrae tribuas uelim; nam uel ab ipso poëta uel ab illo editore antiquo, quem secuti erant archetypi codicum antiquissimorum, a constantia seueriore interdum aberratum erat.

Nos id solum egimus, ut unoquoque loco etiam in eiusmodi rebus antiquissimae memoriae uestigia premeremus.

III. DE PRAECIPUIS EDITIONIBUS.

Qui plenum *editionum* antecedentium indicem desideraverit, ad Prolegomena operum Prudentii ab Arevalo (1788) et Dresselio (1860) editorum recurrere poterit.[1]) Nobis eas solas, quae uel ad rem criticam aliquid contulerunt uel ad carmina explicanda maiori utilitati esse possunt, in animo est adferre.

Editio princeps.

Editio princeps, uel saltem qua nulla usquam seruata est antiquior, Dauentriae anno 1492. prelo data esse uidetur. Ipsa nec locum neque annum suum indicat. Exstat huius editionis exemplar in bibliotheca Uniuersitatis Cantabrigiensis. Foliorum 168 est, formae quartanae. In ultimo folio scriptam uidi hanc adnotationem: *Impressum Dauentriae, typis Richardi Pafraet circa ann. 1490.* In ipso inuolucro exteriore, quod recentioris aetatis est, impressum legitur: *Dauentriae 1492* et in eiusdem inuolucri parte interiore postea adnotatum est: *Première édition très rare de ce père de l'Eglise et poète chrétien. Très bel exemplaire.* Aliud exemplar eiusdem editionis in bibliotheca Musei Britannici seruatur, quod in catalogo anno 1497. adscribitur, interrogationis tamen signo apposito.

Inscribuntur haec exemplaria: *Opera Aurelii Clementis Prudentii,* iisque continentur: C. Rhodolphi Langii Monasteriensis in Prudentii Aurelii Clementis uersus etc. (inc.: *Pierios ductor*), deinde Testimonium Gennadii, tum opera Prudentii hoc ordine disposita: D A Ps H E (qui prologus libri Pe esse dicitur) Pe Pr C 1—12 S, quem ordinem insolitum secundum enumerationem Gennadii inductum esse apparet (cf. supra p. VIII.).

---

[1]) Sine causa Dressel, an re uera prodierit editio Psychomachiae Dauentriensis anni 1509., dubitat. Exstat haec editio, quam in bibliotheca Uniuersitatis Cantabrigiensis ipse uidi. Contextus Psychomachiae idem est, qui in editione principe (1492.) inuenitur.

Proxima editio *Aldina* est: *Prudentii poetae opera,* publicata, ut in fine adnotatur, *Venetiis apud Aldum mense Ianuario MDI.* Formae est quartanae. Post praefationem editoris, expositionem metrorum, alia eiusmodi Prudentii carmina praebentur hoc ordine collocata: Ps C 5, Pr (*Aurelii Prudentii Clementis uiri consularis in librum Cathemerinon praefatio*) C (ubi inter hymnos repetitur C 5, iusto ordine positus) A H Pe, S D E. Codice Britannico (*ab usque Britannis petito*) se usum esse dicit, qui hanc editionem parauit. Quem codicem facile crediderim eum fuisse, qui nunc Boloniae in Gallia seruatur (Bolon. 189), sed ad familiam Britannicam pertinet et olim in Britannia collocatus fuit (cf. H 317, ubi Aldina cum Boloniensi mendum *conuiuae recalentis* commune habet). Certe ad normam familiae *A a* Britannicae textus constitutus est, quae bonam seruat memoriam. Editio Aldina.

Tertia editio alicuius momenti *Ioannis Sichardi* est haec: *Aurelii Prudentii Clementis, uiri consularis, Psychomachia, Cathemerinon, Peristephanon*[1]), *Apotheosis, Hamartigenia, Contra Symmachum praefectum urbis libri duo, Enchiridion noui et ueteris testamenti. In calce adiecta sunt aliquot scholia per Ioannem Sichardum.* In fine legitur: *Basileae apud Andream Cratandrum, mense Martio MDXXVII.* Sichardus „codices uetustiores" se adhibuisse dicit, quorum unum Argentorato sibi submissum refert; idem fuisse uidetur, qui nunc Bernensis urb. 264 est (a nobis supra descriptus et *U* littera signatus). Editio Sichardi.

Post Sichardum nulla editio quidquam noui attulit ante annum 1562. Quo anno prodierunt *Aurelii Prudentii Clementis uiri consularis opera a Victore Giselino correcta et annotationibus illustrata* etc. Parisiis 1562; in XII°. Haec editio codicibus antea non adhibitis ex familia, ut uidetur, *B a* ortis nititur. Opera poëtae post Testimonium Gennadii et uitam Prudentii Aldinam hoc ordine collocata sunt: Ps Pr Pe A H, Relatio Symmachi, S E ('in *Ἐγχειρίδιον* Edd. Giselini et Pulmanni.

[1]) In hac editione is ordo hymnorum libri Pe primum occurrit, quem sequentes editores retinuerunt, quamquam collocatio hymni 10. (Passionis Romani) nulla codicum auctoritate commendatur.

historiarum Noui et Veteris instrumenti [*sic!*] praefatio') D. Denique adnotationes Giselini in Prudentii opera adduntur. Anno 1564. editio noua Theodori *Pulmanni* curis aucta et emendata, nouis subsidiis codicum comparatis, Antuerpiae ex officina Christophori Plantini emissa est. Codices, quibus usi erant Giselinus et Pulmannus, partim familiae *B a*, partim *A b* fuisse uidentur, sed nullum ex antiquissimis adhibitum esse apparet.

Editio Weitziana.

Post Pulmannianam et Giselinianam, quae iterum iterumque repetita est, nulla editio maioris pretii ante a. 1613. publici iuris facta est. Sed hoc anno prodierunt *Aurelii Prudentii Clementis V. C. opera etc. recensita . . . illustrata a M. Io. Weitzio. P. L. Accesserunt omnium doctorum uirorum . . . notae, scholia atque obseruationes cum glossis ueteribus* Hanouiae (Hanau) typis Wechelianis 1613. Nonnullos codices ante id tempus non adhibitos contulerat Weitzius, qui omnes duobus exceptis (Widmanniano, qui nunc Add. 34248[1]) Musei Britannici est, et Bongarsiano, i. e. Bernensi 264) deteriores sunt. Lectiones uariantes codicis „Egmondani", i. e. Leidensis Burm. Q. 3, per Gruterum sibi ministratas commemorat, sed haec excerpta neque plena et absoluta neque semper certa fuisse apparet. Editionem Weitzianam minus re critica quam ubertate commentariorum ualere constat.

Editio Heinsiana.

Adnotationibus minus referta, sed multo praestantior textu melius constituto editio Heinsiana est: *Aurelii Prudentii Clementis quae exstant Nicolaus Heinsius, Dan. fil., ex uetustissimis exemplaribus recensuit et animaduersiones adiecit*, Amstelodami, apud Danielem Elzeuirium 1667. Ab Heinsio adhibiti erant boni codices: Oxoniensis (= Bodl. Auct. F 3. 6[2]), Rottendorphianus I (‚obtulit uir comitate et eruditione conspicuus Bernardus Rottendorphius omnia Prudentii in membranis ante quingentos circiter annos exarata' = Guelferb. Gud. 292[3]), accedunt Rottendorphiani duo, quorum altero Psychomachia continebatur (= Guelferb. Gud. 109),

[1]) Ad familiam *B b* pertinens. [2]) Familiae *A a*.
[3]) Qui familiae *B a* est.

altero libri contra Symmachum, deinde codex olim Nomsianus, mutilus, saec. XIII., ab Isaaco Vossio in usum Heinsii oblatus, tum Thuaneus, a Luca Langermanno collatus (= Paris. bibl. nat. Lat. 8087 [1]), denique ‚exemplar Gallicanum Puteanorum fratrum, longe antiquissimum illud ac litteris Romanis maioribus exaratum' (= Paris. 8084, i. e. *A* noster). Nonnullis praeterea excerptis aliorum se usum esse dicit, inter quae Emerici Bigotii erant, hymnorum Cathemerinon et Peristephanon excerpta ex Mediolanensi exemplari bibliothecae Ambrosianae (= Ambr. D 36 sup., i. e. *B*). Dubium non est, quin Heinsius, uir doctissimus et sagacissimus, editione sua *densissimam,* ut ipse ait, *naeuorum nubem* Prudentio deterserit. Primus ille codicem antiquissimum et praestantissimum *A* adhibuit; nec prorsus codicem *B* ignorauit, cuius uirtutem tamen, quia codicem ipse non inspexerat, paucis excerptis cognitis minime cognouerat. Etiam codicem *A* obiter et parum accurate contulerat. Atque recte quidem de Heinsio Obbarius iudicat ita dicens: ‚Magis de poeta meritum esse opinor, si uarias lectiones ueterum illorum codicum accuratius excerpsisset.'

Editio Chamillardi.

Inter annos 1667. et 1788. uestigia Heinsiana presserunt quicumque Prudentii scripta ediderunt. Praestantissima eius aetatis editio haec est: *Aurelii Prudentii Clementis opera interpretatione et notis illustrauit Stephanus Chamillard,* Parisiis 1687. Quae quidem nihil noui ad rem criticam attulit, in qua Heinsium sequitur, sed magnae utilitatis est indice locupletissimo uerborum adiecto. Tamen animaduertendum est hunc indicem innumerabilibus locis mendosum esse nec semper, ut prae se fert, plenum locorum numerum praebere. Hodie editio Chamillardi rarissima est.

Editio Arevali.

Post Heinsium nemo fere quidquam in re critica praestitit ante Arevalum Romanum, cuius editio ita inscribitur: *M.* (sic!) *Aurelii Clementis Prudentii V. C. Carmina ad optimas quasque editiones et mss. codd. Romanos aliosque recognita et correcta, glossis Isonis magistri et aliis ueterum nunc primum*

[1]) Hic ad fam. *A b* pertinet et cum Vaticano Reg. 321 artissime est coniunctus.

e mss. depromptis, prolegomenis, commentariis et lectionibus uariantibus illustrata a Faustino Arevalo. Romae 1788. (Iterum in Patrologiae cursu *Mignii* prelo mandata Parisiis 1862). Laboriose, sed neglegenter rem criticam Arevalus tractauit, in eo tamen laudandus, quod nonnullos et bonos Vaticanae bibliothecae codices primus ad textum recensendum adhibuit. Commentarius eius in rebus theologicis iisque potissimum dogmaticis maxime uersatur.

Eodem tempore (1788.), quo Arevalus Prudentii carmina Romae recensuit, *Io. Teolius* Parmae aliam editionem regio re uera luxu adornatam, sed nihil noui adferentem publicauit.

Editio Obbarii.

Post Arevali tempora primus[1]) Obbarius bene de Prudentio recensendo et explicando meruit: *Aurelii Prudentii Clementis Carmina recensuit et explicauit Th. Obbarius,* Tubingae 1845. Obbarius codices quosdam Guelferbytanos (fam. *Ba*) adhibuit et primus stemma codicum explicare conatus est, in qua re tamen minus profecit, quia de origine et cognationibus codicum tum nihil fere inquisitum erat. Explicationibus rerum breuibus, sed bonis editionem suam auxit.

Editio Dresselii.

Ultima editio critica Alberti Dresselii est: *Aurelii Prudentii Clementis quae exstant carmina* etc. *rec. A. Dressel,* Lipsiae 1860. Ad Vaticanorum aliorumque codicum et optimarum editionum fidem se textum recensuisse, lectionum uarietate illustrauisse, notis explicauisse dicit editor. Adnotationes, quibus rerum materiam explicauit, breues sunt, uberiores tamen quam Obbarianae et re uera bonae. In Prolegomenis omnes editiones, quotquot cognitae erant, enumerat; codices Romanos Arevalo partim praeeunte breuiter describit, paucos aliunde petitos addens, sed de codicum origine, nexu, generibus parum edoctus solido rei criticae fundamento carebat; uel optimos et antiquissimos codices non inspexerat magnaeque molis librorum manuscriptorum, qui extra Italiam seruantur, maiorem partem

[1]) Nam editione Londinensi anni 1824. textus Parmensis et index Chamillardianus repetuntur.

ignorabat. Ne Ambrosianum quidem (D 36 sup.), quamquam Italicus est, sub oculis habuerat, schedulas eum paucas continere opinatus. Lectiones quasdam et huius codicis et aliorum librorum non inspectorum tantum ex antecedentium editionibus adfert. Plures tamen codices quam priores Prudentii editores adhibuit. Pro fundamento editionis eum praecipue codice Vat. Reg. 321 (fam. *Ab*) usum esse iam commemoraui. Si quis nostrum apparatum criticum cum Dresseliano conferens discrepantias etiam in lectionibus huius codicis hic illic animaduertet, codicem a nobis denuo integrum collatum esse sciat.

Post Dresselium nemo adhuc editionem criticam parauit; nam editione Lanfranchii (1897.) res critica nihil aucta est. Sed hoc loco silentio non praetereundus est, quem supra laudaui, *E. O. Winstedt,* qui non paucos codices et prius notos et antea intactos examinauit et partim excerpsit. Qui cum in Actis philologicis patriae suae ea, quae ante indicauimus, scripsisset[1]), mecum, qua est humanitate et beneuolentia, excerpta sua communicauit. Ipse omnes, quotquot indagari poterant, codices examinare conatus multos Holmiam missos, alios in sedibus ipsis, ubi adseruantur, alios denique arte photographica depictos inspexi, excussi, excerpsi. Quo labore perfecto et codicum nexu atque cognatione perspectis eum delectum faciendum censui, quem supra ostendi.

Totus Prudentii textus cum adnotatione critica prelo paratus erat, cum uasta illa belli lacrimosi perturbatio rem susceptam differre coëgit[2]). Octo annorum spatio intermisso ad opus edendum iterum aggredi tandem licuit. In qua re mihi consilia prudentiae plena fauorque exi-

---

[1]) Ad quae addere debeo eiusdem *Notes on the mss. of Prudentius* (*Journal of Philology*, vol. XXIX., p. 166—180), ubi de codicum classibus multa recte obseruauit, praecipue de prima duarum classium partitione et de classis Germanicae subdiuisione, sed in aliis rebus, e. gr. in iis, quae de tribus archetypis antiquis dicit, ei adsentiri non possum.

[2]) Interea alium librum publicaui, quem inscripsi: ‚Aurelius Prudentius Clemens, der größte christl. Dichter des Altertums, I. Dorpat 1922' (*Acta et commentationes Uniuersitatis Dorpatensis*).

mius numquam defuerunt *Augusti Engelbrecht,* quem uirum egregium nuper defunctum esse dolemus. Schedas ille plagulasque typothetarum plurimas diligentissime mecum inspexit; nam Prolegomenis et septem ultimis indicum plagulis exceptis cetera iam ante mortem eius erant absoluta. In iis, quae restabant, *Edmundus Hauler,* cui totius huius Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum Corporis edendi cura commissa est, ipse partes amici exstincti libenter suscepit; iucundissimum mihi officium est huic uiro illustrissimo atque doctissimo meritam gratiam referre.

Priusquam his Prolegomenis finem facio, etiam multis illis bibliothecarum praefectis et custodibus humanissimis, qui mihi per tot annos codices Prudentianos perscrutanti officia sua utilissima semper beneuole obtulerunt, gratias agere non praetermittam, praecipue iis, quos saepius adibam uel apud quos harum inuestigationum causa diutius uersabar. In quorum numero inprimis nominandus est illustrissimus bibliothecae Ambrosianae pristinus praefectus, quem nunc sub augusto nomine PII XI., pontificis maximi, ecclesia catholica ueneratur, cuius beneuolentiam Mediolani expertus pia semper memoria seruabo. Multum etiam debeo *Francisco Ehrle,* cardinali nunc eminentissimo, bibliothecae Vaticanae olim praefecto, et *Gu. Greenwell,* reuerendissimo ecclesiae cathedralis Dunelmensis decano, iam dudum uita defuncto, qui, quamquam annum aetatis octogesimum quintum superauerat, omnia prouidit, ut labores mei cum fructu et ex sententia procederent. Denique fauorem eximium opemque semper praesentem cum aliorum bibliothecae nationalis Parisinae curatorum tum *H. Omont,* uiri doctissimi atque humanissimi, gratissimo animo uelim testari. Ceterum omnibus, qui adiumenta ad opus longi laboris perficiendum attulerunt, gratias ago maximas.

Dabam Holmiae Suecorum Id. Dec. a. MDCCCCXXVI.

Ioannes Bergman.

Conspectus siglorum.

A = Parisinus Lat. 8084, saec. VI. ('Puteanus').
B = Ambrosianus D 36 sup., saec. VII.
C = Cantabrigiensis Corp. Chr. 223, saec. IX.
D = Dunelmensis Eccl. Cathedr. B 4. 9, saec. X.
E = Leidensis Burm. Q. 3, saec. X.
K = Cantabrigiensis Corp. Chr. 23, saec. XI.
M = Casinensis 374, saec. IX.
N = Parisinus Lat. 8305, saec. X.
O = Oxoniensis Oriel Coll. 3, saec. X.
P = Parisinus Lat. 8086, saec. X.
R = Aurelianensis 307, saec. XI.
S = Sangallensis 136, saec. IX. uel X. ineuntis.
U = Bernensis bibl. urbanae 264, saec. IX.
V = Vaticanus Reginae 321, saec. X.
W = Vaticanus Reginae 2078, saec. IX.

LXX = uersio Veteris Testamenti Graeca, quae uulgo 'Septuaginta' uocatur.

[ ] = signum interpolationis.
⟨ ⟩ = signum additorum ab editore uerborum.
*, **, *** = signa rasurae.
a. c., *p. c.* = ante correctionem, post. corr.
a. r., *p. r.* = ante rasuram, post. ras.
def., *del.*, *det.* = deficit, deleuit, deteriores.
mg. = in margine.
om. = omisit.
s. u. = sub uoce.

Archiv = E. Wölfflin, Archiv für lat. Lexikographie und Grammatik, Vol. I—XV. Leipzig (München) 1883—1908.
Arevalus = M. (*sic*!) Aurelii Clementis Prudentii Carmina rec. Faustinus Arevalus. Romae 1788 (a nobis adhibita est altera editio, Patrologiae Mignii Parisiis a. 1862 adiuncta).
Bayard = L. Bayard, Le Latin de St. Cyprien. Paris 1902.
Bonnet = M. Bonnet, Le Latin de Grégoire de Tours. Paris 1890.

Dressel = Aurelii Prudentii Clementis quae exstant Carmina rec.... Albertus Dressel. Lipsiae 1860.

Giselinus = Aurelii Prudentii Clementis, uiri consularis, opera a Victore Giselino correcta et annotationibus illustrata. Parisiis 1562.

Goelzer, Jérôme = H. Goelzer, Étude lexicographique et grammaticale de la latinité de St. Jérôme. Paris 1884.

Hagendahl = H. Hagendahl, Studia Ammianea. Upsaliae 1921.

Heinsius = Aurelii Prudentii Clementis quae exstant rec. Nicolaus Heinsius, Dan. fil. Amstelodami 1667.

Hoppe = H. Hoppe, Syntax und Stil des Tertullian. Leipzig 1903.

Kantecki = A. E. Kantecki, De Aureli Prudenti Clementis genere dicendi quaestiones. Monasterii 1874.

Krenkel = F. Krenkel, Epilegomenorum ad poëtas Latinos posteriores particula prima: De Prudenti re metrica. Rudolstadii 1884.

Lease = E. B. Lease, A syntactic, stylistic and metrical study of Prudentius. Baltimore 1895.

Löfstedt, Per. = E. Löfstedt, Philologischer Kommentar zur Peregrinatio Aetheriae, Untersuchungen zur Geschichte der lat. Sprache. Upsala 1911.

Manitius = M. Manitius, Geschichte der christl. lat. Poesie. Stuttgart 1891.

Obbarius = Aurelii Prudentii Clementis carmina rec. et expl. Theodorus Obbarius. Tubingae 1845.

Rönsch = H. Rönsch, Semasiologische Beiträge zum latein. Wörterbuch. Leipzig 1887—1889.

Schuster = F. X. Schuster, Studien zu Prudentius. Diss. Würzburg (Freising) 1909.

Sichardus = Aurelii Prudentii Clementis ... Psychomachia, Cathemerinon etc. Adiecta sunt scholia per Ioannem Sichardum. Basileae 1527.

Svennung = J. Svennung, Orosiana. Upsaliae 1922.

Wien. St. = Wiener Studien.

De siglis, quibus singuli Prudentii libri significantur, uide supra p. XI.—XII. et infra p. 450.

I.

LIBER CATHEMERINON

PRAECEDENTE OMNIVM CARMINVM PRAEFATIONE.

CODICES:

A = *Parisinus lat. 8084 saec. VI* ('*Puteaneus*').
C = *Cantabrigiensis Corp. Chr. 223 saec. IX—X.*
D = *Dunelmensis B 4. 9. saec. X.*

B = *Ambrosianus D 36 sup. saec. VII.*
V = *Vaticanus Reg. 321 saec. X.*
N = *Parisinus lat. 8305 saec. X.*

P = *Parisinus lat. 8086 saec. X.*
E = *Leidensis Burm. Q. 3 saec. X.*

M = *Casinensis 374 saec. IX.*
O = *Oxoniensis Oriel 3 saec. X.*
S = *Sangallensis 136 saec. IX uel X ineuntis.*
U = *Bernensis bibl. urbanae 264 saec. IX.*

PRAEFATIO.

Per quinquennia iam decem,
ni fallor, fuimus; septimus insuper
annum cardo rotat, dum fruimur sole uolubili.

Instat terminus et diem
5 uicinum senio iam deus adplicat:
quid nos utile tanti spatio temporis egimus?

Aetas prima crepantibus
fleuit sub ferulis, mox docuit toga
infectum uitiis falsa loqui non sine crimine.

10 Tum lasciua proteruitas
et luxus petulans — heu pudet ac piget! —
foedauit iuuenem nequitiae sordibus et luto.

Exim iurgia turbidos
armarunt animos et male pertinax
15 uincendi studium subiacuit casibus asperis.

Bis legum moderamine
frenos nobilium reximus urbium:
ius ciuile bonis reddidimus, terruimus reos.

Tandem militiae gradu
20 euectum pietas principis extulit
adsumptum propius stare iubens ordine proximo.

Def. ACB incipit praefatio aurelii prudentii *DOS* praefatio (*s. man. rec.:* aurelii prudentii clementis uiri consularis in librum cathemerinon) *V* incipit prohemium (proemium *N*) aurelii prudentii (aurili prudenti *E*) clementis (clem. *om.* *PE*)*NPE* incp̄ ymni aurelii prudentii *M; in N u. 1—21 alia manu scripti sunt quam cetera codicis pars; inscriptio praefationis spatio tamen uacuo relicto deest in U, tota praefatio deest in ACB*

8 domuit *M* 11 et] ac *U* 12 et] ac *MOSU* et (*s.* ac) *D* 13 exim (*cf. C 7, 126. 12, 53*)] exin *OU*, *VS p. c.* exhinc *DNP* dehinc *E* 15 cassibus *M* 17 urbem *Sa.c.*

Haec dum uita uolans agit,
inrepsit subito canities seni
oblitum ueteris me Saliae consulis arguens,

25 sub quo prima dies mihi
quam multas hiemes uoluerit et rosas
pratis post glaciem reddiderit, nix capitis probat.

Numquid talia proderunt
carnis post obitum uel bona uel mala,
30 cum iam, quidquid id est, quod fueram, mors aboleuerit?

Dicendum mihi: 'quisquis es,
mundum, quem coluit, mens tua perdidit;
non sunt illa dei, quae studuit, cuius habeberis.'

Atqui fine sub ultimo
35 peccatrix anima stultitiam exuat;
saltem uoce deum concelebret, si meritis nequit.

Hymnis continuet dies
nec nox ulla uacet, quin dominum canat;
pugnet contra hereses, catholicam discutiat fidem;

40 conculcet sacra gentium,
labem, Roma, tuis inferat idolis;
carmen martyribus deuoueat, laudet apostolos.

Haec dum scribo uel eloquor,
uinclis o utinam corporis emicem
45 liber, quo tulerit lingua sono mobilis ultimo!

Def. ACB 22 uolens *Na.c.* 24 mesaliae (s *s.* s)*N* messaliae *VMOSU* 25 sub] ex *Dressel cum Vatic. Reg. 74 saec. XII* 28 proferunt *Ea.c.* 30 aboleuer*t *E* 32 colit *O* 33 abeberis *E* 34 at qui *E* atque *Pa.c.* adqui *Na.c.* adquin *S* atquin *U* 36 saltim *DPES* 37 ymnis *MSU* 38 uox *S,Dp.r.* 39 pugnat *S* pungnet (e *ex* a) puget (n *s.* g *m2*) *E* 44 uinculis *M* o] nunc *M,S(eras.), om. O*
De subscriptionibus praefationis cf. ad Cath. I init.

LIBER CATHEMERINON.

I.

HYMNVS AD GALLI CANTVM.

Ales diei nuntius
lucem propinquam praecinit,
nos excitator mentium
iam Christus ad uitam uocat.

'Auferte', clamat, 'lectulos
aegros, soporos, desides,
castique, recti ac sobrii
uigilate, iam sum proximus!'

Post solis ortum fulgidi
serum est cubile spernere,
ni parte noctis addita
tempus labori adieceris.

Vox ista, qua strepunt aues
stantes sub ipso culmine
paulo ante, quam lux emicet,
nostri figura est iudicis.

7 cf. I Cor. 15, 34. I Thess. 5, 6. I Petr. 5, 8

def. B,C u. 1—3 finit praefatio (am̄ *add. S*) incipit (inc. *om. O*) ymnus (hymnus *O*) ad galli cantum *DOS* finit pfacio (*sequitur — minoribus litteris, sed eadem, ut uidetur, manu scripta — metri expositio, ultima paginae linea abscisa est; tum insequenti pagina:*) ymnus ad galli cantum *M* liber cathemerinon incipit ymnus ad galli cantum *V* incipit liber I KAΘEMERINON (*sequitur metri expositio*) ymnus ad galli cantum *U* incipit liber catemerinon hymnus (*haec duo uerba postea pallidiore atramento addita uidentur*) ad galli cantum *N* hymnus ad galli cantum *A* (*in frontibus foliorum* CATHEMERINON *legitur antiqua manu scriptum*), *PE; hymnus a u. 4 incipit in C, def. in B*

6 aegro *C,Sp.r.* sopor* (*s. ras.* e) *U* soporo* (*s.* soporatos) *D* sopore* (*s.* soporatos) *V* sopore *CS* 7 casteque recte *Sa.c.* sobrie *S,Pa.c.* 13 nox *CO*

Tectos tenebris horridis
stratisque opertos segnibus
suadet quietem linquere
20 iam iamque uenturo die,

ut, cum coruscis flatibus
aurora caelum sparserit,
omnes labore exercitos
confirmet ad spem luminis.

25 Hic somnus ad tempus datus
est forma mortis perpetis:
peccata, ceu nox horrida,
cogunt iacere ac stertere,

sed uox ab alto culmine
30 Christi docentis praemonet
adesse iam lucem prope,
ne mens sopori seruiat,

ne somnus usque ad terminos
uitae socordis opprimat
35 pectus sepultum crimine
et lucis oblitum suae.

Ferunt uagantes daemonas,
laetos tenebris noctium,
gallo canente exterritos
40 sparsim timere et cedere.

Inuisa nam uicinitas
lucis, salutis, numinis
rupto tenebrarum situ
noctis fugat satellites.

Def. B 21 ut] et *Oa.c.m2* 24 confirmat *S* 26 est forma mortis] mortis imago est *Aa.c.* 27 orrida *VN* 30 crhisti *A* 34 socordes *PEp.c.* occurrens *Na.c.* 37 uacantes *M* 40 caedere *U* 43 ruptu *M*

45 Hoc esse signum praescii
norunt repromissae spei,
qua nos soporis liberi
speramus aduentum dei.

Quae uis sit huius alitis,
50 saluator ostendit Petro
ter, antequam gallus canat,
sese negandum praedicans.

Fit namque peccatum prius,
quam praeco lucis proximae
55 inlustret humanum genus
finemque peccandi ferat.

Fleuit negator denique
ex ore prolapsum nefas,
cum mens maneret innocens
60 animusque seruaret fidem.

Nec tale quidquam postea
linguae locutus lubrico est
cantuque galli cognito
peccare iustus destitit.

65 Inde est, quod omnes credimus
illo quietis tempore,
quo gallus exultans canit,
Christum redisse ex inferis.

Tunc mortis oppressus uigor,
70 tunc lex subacta est tartari,
tunc uis diei fortior
noctem coegit cedere.

51 cf. Matth. 26, 34. 75 etc. 57 cf. Matth. 26, 75 etc.

Def. B 58 prolabsum *A* 62 lingua *MU* lubrice *Op.c.m2* lubrica *U* 63 galli cognito *in ras. C* 65 indest *A*, *Na.c.* 68 crhistum *A*

Iam iam quiescant inproba,
iam culpa furua obdormiat,
75 iam noxa letalis suum
perpessa somnum marceat.

Vigil uicissim spiritus,
quodcumque restat temporis,
dum meta noctis clauditur,
80 stans ac laborans excubet.

Hisum ciamus uocibus
flentes, precantes, sobrii;
intenta supplicatio
dormire cor mundum uetat.

85 Sat conuolutis artubus
sensum profunda obliuio
pressit, grauauit, obruit
uanis uagantem somniis.

Sunt nempe falsa et friuola,
90 quae mundiali gloria
ceu dormientes egimus:
uigilemus, hic est ueritas.

Aurum, uoluptas, gaudium,
opes, honores, prospera,
95 quaecumque nos inflant mala:
fit mane, nil sunt omnia.

Tu, Christe, somnum dissice,
tu rumpe noctis uincula,
tu solue peccatum uetus
100 nouumque lumen ingere!

Def. B 75 loetalis *PMU* laetalis *C* 77 uigel *A* 81 hisum *A*, *Na.c.* hiesum *CDE*, *Np.c.* ihm *cet.* 82 sobrie *U* 85 s*at *NE* conuolutus *Ma.c.* 87 grabauit *M* 89 friuula *MS*,*Na.c.* fribola *U* 90 mundi aligoria *Na.c.* 92 uigelemus (el *in ras.*) *A* 95 imflant *M* 96 nihil *O*

II.

HYMNVS MATVTINVS.

Nox et tenebrae et nubila,
confusa mundi et turbida,
lux intrat, albescit polus:
Christus uenit, discedite!

Caligo terrae scinditur
percussa solis spiculo
rebusque iam color redit
uultu nitentis sideris.

Sic nostra mox obscuritas
fraudisque pectus conscium
ruptis retectum nubibus
regnante pallescet deo.

Tunc non licebit claudere,
quod quisque fuscum cogitat,
sed mane clarescent nouo
secreta mentis prodita.

Fur ante lucem squalido
inpune peccat tempore,
sed lux dolis contraria
latere furtum non sinit.

Versuta fraus et callida
amat tenebris obtegi,
aptamque noctem turpibus
adulter occultus fouet.

hymnus matutinus *AVNPE* ymnus (incipit ymnus *S*) matutinus *CDMOSU; hymnus def. in B*

Def. B 4 descedite *A* 7 iam *postea add. Vm1* 8 syderis *SU* 12 pallescit *DPEMOSU,Vp.c.m2* pallescit deo *in ras. C* 21 fraus (*mg. m2* ł frons) *PE* frons et callida *in ras. C* (*mg.* ł fraus) 23 abtamque *A*

25 Sol ecce surgit igneus:
piget, pudescit, paenitet
nec teste quisquam lumine
peccare constanter potest.

Quis mane sumptis nequiter
30 non erubescit poculis,
cum fit libido temperans
castumque nugator sapit?

Nunc, nunc seuerum uiuitur,
nunc nemo temptat ludicrum,
35 inepta nunc omnes sua
uultu colorant serio.

Haec hora cunctis utilis,
qua quisque, quod studet, gerat:
miles, togatus, nauita,
40 opifex, arator, institor.

Illum forensis gloria,
hunc triste raptat classicum,
mercator hinc ac rusticus
auara suspirant lucra;

45 at nos lucelli ac faenoris
fandique prorsus nescii
nec arte fortes bellica
te, Christe, solum nouimus.

Te mente pura et simplici,
50 te uoce, te cantu pio
rogare curuato genu
flendo et canendo discimus.

48 cf I Cor. 2, 2

Def. B 30 pocculis *U* 36 coronant *M* 37 ora *M* 38 qua* *C* 40 insitor *S,Ua.c.m2* 42 nunc *M* 45 at] ad *ANa.c.m2* foenoris *PE* 49 et] ac *Pa.c.*

His nos lucramur quaestibus,
hac arte tantum uiuimus,
55 haec inchoamus munera,
cum sol resurgens emicat.

Intende nostris sensibus
uitamque totam dispice;
sunt multa fucis inlita,
60 quae luce purgentur tua.

Durare nos tales iube,
quales remotis sordibus
nitere pridem iusseras
Iordane tinctos flumine.

65 Quodcumque nox mundi dehinc
infecit atris nubibus,
tu, rex Eoi sideris,
uultu sereno inlumina,

tu, sancte, qui taetram picem
70 candore tinguis lacteo
ebenoque crystallum facis
delicta tergens liuida!

Sub nocte Iacob caerula,
luctator audax angeli,
75 eo usque, dum lux surgeret,
sudauit inpar proelium;

64 cf. Marc. 1, 4 etc. 73 cf. Gen. 32, 22—32

Def. B 56 emicat] *euanidum in Em1* rutilat *m2* 58 despice *MU*, *CDa.c.Na.r.* despice (*s.* ł dissice) *P* 61 iurare *Pa.c.* 62 sensibus *Pa.c.m2* 63 prius *Pa.c.m2* 64 tincto *M* 65 mox *Va.r.* 67 rex] lux *MU* eoy *S* syderis *VSU* 69 taetram *Aa.r.N* tetram *cet.* 70 tingis *P* pingis (*s.* ł tinguis) *O* 71 hebenoque *O* chrystallum *AE* christallum *CDVN* cristallum *cet.* 72 terge *OS,DEp.r.* 73 cerula *Aa.c.* 75 dum *om. O* 76 praelium (o *s.* um) *CP* proelio *Ep.r.* praelio *O* plio *U* prelio *S*

sed cum iubar claresceret,
lapsante claudus poplite
femurque uictus debile
80 culpae uigorem perdidit.

Nutabat inguen saucium,
quae corporis pars uilior
longeque sub cordis loco
diram fouet libidinem.

85 Hae nos docent imagines
hominem tenebris obsitum,
si forte non cedat deo,
uires rebelles perdere.

Erit tamen beatior,
90 intemperans membrum cui
luctando claudum et tabidum
dies oborta inuenerit.

Tandem facessat caecitas,
quae nosmet in praeceps diu
95 lapsos sinistris gressibus
errore traxit deuio.

Haec lux serenum conferat
purosque nos praestet sibi;
nihil loquamur subdolum,
100 uoluamus obscurum nihil.

Sic tota decurrat dies,
ne lingua mendax, ne manus
oculiue peccent lubrici,
ne noxa corpus inquinet.

Def. B 78 labsante *A* laxante *Sa.c.* 80 culpe (*s.* ł culpa) *Pa.c.m2* 83 luco *E*, *Pa.c.* 85 haec *M* 88 rebellis *Va.c.Na.c.m2* 90 cui (*s.* ł quod) *C* 93 facescat *O* fatescat *SU* fatiscat (ł e *s.* i) *C* 95 labsos *AMS* 99 *et* 100 nichil *M* 102 nec lingua *Sa.r.* nec manus *OU*, *Sa.r.* 103 oculi ne *EU*

Speculator adstat desuper,
qui nos diebus omnibus
actusque nostros prospicit
a luce prima in uesperum.

Hic testis, hic est arbiter,
hic intuetur, quidquid est,
humana quod mens concipit,
hunc nemo fallit iudicem.

III.

HYMNVS ANTE CIBVM.

O crucifer bone, lucisator,
omniparens pie, uerbigena,
edite corpore uirgineo,
sed prius in genitore potens,
astra, solum, mare quam fierent!

Huc nitido, precor, intuitu
flecte salutiferam faciem
fronte serenus et inradia,
nominis ut sub honore tui
has epulas liceat capere!

Te sine dulce nihil, domine,
nec iuuat ore quid adpetere,
pocula ni prius atque cibos,
Christe, tuus fauor inbuerit
omnia sanctificante fide.

Def. B 105 spespeculator *Aa.c.* astat *M* asstat *Pa.c.* 107 actosque *Ea.c.* 109 testes *Sa.c.*

hymnus (incipit hymnus *O*) ante cibum *AVNPEO* ymnus (incipit ymnus *S*) ante cibum *CDMSU*, *def.B*

1 lucis sator *VNp.c.* lucis auctor (*mg.* sator)*E* 2 omnipotens *CD*, *Aa.c.*, *P* (*mg.* ł omniparens) 4 potens] manens *C*,*D*(*s.m2* ł potens) 10 lic. ep. *N* 13 adque *A*,*Na.c.*

Fercula nostra deum sapiant,
Christus et influat in pateras,
seria, ludicra, uerba, iocos,
denique, quod sumus aut agimus,
20 trina superne regat pietas.

Hic mihi nulla rosae spolia,
nullus aromate fraglat odor,
sed liquor influit ambrosius
nectareamque fidem redolet
25 fusus ab usque patris gremio.

Sperne, camena, leues hederas,
cingere tempora quis solita es,
sertaque mystica dactylico
texere docta liga strofio
30 laude dei redimita comas!

Quod generosa potest anima,
lucis et aetheris indigena,
soluere dignius obsequium,
quam data munera si recinat
35 artificem modulata suum?

Ipse homini quia cuncta dedit,
quae capimus dominante manu,
quae polus aut humus aut pelagus
aëre, gurgite, rure creant,
40 haec mihi subdidit et sibi me.

Callidus inlaqueat uolucres
aut pedicis dolus aut maculis,
inlita glutine corticeo
uimina plumigeram seriem
45 inpediunt et abire uetant.

Def. B 17 imfluat *M* 18 ludrica *A* uerba] *num* uera? 20 superna *CMOU*, *P* (*ł* e *s.* a) *Ep.c.* 22 fraglat *VOU*, *Cmg.Ep.c.* flagrat *cet.* 23 si liquor *M*, *Va.c.* imfluit ambroseus *M* 25 ad *C*, *Aa.c.* 26 ederas *OU* 27 timpora *CO* 28 mistica *NU* dactilico *VNPU* 29 liga (ligo *Cp.c.*) strofio *ACNU*, *Ea.c.* ligas trophio *M* logostrofio *Ep.c.* logostrophio *Pa.c.* liga strophio *cet.* 34 praecinat *Aa.c.Na.r.* 42 *pr.* au *Aa.c.* 43 gluttine *U*

Ecce per aequora fluctiuagos
texta greges sinuosa trahunt,
piscis item sequitur calamum
raptus acumine uulnifico,
50 credula saucius ora cibo.

Fundit opes ager ingenuas
diues aristiferae segetis,
hic ubi uitea pampineo
bracchia palmite luxuriant,
55 pacis alumna ubi baca uiret.

Haec opulentia christicolis
seruit et omnia subpeditat;
absit enim procul illa famis,
caedibus ut pecudum libeat
60 sanguineas lacerare dapes!

Sint fera gentibus indomitis
prandia de nece quadrupedum,
nos holeris coma, nos siliqua
feta legumine multimodo
65 pauerit innocuis epulis.

Spumea mulctra gerunt niueos
ubere de gemino latices
perque coagula densa liquor
in solidum coit et fragili
70 lac tenerum premitur calatho.

Mella recens mihi Cecropia
nectare sudat olente fauus;
haec opifex apis aërio
rore liquat tenuique thymo
75 nexilis inscia conubii.

ef. B, M 54 bracchia *ANE* brachia *cet.* luxoriant *Ep.c.* 55 bacca *U* *u. 56—75* *56—75* *desunt in M* 57 seruat *Na.c.* subpeditant *Cp.c.Oa.r.* 58 famis *A,NPa.c.m2Ea.c.* fames *cet.* 62 quadripedum *A* 63 oleris *O* 64 foeta *O*, *Pp.c.* faeta *U* ligumine *AE*, *Pa.c.* 66 gerunt (*s.* ł rit) *E* 69 cogit *Va.c.* 71 mihi recens *O* cicropia *Cp.r.O* 73 apis (*s.* ł pes) *E* 74 liquet *U* tenue *A* (que *add. m2*) thimo *U*

Hinc quoque pomiferi nemoris
munera mitia proueniunt;
arbor onus tremefacta suum
deciduo grauis imbre pluit
80 puniceosque iacit cumulos.

Quae ueterum tuba quaeue lyra
flatibus inclyta uel fidibus
diuitis omnipotentis opus,
quaeque fruenda patent homini,
85 laudibus aequiperare queat?

Te, pater optime, mane nouo,
solis et orbita cum media est,
te quoque luce sub occidua,
sumere cum monet hora cibum,
90 nostra, deus, canet harmonia.

Quod calet halitus interior,
corde quod abdita uena tremit,
pulsat et incita quod resonam
lingua sub ore latens caueam,
95 laus superi patris esto mihi.

Nos igitur tua, sancte, manus
caespite conposuit madido
effigiem meditata suam,
utque foret rata materies,
100 ore animam dedit ex proprio.

86—90 cf. Ps. 54, 17—18 96—100 cf. Gen. 2, 1

Def. B 78 honus *V*, *Sa.r.* 79 imbre] umbra *ANa.c.* 80 pumiceosque *Aa.r.* iacet *Ea.c.* comulos *Aa.c.* 82 incita *OU*, *D* (*s.* ł inclita), *Ep.c.* inc*yta *S* inc**ta (*eras.* ly) *C* incluta *Ea.r.* 85 aeque perare *D* 89 commonet *M*,*Ca.c.* ora *Va.c.OS* cybum *O* 90 armonia *CDVPMOU*, *NESp.r.* 91 alitus *MO*,*VSa.c.* 93 incitat *M* 94 hore *CVa.c.* 96 tue *Sa.c.* sca* *S* sancta *U*,*Ep.c.* 99 materiæ *M* 100 ore — proprio] flauit et indidit ore animam *D* (*sequente unius uersus spatio*), *VNEMOSU* flauit et indidit ore animam ore animam dedit e proprio *C*; *igitur in archetypo codicum C et D supra lectionem ingenuam* (ore animam *rel.*) *altera lectio* (flauit et indidit *rel.*) *glossae modo addita exstitit, quam scriba codicis C in textum recepit duos pro uno uersus faciens, D autem omisso uersu genuino sed seruato uersus spatio exhibet*

Tunc per amoena uirecta iubet
frondicomis habitare locis,
uer ubi perpetuum redolet
prataque multicolora latex
105 quadrifluo celer amne rigat.

'Haec tibi nunc famulentur', ait;
'usibus omnia dedo tuis,
sed tamen aspera mortifero
stipite carpere poma ueto,
110 qui medio uiret in nemore'.

Hic draco perfidus indocile
uirginis inlicit ingenium,
ut socium malesuada uirum
mandere cogeret ex uetitis
115 ipsa pari peritura modo.

Corpora mutua — nosse nefas —
post epulas inoperta uident,
lubricus error et erubuit;
tegmina suta parant foliis,
120 dedecus ut pudor occuleret.

Conscia culpa deum pauitans
sede pia procul exigitur;
innuba femina quae fuerat,
coniugis excipit imperium
125 foedera tristia iussa pati.

Auctor et ipse doli coluber
plectitur inprobus, ut mulier
colla trilinguia calce terat;
sic coluber muliebre solum
130 suspicit atque uirum mulier.

101 cf. Gen. 2, 8—15 106 cf. ib. 2, 16.17 111 cf. ib. 3, 1—6 116 cf. ib. 3, 7 121 cf. ib. 3, 23. 16 126 cf. ib. 3, 14. 15

Def. B 101 amoenia *C* 107 u*sibus *C* 113 male suada *VO* 117 aepulas *Aa.c.D* uirent *Ma.c.* uidet *Oa.c.m2* 127 mulier *add. Om2* 128 tripinguia *Amg.m2* (*in textu ras.*) 129 sicoluber *Aa.c.* 130 suspicet* *M* suspici*t *ex* suscipi*t *S* suscipit *CO*

His ducibus uitiosa dehinc
posteritas ruit in facinus,
dumque rudes imitatur auos,
fasque nefasque simul glomerans
135 inpia crimina morte luit.

Ecce uenit noua progenies,
aethere proditus alter homo,
non luteus, uelut ille prius,
sed deus ipse gerens hominem
140 corporeisque carens uitiis.

Fit caro uiuida sermo patris,
numine quam rutilante grauis
non thalamo neque iure tori
nec genialibus inlecebris
145 intemerata puella parit.

Hoc odium uetus illud erat,
hoc erat aspidis atque hominis
digladiabile discidium,
quod modo cernua femineis
150 uipera proteritur pedibus.

Edere namque deum merita
omnia uirgo uenena domat,
tractibus anguis inexplicitis
uirus inerme piger reuomit
155 gramine concolor in uiridi.

Quae feritas modo non trepidat
territa de grege candidulo?
inpauidas lupus inter oues
tristis obambulat et rabidum
160 sanguinis inmemor os cohibet.

137 cf. I Cor. 15, 47 141 cf. Ioh. 1, 14 146 cf. Gen. 3, 15 158 cf. Esai. 11, 6

Def. B 132 faciem *M* 137 proditur *O* 138 prior *Dressel* 142 quem *MSU* 143 thalamo (ł i *s.* o) *C* thalami *O* iura *NPa.c.* thori *DVPOSU*, *Cp.c.* 147 adque *A*, *Na.c.* 154 inherme *V* piger*euomit (u *s.* mi) *C* euomit *O*, *Dp.r.* 157 candiculo *Pa.c.*

Agnus enim uice mirifica
ecce leonibus imperitat
exagitansque truces aquilas
per uaga nubila perque notos
165 sidere lapsa columba fugat.

Tu mihi, Christe, columba potens,
sanguine pasta cui cedit auis,
tu niueus per ouile tuum
agnus hiare lupum prohibes
170 subiuga tigridis ora premens.

Da, locuples deus, hoc famulis
rite precantibus, ut tenui
membra cibo recreata leuent
neu piger inmodicis dapibus
175 uiscera tenta grauet stomachus.

Haustus amarus abesto procul,
ne libeat tetigisse manu
exitiale quid aut uetitum;
gustus et ipse modum teneat,
180 sospitet ut iecur incolume.

Sit satis anguibus horrificis,
liba quod inpia corporibus
a! miseram peperere necem;
sufficiat semel ob facinus
185 plasma dei potuisse mori.

Oris opus, uigor igneolus
non moritur, quia flante deo
conpositus superoque fluens
de solio patris artificis
190 uim liquidae rationis habet.

Def. B 161 uoce *Ea.c.* 164 nothos *CDVPOU*, *NEp.c.* 165 sydere *SU* labsa *A* 167 ouis *Pa.c.m2* 170 sub iuga *V* tygridis *U* 172 praecantibus *NM*, *Ea.r.* 175 tensa *MOS*,*U* (*ex* densa), *Cp.c.* tanta *P* sth*machus (h *del.*, o *s. ras.*) *A* sthomacus *E* sthomacus (h *s.* cu) *N* 177 nec *MOSU* 180 iecor *M*,*Na.c.* incolome *U*,*Na.c.m2* 181 orrificis *M* 183 ah *P* pepere *ANa.c.* 184 ob] hoc *MO*, *Cmg.* 185 plapsma *M* 186 ocris *M*

Viscera mortua quin etiam
post obitum reparare datur
eque suis iterum tumulis
prisca renascitur effigies
195 puluereo coeunte situ.

Credo equidem — neque uana fides —
corpora uiuere more animae;
nam modo corporeum memini
de Flegetonte gradu facili
200 ad superos remeasse deum.

Spes eadem mea membra manet,
quae redolentia funereo
iussa quiescere sarcofago
dux parili rediuiuus humo
205 ignea Christus ad astra uocat.

IV.

HYMNVS POST CIBVM.

Pastis uisceribus ciboque sumpto,
quem lex corporis inbecilla poscit,
laudem lingua deo patri rependat,

patri, qui Cherubin, sedile sacrum,
5 nec non et Seraphin suum supremo
subnixus solio tenet regitque.

5 cf. Esai. 6, 2. Ps. 79, 2 et Hieron. comm. in Esai. 6, 2

Def. B 193 aeque *CD,Ea.r.* 199 flegethonte *M* flege*tonte *V* 203 sarcophago *M* sorcofago *A* 204 parilis *CDPO*, *E*(*s.* ł li *m2*) homo *ACDPMO*, *E*(*s.* ł humo *m2*) *Sa.c.m2* 205 uocat] *add.* ΦINIT AME* *S*

hymnus (himnus *A* ymnus *DMU* incipit ymnus *S*) post cibum *codd.*, *def. B*

1 pasti *Ma.c.* cyboque *S* 2 inbicilla *D,Na.c.m2* imbecilla *P* pascit *Aa.c.* 4 que *Na.c.* cherubim *et* 5 seraphim *PMU*, *Np.c.m2 Sa.c.* 5 suum] *s.* ł suo *E* suppremo *NM* 6 subnixo *Sa.c.* subnixus*solio *C*

Hic est, quem Sabaoth deum uocamus,
expers principii carensque fine,
rerum conditor et repertor orbis,

fons uitae liquida fluens ab arce,
infusor fidei, sator pudoris,
mortis perdomitor, salutis auctor.

Omnes quod sumus aut uigemus, inde est;
regnat spiritus ille sempiternus
a Christo simul et parente missus.

Intrat pectora candidus pudica,
quae templi uice consecrata rident,
postquam conbiberint deum medullis.

Sed si quid uitii doliue nasci
inter uiscera iam dicata sensit,
ceu spurcum refugit celer sacellum.

Taetrum flagrat enim uapore crasso
horror conscius aestuante culpa
offensumque bonum niger repellit.

Nec solus pudor innocensue uotum
templum constituunt perenne Christo
in cordis medii sinu ac recessu,

sed, ne crapula ferueat, cauendum est,
quae sedem fidei cibis refertam
usque ad congeriem coartet intus.

10 cf. Ps. 35, 10 13 cf. Act. 17, 28 17 cf. I Cor. 6, 19

Def. B 7 quem saba*oth *S* quem sabaoht *V* sabaoth quem *U* 10 liquide *Sa.c.* 13 omnomnes *Aa.c.* omne *P,Np.r.* omn*s (e *s. ras. m2*)*V* om *S* omnes (*s. ł* ne)*E* aut] ac *DVNMS* ia *Aa.c.* 22 flagrant *M* (n *eras.*) fraglat *O* grasso *Na.c.* 24 offessumque *M* 25 innocensque *MOU* in*nocensque *S* 26 construunt *A*, *O* (*s. ł* constituunt *m2*) perhenne *VP* 27 mediis *M* 29 cybis *S* 30 cohartet *U*

Parcis uictibus expedita corda
infusum melius deum receptant;
hic pastus animae est saporque uerus.

Sed nos tu gemino fouens paratu
35 artus atque animas utroque pastu
confirmas, pater, ac uigore conples.

Sic olim tua praecluens potestas
inter raucisonos situm leones
inlapsis dapibus uirum refouit.

40 Illum fusile numen execrantem
et curuare caput sub expolita
aeris materia nefas putantem

plebs dirae Babylonis ac tyrannus
morti subdiderant, feris dicarant
45 saeuis protinus haustibus uorandum:

o semper pietas fidesque tuta!
lambunt indomiti uirum leones
intactumque dei tremunt alumnum.

Adstant comminus et iubas reponunt,
50 mansuescit rabies fameque blanda
praedam rictibus ambit incruentis.

Sed cum tenderet ad superna palmas
expertumque sibi deum rogaret
clausus iugiter indigensque uictus,

37—72 cf. Dan. cap. 14 sec. Vulg.

Def. B 34 foues *P*, *Ea.c.* fruens *Aa.c.* 35 adque *A* 36 comples *A* coplens *D* (*mg.* ples) complens *Mp.c.* 38 leonis *Da.c.* 39 inlabsis *A* 40 nomen *Sa.c.* exsecrantem *V* 41 sub *om. A*, *add. in mg.* 43 ples *Aa.c.* babilonis *PU* tyrrannus *A* 44 mortis *M*, *Sa.r.* 45 austibus *Sa.c.* haustibus *in ras. D* hastibus *Ma.c.* hostibus *O* 46 sempes *Aa.c.* 47 labunt *Aa.c.m2* uirum] uero *Na.c.* 49 asstant *PO* cominus *VMS*, *Dp.r.* *u. 50—52 in A primo omissi, postea imo folio additi sunt signo post u. 49 adposito* 50 famaeque *MO* 51 lambit *MOSU* 54 uictu *D* (*s.* ł cybo, *mg.* ł uictus), *MSU*

55 iussus nuntius aduolare terris,
qui pastum famulo daret probato,
raptim desilit obsequente mundo.

Cernit forte procul dapes inemptas,
quas messoribus Ambacum profeta
60 agresti bonus exhibebat arte.

Huius caesarie manu prehensa
plenis, sicut erat, grauem canistris
suspensum rapit et uehit per auras.

Tum raptus simul ipse prandiumque
65 sensim labitur in lacum leonum
et, quas tunc epulas gerebat, offert:

'sumas laetus', ait, 'libensque carpas,
quae summus pater angelusque Christi
mittunt liba tibi sub hoc periclo'.

70 His sumptis Danielus excitauit
in caelum faciem ciboque fortis
'amen' reddidit, 'alleluia' dixit.

Sic nos muneribus tuis refecti,
largitor deus omnium bonorum,
75 grates reddimus et sacramus hymnos.

Tu nos tristifico uelut tyranno
mundi scilicet inpotentis actu
conclusos regis et feram repellis,

Def. B 56 parato *Aa.c.* 58 ineptas *E* 59 ambacum *in ras. U* abbacum *M* abacum *S* abacuc *Va.c.E* abbacuc *CDPO,Vp.c.* profeta *AD* propheta *cet.* 60 exibebat *O* 61 cesarie *Aa.c.* caesariae *DVP* caesariem *Sa.r.* cesariem *M* praehensa *Aa.c.* praeh*ensa *N* 63 uehi *Aa.c.* uenit *O* 66 aepulas *Aa.c.* 70 danihelus *CDVNPEMO* 72 alluia *Da.c.m2* aleluia *A* alelu*a (l *s.* al, i *s.* *) *N* 73 referti *Aa.c.*, *CDmg.* 75 red*dimus *S* ymnos *POSU*, *om. M sed add. in mg.*, honores *V* (*mg.* al hymnos) 76 uelud *U* 78 feras *Aa.c.* repelles *A,Pa.c.*

quae circumfremit ac uorare temptat
80 insanos acuens furore dentes,
cur te, summe deus, precemur unum.

Vexamur, premimur, malis rotamur;
oderunt, lacerant, trahunt, lacessunt,
iuncta est suppliciis fides iniquis.

85 Nec defit tamen anxiis medella;
nam languente truci leonis ira
inlapsae superingeruntur escae.

Quas si quis sitienter hauriendo
non gustu tenui, sed ore pleno
90 internis uelit inplicare uenis,

hic sancto satiatus ex profeta
iustorum capiet cibos uirorum,
qui fructum domino metunt perenni.

Nil est dulcius ac magis saporum,
95 nil quod plus hominem iuuare possit,
quam uatis pia praecinentis orsa:

his sumptis licet insolens potestas
prauum iudicet inrogetque mortem,
inpasti licet inruant leones,

100 nos semper dominum patrem fatentes
in te, Christe deus, loquemur unum
constanterque tuam crucem feremus.

79 cf. I Petr. 5, 8

Def. B 81 cur] cum *U* tunc *MOS* 82 a malis *M* 85 desit *Np.r.Sp.c.* anxius *M* medela *CDVPOU*, *NEp.r.* 86 trucis *MOSU*, *Ep.c.m2* 87 inlabsae *A,Na.c.* (illabsae *p.c.*) aesce *CD* aescae *PO* 88 auriendo *E,Sa.c.* 89 pleno ore *Oa.c.* 90 implicare *A* 91 profeta *AD* propheta *cet.* 93 metun *Aa.c.* perhenni *VP* 94 nil] il *in ras. E* 101 crhiste *A*

V.

HYMNVS AD INCENSVM LVCERNAE.

Inuentor rutili, dux bone, luminis,
qui certis uicibus tempora diuidis,
merso sole chaos ingruit horridum,
lucem redde tuis, Christe, fidelibus!

Quamuis innumero sidere regiam
lunarique polum lampade pinxeris,
incussu silicis lumina nos tamen
monstras saxigeno semine quaerere,

ne nesciret homo spem sibi luminis
in Christi solido corpore conditam,
qui dici stabilem se uoluit petram,
nostris igniculis unde genus uenit,

pinguis quos olei rore madentibus
lychnis aut facibus pascimus aridis,
quin et fila fauis scirpea floreis
presso melle prius conlita fingimus;

uiuax flamma uiget, seu caua testula
sucum linteolo suggerit ebrio,
seu pinus piceam fert alimoniam,
seu ceram teretem stuppa calens bibit;

11 cf. I Cor. 10, 4

Def. B hymnus (himnus *A* ymnus *DM* incipit ymnus *SU*) ad incensum lucernae *ACDVPEMSU* hymnus * incensione (ione *paene eras.*) lucernae *N* incipit hymnus ad incensionem lucernae *O*, *def. B*

1 rotuli *Na.c.* 4 Christe tuis redde *U* 5 sydere *SU* 7 incusu *P* 8 querere *MS* 13 quoque *V* 14 lyghnis *Pa.c.* lighnis *O* lichnis *VU* aut] ac *CD*(*mg.* aut), *EO* 17 uiuax flamma uiget *in ras. U* caua *in ras. U* 18 lenteolo *E*, *Pa.c.* lintheolo *O* hebrio *S* 19 alemoniam *A* 20 ceram *U*

nectar de liquido uertice feruidum
guttatim lacrimis stillat olentibus,
ambustum quoniam uis facit ignea
imbrem de madido flere cacumine.

25 Splendent ergo tuis muneribus, pater,
flammis nobilibus scilicet atria
absentemque diem lux agit aemula,
quam nox cum lacero uicta fugit peplo.

Sed quis non rapidi luminis arduam
30 manantemque deo cernat originem?
Moses nempe deum spinifero in rubo
uidit conspicuo lumine flammeum.

Felix, qui meruit sentibus in sacris
caelestis solii uisere principem
35 iussus nexa pedum uincula soluere,
ne sanctum inuolucris pollueret locum.

Hunc ignem populus sanguinis inclyti,
maiorum meritis tutus et inpotens,
suetus sub dominis uiuere barbaris,
40 iam liber sequitur longa per auia.

Qua gressum tulerant castraque caerulae
noctis per medium concita mouerant,
plebem peruigilem fulgure praeuio
ducebat radius sole micantior.

31 cf. Exod. 3, 2. 5 44 cf. Exod. 13, 21—22

Def. B 22 olentibus *in ras. C* alentibus *PE,Da.c.Np.c.* 24 imbrem] ignem *ACD,P* (*mg.* ł imbrem) 25 splent *Aa.c.* slendent *D* 26 mobilibus *DV,PSp.c.U*(n *s.* m *m2*) 28 peblo *Ma.c.* 29 ardua *M* 30 manentemque *NPp.c.* 31 moses *CD, Ap.c.Pa.c.* moyses *cet.* nempe] namque *PSa.c.* spinifera *Sp.c.m2* 36 pullueret *O* 37 incliti *VN* 41 tolerant *M, Sa.c.* tulerat *Aa.c.* caerule *A* (a *s.* e *alt. sed postea eras.*) cerulae *MOU* 43 peruigelem *A* fulgore *CDNPEMOS, Aa.c.* 44 radios *M, Na.c.*

45 Sed rex Niliaci litoris inuido
feruens felle iubet praeualidam manum
in bellum rapidis ire cohortibus
ferratasque acies clangere classicum.

Sumunt arma uiri seque minacibus
50 accingunt gladiis, triste canit tuba;
hic fidit iaculis, ille uolantia
praefigit calamis spicula Gnosiis.

Densetur cuneis turba pedestribus,
currus pars et equos et uolucres rotas
55 conscendunt celeres signaque bellica
praetendunt tumidis clara draconibus.

Hic iam seruitii nescia pristini
gens Pelusiacis usta uaporibus
tandem purpurei gurgitis hospita
60 rubris litoribus fessa resederat.

Hostis dirus adest cum duce perfido,
infert et ualidis proelia uiribus,
Moses porro suos in mare praecipit
constans intrepidis tendere gressibus.

65 Praebent rupta locum stagna uiantibus,
riparum in faciem peruia sistitur
circumstans uitreis unda liquoribus,
dum plebs sub bifido permeat aequore.

45 cf. Exod. 14, 8 sqq. 65 cf. Exod. 14, 22 sqq.

Def. B 45 rexrex *Aa.c.* nyliaci *D* littoris *V* 46 praeualida * manu * *U* preualidam manu *M* praeualida manu *S* 48 ferratatas *M* classicam *O* 51 fudit *M* 52 preficit *M* gnoeis (e *in ras.*, s *s.* oe)*S* 53 densatur *O* 55 caeleres *E* 56 pratendunt *Aa.c.* 57 hinc *EU*,*V* (n *m2 s.*) 60 littoribus *V* 61 dyrus *E* durus *P* 62 et *eras. U* 63 moses *ACV*, *DPa.c.* moyses *cet.* im mare *Ap.c.* praecepit *O* pre*cipit *Sa.c.* (*pr.* i *ex* e) 66 facem *M* 68 blebs *V*

Pubes quin etiam decolor asperis,
70 inritata odiis rege sub inpio,
Hebraeum sitiens fundere sanguinem
audet se pelago credere concauo.

Ibant praecipiti turbine percita
fluctus per medios agmina regia,
75 sed confusa dehinc unda reuoluitur
in semet reuolans gurgite confluo.

Currus tunc et equos telaque naufraga
ipsos et proceres et uaga corpora
nigrorum uideas nare satellitum,
80 arcis iustitium triste tyrannicae.

Quae tandem poterit lingua retexere
laudes, Christe, tuas, qui domitam Pharon
plagis multimodis cedere praesuli
cogis iustitiae uindice dextera;

85 qui pontum rabidis aestibus inuium
persultare uetas, ut refluo in solo
securus pateat te duce transitus
et mox unda rapax ut uoret inpios;

cui ieiuna eremi saxa loquacibus
90 exundant scatebris et latices nouos
fundit scissa silex, quae sitientibus
dat potum populis axe sub igneo?

83 cf. Exod. cap. 7—12 89 cf. Num. 20, 11

Def. B 71 haebreum *V* hebreum *CDOSU* 76 confluo] refluo *PE*, *s. in V*, *mg. in C* 77 cursus *S* 78 uaca *M* 79 natare *Ep.c.m2* 80 iustiti*um *N* ut triste *O* 82 domitum *U,Sp.c.* pharaon *Aa.c.* faraon *Sp.c.* faron *E* 83 caedere *CDVPU* praesoli *Ea.c.* 84 iustitia*(e *s. ras.*)*N* 85 rapidis *PMOSU* 86 salo *VNPMOSU*, *Ep.c.*, *mg. D*, *cf.* refluum littus *Apul. Met. IV 31* 88 ut uoret] deuoret *O,CD* (*mg.* ł ut)*Ep.c.* ut uoret (*mg.* ał de)*P* impios *A* 89 qui *Ua.c.* heremi *VPEMOSU,CDp.c. Np.c.m2* 90 scatebrae *O* 91 scisa *A* 92 populi saxe *M*

Instar fellis aqua tristifico in lacu
fit ligni uenia mel uelut Atticum:
95 lignum est, quo sapiunt aspera dulcius;
nam praefixa cruci spes hominum uiget.

Inplet castra cibus tunc quoque ninguidus
inlabens gelida grandine densius;
his mensas epulis, hac dape construunt,
100 quam dat sidereo Christus ab aethere.

Nec non imbrifero uentus anhelitu
crassa nube leues inuehit alites,
quae, difflata in humum cum semel agmina
fluxerunt, reduci non reuolant fuga.

105 Haec olim patribus praemia contulit
insignis pietas numinis unici,
cuius subsidio nos quoque uescimur
pascentes dapibus pectora mysticis.

Fessos ille uocat per freta saeculi
110 discissis populum turbinibus regens
iactatasque animas mille laboribus
iustorum in patriam scandere praecipit.

Illic purpureis tecta rosariis
omnis fraglat humus caltaque pinguia
115 et molles uiolas et tenues crocos
fundit fonticulis uda fugacibus.

93 cf. Exod. 15, 23—25 97 cf. Exod. 16, 14 sqq. Num. 11, 9
101 cf. Num. 11, 31. 32

Def. B 93 laco *Sa.c.* 95 sapiun *Aa.c.* 97 ninguido *Sa.c.* 99 aepulis *Aa.c.* hac] ac *E* 100 sydereo *U* 101 anhelitus *Ma.c.* 103 conflata *EO, N p.c.* difflata (ł con *s.* dif) *CD* humum] unum *CDE* (*mg.* ł in humum) *totus uersus 103 in ras. C* 104 luxerunt *N* 107 uecimur *Aa.c.* 108 misticis *N* 110 recens *M* 111 iactasque *V* 112 patria *Aa.c.* praecepit *Ea.c.* 113 purporeis *Ea.c.* 114 fraglat *OU*, *Vp.r.PE* (*ex* flagrat) fralglat *Va.r.* flagrat *cet.* calthaque *O* 116 unda *MOSU*, *Pp.c.m2Ep.c.*

Illic et gracili balsama surculo
desudata fluunt raraque cinnama
spirant et folium, fonte quod abdito
120 praelambens fluuius portat in exitum.

Felices animae prata per herbida
concentu pariles suaue sonantibus
hymnorum modulis dulce canunt melos,
calcant et pedibus lilia candidis.

125 Sunt et spiritibus saepe nocentibus
poenarum celebres sub Styge feriae
illa nocte, sacer qua rediit deus
stagnis ad superos ex Acherunticis,

non sicut tenebras de face fulgida
130 surgens oceano lucifer inbuit,
sed terris domini de cruce tristibus
maior sole nouum restituens diem.

Marcent suppliciis tartara mitibus
exultatque sui carceris otio
135 umbrarum populus liber ab ignibus
nec feruent solito flumina sulpure.

Nos festis trahimus per pia gaudia
noctem conciliis uotaque prospera
certatim uigili congerimus prece
140 extructoque agimus liba sacrario.

125 cf. I Petr. 3, 19

Def. B 117 basama *M* 118 cynnama *E* 120 pre*lambens *S* portat] petit *V* (*mg.m2* ał portat) exitam *Ea.c.* 122 parili *OU*,*Ca.c.D* (*s.* ł pariles) *Ep.c.* parilis (s *eras.*) *M* suauisonantibus *N*,*Va.c.m2Ea.c.* 123 ymnorum *MSU* canit *Aa.c.* 126 caelebres *V* stige *OU* 127 quae *Da.c.* rediit] e *in ras. D* 128 acherunticis *A*,*Ea.c.* acheronticis *cet.* 135 umbrarum] functorum *VNE* (*s. in V*, *mg. in E* ł umbrarum), umbrarum (*s. in D* animarum ał functorum, *s. in O* animarum, *mg. in P* ł functorum) *DPO* 136 sulpure *Na.c.* sulfure *A* sulphurae *O* sulphure *cet.* 140 exstructoque *S*,*Ep.c.*

Pendent mobilibus lumina funibus,
quae subfixa micant per laquearia,
et de languidulis fota natatibus
lucem perspicuo flamma iacit uitro.

145 Credas stelligeram desuper aream
ornatam geminis stare trionibus
et, qua bosforeum temo regit iugum,
passim purpureos spargier hesperos.

O res digna, pater, quam tibi roscidae
150 noctis principio grex tuus offerat,
lucem, qua tribuis nil pretiosius,
lucem, qua reliqua praemia cernimus!

Tu lux uera oculis, lux quoque sensibus,
intus tu speculum, tu speculum foris;
155 lumen, quod famulans offero, suscipe
tinctum pacifici chrismatis unguine,

per Christum genitum, summe pater, tuum,
in quo uisibilis stat tibi gloria,
qui noster dominus, qui tuus unicus
160 spirat de patrio corde paraclitum,

per quem splendor, honor, laus, sapientia,
maiestas, bonitas et pietas tua
regnum continuat numine triplici
texens perpetuis saecula saeculis.

Def. B 141 mobilibus] mo *posteriore cura adscr., p. c. fortasse ex* no *E* nobilibus *O* 142 suffixa *CDVNPEO,Ap.c.m2Up.c.* languidolis *A,Ea.c.* 143 natalibus *M* 145 stilligeram *AE* arceam *M* 147 bosphoreum *CM* bosforeum *E*(*s.* ł phos) posforeum *S* timor egit *M* 149 re *Aa.c.* pater] *s.* ł deus *D* deus *V* (*s.* al. pater) *N*, *E* (*mg.* ł pater) *MOSU* 151 quam *V* 156 tintum *Aa.c.* pacificis *Va.c.* χhrismatis *V* crismatis *N* 157 unigenitum *O* sume *NM,Vp.c.* 160 paraclytum *CDPEMOSU,Na.r.* 163 contineat *S,Up.c.* nomine *MS*

VI.

HYMNVS ANTE SOMNVM.

Ades, pater supreme,
quem nemo uidit umquam,
patrisque sermo Christe
et spiritus benigne!

5 O trinitatis huius
uis ac potestas una,
deus ex deo perennis,
deus ex utroque missus!

Fluxit labor diei,
10 redit et quietis hora,
blandus sopor uicissim
fessos relaxat artus.

Mens aestuans procellis
curisque sauciata
15 totis bibit medullis
obliuiale poclum.

Serpit per omne corpus
Lethea uis nec ullum
miseris doloris aegri
20 patitur manere sensum.

2 cf. Ioh. 1, 18

hymnus (ymnus *DM* incipit ymnus [hymnus *O*] *OSU*) ante somnum *codd.*, *def. B*

Def. B; def. u. 12 — 81 in E 1 sup*preme *M* 3 crhiste *A* 6 uis una lumen unum *VNEMOSU* (*mg.VE* al. uis ac potestas una; *mg.CD* ł uis una lumen unum) 7 perhennis *VP* 10 et *om. P, in ras. E, s. add. U* *u. 12—81 desunt in E* 12 ortus *Aa.c.* 15 bibet *Na.c.* 16 oblibiale *M* poculum *O* 18 lethaea *CD,Vp.c.* laethaea *Va.c.* laethea *N* loethea *U* 19 dolores *Sa.c.*

Lex haec data est caducis
deo iubente membris,
ut temperet laborem
medicabilis uoluptas.

25 Sed dum pererrat omnes
quies amica uenas
pectusque feriatum
placat rigante somno,

liber uagat per auras
30 rapido uigore sensus
uariasque per figuras,
quae sunt operta, cernit,

quia mens soluta curis,
cui est origo caelum
35 purusque fons ab aetra,
iners iacere nescit.

Imitata multiformes
facies sibi ipsa fingit,
per quas repente currens
40 tenui fruatur actu.

Sed sensa somniantum
dispar fatigat horror,
nunc splendor intererrat,
qui dat futura nosse.

45 Plerumque dissipatis
mendax imago ueris
animos pauore maestos
ambage fallit atra.

cf. BE 21 haec *in ras. D* data] *acta *S* 26 quies *in ras. C* 28 plagat *M,Sa.c.m2* 29 uacat *MU,Sp.c.m2* uagas *Ca.c.*, (as *ex* os) *P* uagęs *D* 35 aethra *PMOU,Vp.c.* ethra *N* ethera *S* 36 inhers *Va.c.m2* 37 imitata * multiformes *M* 43 intereat *O* (*s.* l inter errat) 47 maestos *in ras. C*

Quem rara culpa morum
50 non polluit frequenter,
hunc lux serena uibrans
res edocet latentes;

at qui coinquinatum
uitiis cor inpiauit,
55 lusus pauore multo
species uidet tremendas.

Hoc patriarcha noster
sub carceris catena
geminis simul ministris
60 interpres adprobauit,

quorum regressus unus
dat poculum tyranno,
ast alterum rapaces
fixum uorant uolucres;

65 ipsum deinde regem
perplexa somniantem
monuit famem futuram
clausis cauere aceruis;

mox praesul ac tetrarches
70 regnum per omne iussus
sociam tenere uirgam
dominae resedit aulae.

O quam profunda iustis
arcana per soporem
75 aperit tuenda Christus,
quam clara, quam tacenda!

57 cf. Gen. cap. 40 et 41

Def. BE 50 pulluit *O* 51 nunc *V*(*mg.* ał hunc) 53 ad qui *A*,*NPa.r.Sa.c.*atqui *MU* 55 lusus ex pauore *Ua.c.* 56 uidit *OUa.c.* 59 minister *O* (*s.* ł tris), *Cp.c.* 61 recessus *Va.c.* reuersus *NMOSU*,*Vp.c.P* (*s.* ł regressus), *Cmg.* 62 poclum *M* 64 uolant *Va.c.* 67 monuit] nouit *O* mouit *Cp.c.* 69 ac *om. M* tetrarces *Na.c.* tetharches *Va.c.* tetarches *M*,*Sa.c.* 71 sociam] sic iam *MS*, *s.* ł sic iam *O* 74 archana *VOU* 75 crhistus *A* 76 tacenda (*mg.ml* tuenda) *A*

Euangelista summi
fidissimus magistri,
signata quae latebant,
80 nebulis uidet remotis:

ipsum tonantis agnum
de caede purpurantem,
qui conscium futuri
librum resignat unus.

85 Huius manum potentem
gladius perarmat anceps
et fulgurans utrimque
duplicem minatur ictum.

Quaesitor ille solus
90 animaeque corporisque
ensisque bis timendus
prima ac secunda mors est.

Idem tamen benignus
ultor retundit iram
95 paucosque non piorum
patitur perire in aeuum.

Huic inclytus perenne
tribuit pater tribunal,
hunc obtinere iussit
100 nomen supra omne nomen.

81 cf. Apoc. 5, 6—9 85 cf. Apoc. 1, 16 90 cf. Hebr. 4, 12 92 cf. Apoc. 2, 11. 20, 6. 14 97 cf. Ioh. 5, 22. Act. 17, 31 99 cf. Phil. 2, 9

Def. B; E u. 12—81 77 euuangelista *O* 79 latebat *Va.c.* 82 decede *VPMOSU* 84 resignus *Va.c.m2* 85 magnum *M* ma num *O* 87 fulgorans *CDE,Na.r.Pa.c.* utrumque *Aa.c.* 88 dupplicem *EO* 89 quaesitur *MS* 96 in] per *Ua.c.* (per *del.*) 97 hunc *Na.r.* inclitus *U,Va.c.* 99 optinere *PEMO* 100 super *MO*

Hic praepotens cruenti
extinctor Antichristi,
qui de furente monstro
pulchrum refert tropaeum;

105 quam bestiam capacem
populosque deuorantem,
quam sanguinis Carybdem
Iohannis execratur;

hanc nempe, quae sacratum
110 praeferre nomen ausa
imam petit gehennam
Christo perempta uero.

Tali sopore iustus
mentem relaxat heros,
115 ut spiritu sagaci
caelum peragret omne.

Nos nil meremur horum,
quos creber inplet error,
concreta quos malarum
120 uitiat cupido rerum.

Sat est quiete dulci
fessum fouere corpus,
sat, si nihil sinistrum
uanae minentur umbrae.

105 cf. Apoc. cap. 13 et 19 109—112 cf. II Thess. 2, 4. 8

Def. B 101 hi*c *OS* 102 extintor *V* anticrhisti *A* anticristi *O* 103 quid furente *E* 104 pulcrhum *A* tropheum *DVNO,Ua.c.* (h *del.*) thropaeum *Ep.c.m2* tropeum *M* trophęum *C* 106 uorantem *U* 107 sanguidis *A* carybdem *O*, *Aa.c.* carybdim *V* caribdem *P* (e *in* i *corr.*) charibdem *CDNE* charibdin *U* charybdem *cet.* 108 iohannis *ADE,Na.c.* —es *cet.* exsecratur *A* 109 haec *MOSU,CD* (*mg.* ł hanc) 112 crhisto *A* 113 talis opere *M* tali*sopore (sopor e *in ras.*) *C* 116 peregret *Va.c.* 117 hos *M* 118 inplicet *O* 120 uiciat *V*

125 Cultor dei, memento
te fontis et lauacri
rorem subisse sanctum,
te chrismate innotatum.

Fac, cum uocante somno
130 castum petis cubile,
frontem locumque cordis
crucis figura signet.

Crux pellit omne crimen,
fugiunt crucem tenebrae,
135 tali dicata signo
mens fluctuare nescit.

Procul, o procul uagantum
portenta somniorum!
procul esto peruicaci
140 praestrigiator astu!

O tortuose serpens,
qui mille per meandros
fraudesque flexuosas
agitas quieta corda,

145 discede, Christus hic est,
hic Christus est, liquesce!
signum, quod ipse nosti,
damnat tuam cateruam.

Def. B *u. 125 in E uncialibus litteris quasi titulus uel uersus initialis exaratus est* 128 crhismate *A* crismate *O*, *Va.c.* innouatum *O,Ua.c.m2* innotatum (*s.* ł innouatum-i-signatum) *D* 129 uacante *AP,Cp.c.* uocante (ł a *s.* o) *D* uocate *V* somnum *M* 133 crux expellit *O* 134 cruce *N* 137 o *om.O,Vp.c.* uagantium *Va.c.* uagantem *Na.c.* 139 esto *om.V*, *sed postea s.* 140 praestrig. *NE,Ap.c.m2,U* (i *pr. in ras.*) praestig. *cet.* actu *AD,C in ras.* (*mg.* ł astu) *Ea.c.* 141 tortuosae *D* 143 fraudisque *M,Sa.c.* fluxuosas *EO* flexusas *Va.c.* 145 descede *A* 148 damnat] ł dominat *Pmg.*

Corpus licet fatiscens
150 iaceat recline paulum,
Christum tamen sub ipso
meditabimur sopore.

VII.

HYMNVS IEIVNANTIVM.

O Nazarene, lux Bethlem, uerbum patris,
quem partus alui uirginalis protulit,
adesto castis, Christe, parsimoniis
festumque nostrum rex serenus aspice,
5 ieiuniorum dum litamus uictimam!

Nil hoc profecto purius mysterio,
quo fibra cordis expiatur uiuidi,
intemperata quo domantur uiscera,
aruina putrem ne resudans crapulam
10 obstrangulatae mentis ingenium premat.

Hinc subiugatur luxus et turpis gula,
uini atque somni degener socordia,
libido sordens, inuerecundus lepos
uariaeque pestes languidorum sensuum
15 parcam subactae disciplinam sentiunt.

Def. B 149 fatescens *E,Va.c.Na.r.* fatiscens (ti *in ras.*)*S* 150 paulo *MOS, Cp.c.* 151 crhistum *A* 152 meditamur *O, Cp.c.*

hymnus (ymnus *CDM* incipit ymnus [hymnus *O*] *OSU*) ieiunantium *codd., def. B*

1 bethleem *OSU* betlem (h *s.* tl, e *s.* le, lem *in ras.*) *V* 2 uirginis *O* 3 parsiniis (niis *in ras.*, mo *s.* ni *m2*)*V* 4 asspice *S* accipe *U* 6 nihil *MU,Sa.r.* 7 uiuidi]iui *in ras. V* uuidi *Mp.c.* 8 donantur *Va.c.* 10 obstranguilatae *M* praemat *CDPE,Na.r.* 11 subiungatur *M,Ua.c.* 12 uni *Va.c.* adque *A* dege*ne (r *s.* e *ult.*)*E* 13 inuerecundos *Da.c.*

Nam si licenter diffluens potu et cibo
ieiuna rite membra non coerceas,
sequitur, frequenti marcida oblectamine
scintilla mentis ut tepescat nobilis
20 animusque pigris stertat ut praecordiis.

Frenentur ergo corporum cupidines
detersa et intus emicet prudentia;
sic excitato perspicax acumine
liberque flatu laxiore spiritus
25 rerum parentem rectius precabitur.

Helia tali creuit obseruantia,
uetus sacerdos, ruris hospes aridi,
fragore ab omni quem remotum et segregem
spreuisse tradunt criminum frequentiam,
30 casto fruentem syrtium silentio.

Sed mox in auras igneis iugalibus
curruque raptus euolauit praepete,
ne de propinquo sordium contagio
dirus quietum mundus afflaret uirum
35 olim probatis inclytum ieiuniis.

Non ante caeli principem septemplicis
Moses tremendi fidus interpres throni
potuit uidere, quam decem recursibus
quater uolutis sol peragrans sidera
40 omni carentem cerneret substantia.

26 cf. III Reg. 19, 4—9 31 cf. IV Reg. 2, 11 36 cf. Exod. 24, 18. 34, 28

ef. B; def. . 36—105 in S

16 diffluens *primo om. sed postea s. l. add. U* 17 coherceas *MOSU* 18 frequenti *om., postea s. add. A* 20 animumque *Aa.c.* ut] in *Dressel* pracordiis *Aa.c.* 22 et] ut *MOSU* deterset *Ea.c.* 23 excitato *in ras. V* perpicax *Aa.c.* 24 sps (*alt.* s *in ras.*)*V* 26 heliae *D* hilia *Ma.c.* helias *NO,CVPp.c.Ep.c.m2* 27 ospis *Sa.c.* (e *s.* i) 28 ab omni *om. O* 30 sirtium *U* 32 praepeti *MOSU,Cp.c.* praepete *in ras. V* 33 propungo *Aa.c.* 34 adflaret *NPS* 35 olym *E* inclitum *DV* *u. 36—105 desunt in S* 36 septimplicis *V,Na.c.Pp.c.* 37 moses *AC,Da.c.m2Va.c.* moyses *cet.* interpraes *Aa.c.* throni *om. M* trhoni *A* 39 sydera *DPU*

Victus precanti solus in lacrimis fuit;
nam flendo pernox inrigatum puluerem
humi madentis ore pressit cernuo,
donec loquentis uoce perstrictus dei
45 expauit ignem non ferendum uisibus.

Iohannis huius artis haud minus potens
dei perennis praecucurrit filium,
curuos uiarum qui retorsit tramites
et flexuosa corrigens dispendia
50 dedit sequendam calle recto lineam.

Hanc obsequellam praeparabat nuntius
mox adfuturo construens iter deo,
cliuosa planis, confragosa ut lenibus
conuerterentur neue quidquam deuium
55 inlapsa terris inueniret ueritas.

Non usitatis ortus hic natalibus:
oblita lactis iam uieto in pectore
matris tetendit serus infans ubera
nec ante partu de senili effusus est,
60 quam praedicaret uirginem plenam deo.

Post in patentes ille solitudines
amictus hirtis bestiarum pellibus
saetisue tectus hispida et lanugine
secessit horrens inquinari ac pollui
65 contaminatis oppidorum moribus.

46 cf. Matth. 3, 3. 4 53 cf. Luc. 3, 4—5 56 cf. Luc. 1, 18. 41—42 61 cf. Matth. 3, 4

Def. BS 41 precantis *CDOU* solus] *s.* ł solis *U* 43 hummadentis *Aa.c.* 44 praestrictus *CDNEM*, *Ap.c.* 46 iohannis *A,NEa.c.* —es *cet.* haud] haut *U* aut (h *s.* a)*N* 47 pennis *Aa.c.* praecurrit *O* 48 retrorsit *Aa.c.* ret∗orsit *N* 50 recto (o *in ras.*) *V* 51 obseque∗lam *N* obsequelam *CDVPOU* 52 at futuro *D,Ca.c.* affuturo *VPU,Np.c.* 55 inlabsa *A* 57 uigeto *Cmg. Pp.c.m2Ua.c.* ui∗eto *D* quieto *M* corpore *U* 59 sinili*Va.c.* 62 hyrtis *ACDVNPEMO* 63 saetisuae *Ap.c.* setisue *VU* hispide *N* et *om. MO* lonugine *Va.c.* 64 inquinare *Da.c.* ac] et *EU,Cp.c.m2* pullui *O*

Illic dicata parcus abstinentia
potum cibumque uir seuerae industriae
in usque serum respuebat uesperum
rarum lucustis et fauorum agrestium
70 liquore pastum corpori suetus dare.

Hortator ille primus et doctor nouae
fuit salutis; nam sacrato in flumine
ueterum piatas lauit errorum notas,
sed tincta postquam membra defaecauerat,
75 caelo refulgens influebat spiritus.

Hoc ex lauacro labe dempta criminum
ibant renati, non secus quam si rudis
auri recocta uena pulchrum splendeat,
micet metalli siue lux argentei
80 sudum polito praenitens purgamine.

Referre stemma prisci nunc ieiunii
libet fideli proditum uolumine,
ut diruendae ciuitatis incolis
fulmen benigni mansuefactum patris
85 pie repressis ignibus pepercerit.

Gens insolenti praepotens iactantia
pollebat olim, quam fluentem nequiter
corrupta uulgo soluerat lasciuia,
et inde bruto contumax fastidio
90 cultum superni neglegebat numinis.

72 cf. Luc. 3, 3 83 cf. Ion. 3, 5—10

Def. BS 69 rarum] parum *D* paruum *VNEMOU,CPmg.* lucustis *A,Va.c.Na.c.m2* locustis *cet.* 70 corporis uetus *DEM,Va.c.Ua.c.m2* 71 hortatur *PM,Ea.c.* 73 pie uetustas *M* 74 defecauerat *VPEO,Np.r.* 75 calorefulgens *Va.c.* 77 rudes *A* ridis *Va.c.* 78 pulcrum *Aa.c.* 80 sum *Aa.c.* sidum *D* sudum (*s.* de) *E* 81 prisci stemma *CDVEOU* 82 fedeli *D* 84 benignum *AD,P*(*mg.* ł benigne), *Ca.c.* benignae m. dexterae *CDmg.Esupra* 87 quam] quod *V* 90 uultum *E,Pmg.*

Offensa tandem iugis indulgentiae
censura iustis excitatur motibus,
dextram perarmat romfeali incendio,
nimbos crepantes et fragosos turbines
95 uibrans tonantum nube flammarum quatit.

Sed paenitendi dum datur diecula,
si forte uellent inprobam libidinem
ueteresque nugas condomare ac frangere,
suspendit ictum terror exorabilis
100 paulumque dicta substitit sententia.

Ionam profetam mitis ultor excitat,
poenae inminentis iret ut praenuntius,
sed nosset ille qui minacem iudicem
seruare malle quam ferire ac plectere,
105 tectam latenter uertit in Tharsos fugam.

Celsam paratis pontibus scandit ratem,
udo reuincta fune puppis soluitur,
itur per altum. fit procellosum mare,
tum causa tanti quaeritur periculi,
110 sors in fugacem missa uatem decidit.

Iussus perire solus e cunctis reus,
cuius uoluta crimen urna expresserat,
praeceps rotatur et profundo inmergitur.
exceptus inde beluinis faucibus
115 alui capacis uiuus hauritur specu.

Transmissa raptim praeda cassos dentium
eludit ictus incruentam transuolans
inpune linguam, ne retentam mordicus

103 cf. Ezech. 18, 23. 33, 11 105 cf. Ion. 1, 3—2, 11

Def. B, S u. 36—105 93 rompheali *PE* (o *ex* u), *OU* rumfeali *C,D* (u *in* o *corr.*) 94 nymbos *E* 95 nubem *Va.c.* 96 dietula *V* 97 improbam *A* 98 fragere *A* 101 profetam *A* prophetam *cet.* mi*tis *V* 103 qui] cum *MOU,Ep.c.Cmg.* qui (*s.* al. cum) *DV* 104 uallet (m *s.* u) *M* flectere *N* 105 in *om. N* (*s.* ad) tarsos *V* th*arsos *N* thar*sos *U* 106 ratim *Up.r.* 108 iter *Ua.c.m2* 109 tunc *CD* 114 exceptis *O* be*luinis *P* 115 auritur *O,VSa.c.* specu] l pecu *C* 117 incruentum *VEa.c.*

offam molares dissecarent uuidi,
120 os omne transit et palatum praeterit.

Ternis dierum ac noctium processibus
mansit ferino deuoratus gutture,
errabat illic per latebras uiscerum,
uentris meandros circumibat tortiles
125 anhelus extis intus aestuantibus.

Intactus exim tertiae noctis uice
monstri uomentis pellitur singultibus;
qua murmuranti fine fluctus frangitur
salsosque candens spuma tundit pumices,
130 ructatus exit seque seruatum stupet.

In Nineuitas se coactus percito
gressu reflectit, quos ut increpauerat
pudenda censor inputans opprobria:
'inpendet', inquit, 'ira summi uindicis
135 urbemque flamma mox cremabit, credite!'

Apicem deinceps ardui montis petit
uisurus inde conglobatum turbidae
fumum ruinae cladis et dirae struem,
tectus flagellis multinodis germinis
140 nato et repente perfruens umbraculo.

Sed maesta postquam ciuitas uulnus noui
hausit doloris, heu, supremum palpitat:

131 cf. Ion. cap. 3 136 cf. Ion. 4, 5—6

Def. B 119 dissep. *Aa.c.* dissic. *Ea.c.* dissicc. *O* desec. *MS* uiuidi *DO,C in ras.* 122 guttore *Aa.c.* guture *N* 124 meandros *A,CDP* (*mg.* ł recessus), recessus (*mg.*al. meandros) *VE* recessus *cet.* circuibat *MOSU* 125 hanelus *M* 126 exin *CD,NPEp.r.* uice∗*E* uicem *Ma.c.* 127 singlultibus *Aa.c.* 128 qua∗*E* 129 tondit *Aa.c.* 131 nineuetas (i *s. utramque* e) *S* nineuitas (i *s.* e) *P* niniuitas *VN,Ep.c.* niniuetas *O* ninniuetas *M* 132 ut *om.Va.c.* 133 obprobria *CDNPEOSU* 134 inpendet *VNU,PEp.c.* inpendit *cet.* inquid *AS,NPa.c.* iudicis *V* 139 multi nodis *E* multinodi ∗ *CNP* multinodi *MO* multi nodi *U* multi∗nodi *S* 142 su∗p̄mum *V* suppremum *M*

cursant per ampla congregatim moenia
plebs et senatus, omnis aetas ciuium,
145 pallens iuuentus, heiulantes feminae.

Placet frementem publicis ieiuniis
placare Christum; mos edendi spernitur,
glaucos amictus induit monilibus
matrona demptis proque gemma et serico
150 crinem fluentem sordidus spargit cinis.

Squalent recincta ueste pullati patres
saetasque plangens turba sumit textiles,
inpexa uillis uirgo bestialibus
nigrante uultum contegit uelamine,
155 iacens harenis et puer prouoluitur.

Rex ipse Coos aestuantem murices
laenam reuulsa dissipabat fibula,
gemmas uirentes et lapillos sutiles,
insigne frontis exuebat uinculum,
160 turpi capillos inpeditus puluere.

Nullus bibendi, nemo uescendi memor,
ieiuna mensas pubis omnis liquerat,
quin et negato lacte uagientium
fletu madescunt paruulorum cunulae,
165 sucum papillae parca nutrix derogat.

Greges et ipsos claudit armentalium
sollers uirorum cura, ne uagum pecus

Def. B usque ad u. 149 143 congregati *MOS* 145 eiulantes *O* 147 plac*are *U* 148 munilibus *CD* 149 *ab hoc uersu incipit B* pro qua *O* syrico *Sa.c.* 150 crinen *E* pluentem *M* sordibus *O,Cp.c.Sa.c.* 151 bullati *Up.c.* 152 setasque *VSU* sumi *V* 154 contigit *Na.c.* 155 arenis *POS* 156 coos (h *s.* o *pr. m2*)*P* chios *U* muricis *V* 157 lenam *VP*, *Aa.c.* 158 utiles *MO,CSa.c.* 160 inpeditos *Sa.c.* impeditos *Ua.c.* 161 nemo] nemo nullus *B* 162 pubis *AN,Va.c.* pubes *cet.* omnes *EM,Vp.c.* om̄ *S* omni*s *O* 164 paruolorum *Ea.c.* 165 papille *V,Aa.c.* denegat *MOS,Cp.c.* 166 armentarium *O,Cp.c.*

contingat ore rorulenta gramina,
potum strepentis neue fontis hauriat,
170 uacuis querellae personant praesepibus.

Mollitus his et talibus breuem deus
iram refrenat temperans oraculum
prosper sinistrum; prona nam clementia
haud difficulter supplicem mortalium
175 soluit reatum fitque fautrix flentium.

Sed cur uetustae gentis exemplum loquor,
pridem caducis cum grauatus artubus
Hisus dicato corde ieiunauerit,
praenuncupatus ore qui profetico
180 Emmanuel est siue 'nobiscum deus',

qui corpus istud molle naturaliter
captumque laxo sub uoluptatum iugo
uirtutis arta lege fecit liberum,
emancipator seruientis plasmatis
185 regnantis ante uictor et cupidinis?

Inhospitali namque secretus loco
quinis diebus octies labentibus
nullam ciborum uindicauit gratiam,
firmans salubri scilicet ieiunio
190 uas adpetendis inbecillum gaudiis.

178. 186 cf. Matth. 4, 1. 2 180 cf. Matth. 1, 23. Esai. 7, 14 190 cf. I Thess. 4, 4

168 *ore *V* 169 hauriat (*s.* ł ant) *D* hauriant *V*,*Na.r.* auriat *Oa.c.* 170 quere*lae *P* quaerellae *M* quaere*lae *E* querel*e *N* quaerelę *DV* querelae *CU* praesaepibus *C* 171 breui *Ba.c.* 173 prosper (*s.* ł propere) *E*,*U* (*s. m2*) nam *om. O* 174 haut *BOU* subplicem *CD* supplicum *U*,*NSp.c.m2* 175 fautrex *A* 176 loquar *Aa.c.* 178 hisus *AP*,*Ba.c.m2* hiesus *CDE*,*Bm2* ihs *VNMOSU* 179 prenoncupatus *D*,*Ca.c.* prof. *ACDVNP* proph. *cet.* 180 emmanuhel *CDMO* emanuhel *V* est *eras. in S* 184 e*mancipator *S* emancipato *Aa.c.* plapsmatis *M* 185 regnantes *A* 187 occies *V* 188 uendicauit *D*,*Cp.c.Sp.c.m2* 189 salubri * *S* 190 uasapetendis (in *s.* a *alt.*) *V* uas ad petendis *E* uas appetendis *OU*,*S* (pp *ex* p) inbicillum *A*,*Na.c.*

Miratus hostis posse limum tabidum
tantum laboris sustinere ac perpeti
explorat arte sciscitator callida,
deusne membris sit receptus terreis,
195 sed increpata fraude post tergum ruit.

Hoc nos sequamur quisque nunc pro uiribus,
quod consecrati tu magister dogmatis
tuis dedisti, Christe, sectatoribus,
ut, cum uorandi uicerit libidinem,
200 late triumfet imperator spiritus.

Hoc est, quod atri liuor hostis inuidet,
mundi polique quod gubernator probat,
altaris aram quod facit placabilem,
quod dormientis excitat cordis fidem,
205 quod limat aegram pectorum rubiginem.

Perfusa non sic amne flamma extinguitur
nec sic calente sole tabescunt niues,
ut turbidarum scabra culparum seges
uanescit almo trita sub ieiunio,
210 si blanda semper misceatur largitas.

Est quippe et illud grande uirtutis genus:
operire nudos, indigentes pascere,
opem benignam ferre supplicantibus,
unam paremque sortis humanae uicem
215 inter potentes atque egenos ducere.

195 cf. Matth. 4, 11 203 cf. Matth. 5, 23. 24 205 et 210 cf. Tob. 4, 11. 12, 9 212 cf. Matth. 25, 35—40

195 postergum *PEMSU* 197 docmatis *AB* 198 crhiste *A* 199 uicerint *B* 200 triumfet *AP* triumphet *cet.* 205 pectoris robiginem (pect *et* ro *in ras.*) *B* corporis libidinem *CDE* (*mg.* pectorum rubiginem) 207 calentes *O,Sa.r.* 209 alma *A* 211 illut *Na.c.m?* 212 indigentis *Va.c.* 213 sub plicantibus *M* suplicantibus *U* 214 par*emque *V* sortis *in ras. S* humana *Sa.c.* 215 adque *A* aegenos *VN*

Satis beatus, quisque dextram porrigit
laudis rapacem, prodigam pecuniae;
cuius sinistra dulce factum nesciat,
illum perennes protinus conplent opes
220 ditatque fructus faenerantem centiplex.

VIII.

HYMNVS POST IEIVNIVM.

Christe, seruorum regimen tuorum,
mollibus qui nos moderans habenis
leniter frenas facilique saeptos
lege coerces,

5 ipse cum portans onus inpeditum
corporis duros tuleris labores,
maior exemplis famulos remisso
dogmate palpas.

Nona summissum rotat hora solem
10 partibus uixdum tribus euolutis,
quarta deuexo superest in axe
portio lucis;

nos breuis uoti dape uindicata
soluimus festum fruimurque mensis
15 adfatim plenis, quibus inbuatur
prona uoluptas.

218 cf. Matth. 6, 3

216 dext*ram *S* ł porrigat *Dmg.* 220 fenerante *V* contiplex *V* centuplex *OU,Sp.c.Dmg.*

hymnus (ymnus *CDMU* incipit ymnus *S*) post ieiunium *codd.*

1 crhiste *A* regmen *Aa.c.* 2 mederans *Ua.c.* auenis *B* 3 septus *B* septos *CDVEOU* 4 coercis *AN,Ea.c.* coherces *BMOU* *in D quartus cuiusque strophae uersus huius hymni crassiore ductu et alia, ut uidetur, manu exaratus est* 5 comportans *Cp.c.* (*mg.* cum), cum (*in ras.*) portans *D* 9 ora *V* 11 deuexo**E* 13 uendicata *OSp.c.* 15 affatim *VOU,Cp.c.* 16 uoluntas *MS*

Tantus aeterni fauor est magistri,
doctor indulgens ita nos amico
lactat hortatu, leuis obsequella ut
20 mulceat artus.

Addit et, ne quis uelit inuenusto
sordidus cultu lacerare frontem,
sed decus uultus capitisque pexum
comat honorem:

25 'Terge ieiunans', ait, 'omne corpus
neue subducto faciem rubore
luteus tinguat color aut notetur
pallor in ore'.

Rectius laeto tegimus pudore,
30 quidquid ad cultum patris exhibemus;
cernit occultum deus et latentem
munere donat.

Ille ouem morbo residem gregique
perditam sano, male dissipantem
35 uellus adfixis uepribus per hirtae
deuia siluae

inpiger pastor reuocat lupisque
gestat exclusis umeros grauatus,
inde purgatam reuehens aprico
40 reddit ouili,

19 cf. Matth. 11, 29 21 cf. Matth. 6, 16—18 31 cf. Matth. 6, 4. 6
33 cf. Luc. 15, 4—6

19 ortatu *Va.c.* hartatu *Sa.c.* obseqilla *A* obsequilla *E,Pa.c.* opsequilla *B* obsequela *CDVU,Pp.c.* ut *om.* (*eras. D*) *in hoc, scr. in sequenti uersu ante* mulceat *DVEU et fortasse in OS, ubi uersus non separati sunt nisi puncto interposito* (obsequella. ut mulceat) 25 ter *Ea.c.m2* a*it *D* 26 robore *Ba.c.m2* 27 tingat *U* 28 * ore *C* 29 loeto *E,Ua.c.* 30 exibemus *VP* 31 cernat *Ba.c.* ocultum *S* latente *E* 32 ditat *B* 34 sano *in ras.* (*mg.* sanat) *C* sanat *O,VNp.c.m2PEp.c.* 35 adfixus *E* affixis *VU'* hyrtae *ACDVMSU* yrtae *O* 36 sylue *V* 38 humeros *CDVEMOSU,Pp.c.* grauatos *CDVPEO,Np.c.*

reddit et pratis uiridique campo,
uibrat inpexis ubi nulla lappis
spina nec germen sudibus perarmat
carduus horrens,

45 sed frequens palmis nemus et reflexa
uernat herbarum coma, tum perennis
gurgitem uiuis uitreum fluentis
laurus obumbrat.

Hisce pro donis tibi, fide pastor,
50 seruitus quaenam poterit rependi?
nulla conpensant pretium salutis
uota precantum.

Quamlibet spreto sine more pastu
sponte confectos tenuemus artus
55 teque contemptis epulis rogemus
nocte dieque,

uincitur semper minor obsequentum
cura nec munus genitoris aequat,
frangit et cratem luteam laboris
60 grandior usus.

Ergo, ne limum fragilem solutae
deserant uires et aquosus albis
umor in uenis dominetur aegrum
corpus eneruans,

65 laxus ac liber modus abstinendi
ponitur cunctis neque nos seuerus
terror inpellit; sua quemque cogit
uelle potestas.

42 lapsis *Ea.c.* 46 comatum *U,Ca.c.* 51 compessant *D, Ca.c.* praetium *BN* predium *M* 52 praecantum *BN, Ca.c.* 53 pasto *Ma.c.* 57 minoresequentum *Ba.c.* minorosequentum *Ma.c.* 58 aequ* (at *s. ras.)M* 60 gradior *Va.c.* 61 ne*mum (li *s. ras.)M* 63 humor *VMOSU* dominatur *A* 64 eneruans *in ras. C* ineruans *B,VNa.c.* ineruas *CDmg.* 66 nosse uerus *U* nos saeuerus *M*

Sufficit, quidquid facias, uocato
70 numinis nutu prius inchoare,
siue tu mensam renuas cibumue
sumere temptes.

Adnuit dexter deus et secundo
prosperat uultu, uelut hoc salubre
75 fidimus nobis fore, quod dicatas
carpimus escas.

Sit bonum, supplex precor, et medellam
conferat membris animumque pascat
sparsus in uenas cibus obsecrantum
80 christicolarum!

IX.

HYMNVS OMNIS HORAE.

Da, puer, plectrum, choraeis ut canam fidelibus
dulce carmen et melodum, gesta Christi insignia!
hunc camena nostra solum pangat, hunc laudet lyra.

Christus est, quem rex sacerdos adfuturum protinus
5 infulatus concinebat uoce, corda et tympano
spiritum caelo influentem per medullas hauriens.

4 cf. Act. 2, 30. 31

70 incoare *Va.c.* 71 rennuas *B,Ep.c.* renouas *MS* renoues *U* cibumque *SU*, *Aa.c.* 72 temptas *B* 73 annuit *B* 75 dicatis *Sa.c.* 77 praecor *B* medelam *CDOU,Pp.r.* 80 crhisticol. *A* cristocol. *E post u. 80 add.* amen *VN* finit *M*

hymnus (himnus *N* ymnus *CD*) omnis horae *ABCDVNP* hymnus omni hore (re *in ras.*)*E* ymnus (hymnus *O* incipit ymnus *S*) omni hora *MOSU*

1 choraeis *A* choreis *cet.* 2 melos dum *Ma.c.* 3 huncamoena *A* hunc camoena *P* laudat *Ua.c.* 4 adfuturo *Sa.c.* protenus *Va.c.Ep.c.* 5 corda *ACDVE,Ba.c.* corde *S* chorda *cet.* et *om. M* tymphano *Ba.c.Pp.c.* thympano *V* timpano *NO* 6 influente medullas *Ba.c.m2* influentem per medulla*s *U*

Facta nos et iam probata pangimus miracula,
testis est orbis nec ipsa terra, quod uidit, negat:
comminus deum docendis proditum mortalibus.

10 Corde natus ex parentis ante mundi exordium,
alfa et Ω cognominatus, ipse fons et clausula
omnium, quae sunt, fuerunt, quaeque post futura sunt.

Ipse iussit, et creata, dixit ipse, et facta sunt
terra, caelum, fossa ponti, trina rerum machina,
15 quaeque in his uigent sub alto solis et lunae globo.

Corporis formam caduci, membra morti obnoxia
induit, ne gens periret primoplasti ex germine,
merserat quem lex profundo noxialis tartaro.

O beatus ortus ille, uirgo cum puerpera
20 edidit nostram salutem feta sancto spiritu
et puer redemptor orbis os sacratum protulit!

Psallat altitudo caeli, psallite, omnes angeli,
quidquid est uirtutis usquam, psallat in laudem dei,
nulla linguarum silescat, uox et omnis consonet!

25 Ecce, quem uates uetustis concinebant saeculis,
quem profetarum fideles paginae spoponderant,
emicat promissus olim, cuncta conlaudent eum!

10 cf. Ioh. 1, 18. 17, 5. 24 11 cf. Apoc. 1, 8. 21, 6

8 orbis*nec ipsa (terra *s.* sa)*E* uidet *M*,*Sa.c.* 9 docentis *Va.c.* 10 core *Ba.c.* natus] fusus *B* parentes *Ea.c.* (s *in ras.*) mundum *Ba.c.* 11 afa *V* a *M*(ā),*OSU* cognominatur *U* 14 fossi *Va.c.* 18 quem *AEU*, *CPa.c.* quem *D* (ł a *s.* e) quam *cet.* profunda *Bp.c.* 20 foeta *CDVU* 21 redeptor *V* 22 psallite] psallant *EOSU*, *CD* (*mg.* psallite),*Np.r.* psallat (n *s.* at) *M* 24 et] set *Cp.c.Ep.c.m2* 25 quam *Sa.c.* uatis *A* concinnebat *Sa.c.* 26 profet. *A* prophet. *cet.* sposponderant *V* 27 praemissus *Ba.c.* collaudant *O*

Cantharis infusa lymfa fit Falernum nobile,
nuntiat uinum minister esse promptum ex hydria,
30 ipse rex sapore tinctis obstupescit poculis.

'Membra morbis ulcerosa, uiscerum putredines
mando ut abluantur', inquit: fit ratum, quod iusserat;
turgidam cutem repurgant uulnerum piamina.

Tu perennibus tenebris iam sepulta lumina
35 inlinis limo salubri sacri et oris nectare,
mox apertis hac medella lux reducta est orbibus.

Increpas uentum furentem, quod procellis tristibus
uertat aequor fundo ab imo uexet et uagam ratem,
ille iussis obsecundat, mitis unda sternitur.

40 Extimum uestis sacratae furtim mulier adtigit,
protinus salus secuta est: ora pallor deserit,
sistitur riuus, cruore qui fluebat perpeti.

Exitu dulcis iuuentae raptum ephebum uiderat,
orba quem mater supremis funerabat fletibus;
45 'surge' dixit, ille surgit, matri et adstans redditur.

28 cf. Ioh. 2, 9 31 cf. Matth. 8, 3 34 cf. Ioh. 9, 6—7
37 cf. Matth. 8, 26 40 cf. Matth. 9, 20—22 43 cf. Luc. 7, 12—15

28 cantaris *EOS,Va.c.* lymfa *ABVNP* limpha *OU* lympha *cet.* 29 promtum *EM* sumptum *B* ydria *M* 31 putredine *Da.c.m2* 32 inquid *AB, PESa.c.* 33 repugnant *Sa.c.* 35 limo *om., sed postea suprascr. A* 36 hac] ac *CD,Ma.c.* medela *CDO,PEUp.r.* 37 increpans (*mg.* ł pas) *P* 38 aquor *Va.c.m2* fundo] summo (*mg.* ł fundo) *E* et *om. Ea.c.* 39 mittis *Va.c.* 40 extremum *Ap.c.* sacrate *ACDBVS* attigit *B* 41 desirit *B* desserit *U* 43 ephybum *Ap.c.,CD* (*mg.* ł ephebum), *NPa.c.* ephibum *AVa.c.* ephoebum *BEMSU* aephebum *O* 44 funerat *AÐ,Ca.c. Pmg.* 45 asstans *U* a*stans *C* astans *D* stans *O*

Sole iam quarto carentem, iam sepulcro absconditum
Lazarum iubet uigere reddito spiramine;
faetidum iecur reductus rursus intrat halitus.

Ambulat per stagna ponti, summa calcat fluctuum,
50 mobilis liquor profundi pendulam praestat uiam
nec fatiscit unda sanctis pressa sub uestigiis.

Suetus antro bustuali sub catenis frendere,
mentis inpos efferatis percitus furoribus
prosilit ruitque supplex, Christum adesse ut senserat.

55 Pulsa pestis lubricorum milliformis daemonum
corripit gregis suilli sordida spurcamina
seque nigris mergit undis et pecus lymfaticum.

Ferte qualis ter quaternis ferculorum fragmina!
adfatim referta iam sunt adcubantum milia
60 quinque panibus peresis et gemellis piscibus.

Tu cibus panisque noster, tu perennis suauitas;
nescit esurire in aeuum, qui tuam sumit dapem,
nec lacunam uentris inplet, sed fouet uitalia.

Clausus aurium meatus et sonorum nescius
65 purgat ad praecepta Christi crassa quaeque obstacula
uocibus capax fruendis et susurris peruius.

46 cf. Ioh. 11, 39—44 49 cf. Matth. 14, 25 52 cf. Marc. 5, 2—13 58 cf. Matth. 14, 17—20 62 cf. Ioh. 6, 51 64 cf. Marc. 7, 35

46 sepulchro *CDBVEOU* 47 laxarum *Ea.c.* 48 foetidum *CDSU* fetidum *EO* faet*id* *N* iecor *A,Na.c.* alitus *O,Ma.c.* 51 fatescit *E,VNSa.c.* 52 bustiali *D,Ca.c.,P* (*ex* bustali) 53 effaratis *Pa.c.* effrenatis *O* infrenatis *Cp.c.m2* 54 suplex *U* 55 milleformis *CPEOU,Np.c.m2Sp.c.* mille formis *DV* 56 suilla *Va.c.* spurgamina *ACBM,Da.c.* 57 et] ut *PO*, *Ep.r.* fit *MSU,Bp.c.m2* lymphat. *NPEMOU* limphat. *V* 58—60 *uersuum ordinem inuersum* (*60, 59, 58*) *habent EM*, *Vp.c.* 58 fert aequalis *E* fert*qualis (e *s. ras.*)*C* fertque qualus ter quaternus *Vp.c.* 59 refecta *Dressel* adcubentum *A* accubentum *Ca.c.Da.c.m2* 61 et perennis *B* tu perhennis *V* 63 implet *B* fouit *Ea.c.* ui*talia *CD* 65 crassa] clausa *A,C*(*s.m.2* ł crassa) *Da.c.m2P* (*mg.* ł crassa) *Emg.* 66 et *ACD* ac *cet.*

Omnis aegritudo cedit, languor omnis pellitur,
lingua fatur, quam ueterna uinxerant silentia,
gestat et suum per urbem laetus aeger lectulum.

70 Quin et ipsum, ne salutis inferi expertes forent,
tartarum benignus intrat, fracta cedit ianua,
uectibus cadit reuulsis cardo dissolubilis.

Illa prompta ad inruentes, ad reuertentes tenax
obice extrorsum reculso porta reddit mortuos,
75 lege uersa et limen atrum iam recalcandum patet.

Sed deus dum luce fulua mortis antra inluminat,
dum stupentibus tenebris candidum praestat diem,
tristia squalentis aetrae palluerunt sidera,

sol refugit et lugubri sordidus ferrugine
80 igneum reliquit axem seque maerens abdidit;
fertur horruisse mundus noctis aeternae chaos.

Solue uocem, mens sonora, solue linguam mobilem,
dic tropaeum passionis, dic triumfalem crucem,
pange uexillum, notatis quod refulget frontibus!

85 O nouum caede stupenda uulneris miraculum!
hinc cruoris fluxit unda, lymfa parte ex altera;
lymfa nempe dat lauacrum, tum corona ex sanguine est.

67 cf. Luc. 6, 19 68 cf. Marc. 7, 35 69 cf. Matth. 9, 6—7. Ioh. 5, 9
70 cf. I Petr. 4, 6 76 cf. Matth. 27, 45 86 cf. Ioh. 19, 34

67 caedit *PO* langor *VE* 68 uinxerat *M,Sa.c.* uixerant *E* 69 orbem *M,ESa.c.* 71 caedit *V* 72 cardinis solubilis *Pa.c.* cardo indissolubilis *EO,CVp.c. Dp.c.m2* 73 tenua *M* 74 extorsum *M*, *Pa.c.* retrorsum *Dp.c.m2* reculso *Ba.c.* repulso *D,Ca.c.P* (*mg.* recluso) reuulso *A* reclusa (*mg.* al. repulso) *V* recluso *NEMOSU,CBp.c.* 75 ia *Aa.c.* 78 aetrae *BPE* etrae *A* aetherę *O* aethrae *cet.* sydera *U* 79 refulgit *M* refu*git *S* logubri* (u *s.* o) *S* lucubri *M,Ca.c.* ferrigine *Va.c.* 80 reliquid *AS,Ea.c.* merens *Ap.c.* 81 orruisse *Ea.c.m2* 82 mes *Va.c.* sonara *Ba.c.* sonoram *C,Va.r.* 83 trophaeum *E* thropheum *CD* tropheum *VOU* tropeum *MS* triumf. *A* triumph. *cet.* 84 refulgit *Na.c.m2* 85 caede instupenda *VN,Pp.c.* caedis (cedis *U*) stupendae *MSU* 86 *et* 87 lymfa *ABV* lympha *cet.* 86 hic *S* fulsit *Ma.c.* 87 est *om. O*

Vidit anguis inmolatam corporis sacri hostiam,
uidit et fellis perusti mox uenenum perdidit
90 saucius dolore multo, colla fractus sibila.

Quid tibi, profane serpens, profuit rebus nouis
plasma primum perculisse uersipelli astutia?
diluit culpam recepto forma mortalis deo.

Ad breuem se mortis usum dux salutis dedidit,
95 mortuos olim sepultos ut redire insuesceret
dissolutis pristinorum uinculis peccaminum.

Tunc patres sanctique multi conditorem praeuium
iam reuertentem secuti tertio demum die
carnis indumenta sumunt eque bustis prodeunt.

100 Cerneres coire membra de fauillis aridis,
frigidum uenis resumptis puluerem tepescere,
ossa, neruos et medullas glutino cutis tegi.

Post, ut occasum resoluit uitae et hominem reddidit,
arduum tribunal alti uictor ascendit patris
105 inclytam caelo reportans passionis gloriam.

Macte iudex mortuorum, macte rex uiuentium,
dexter in parentis arce qui cluis uirtutibus,
omnium uenturus inde iustus ultor criminum!

97 cf. Matth. 27, 53 104. 107 cf. Marc. 16, 19 108 cf. IICor. 5, 10

Def. B a u. 94 88 immolatum *Ea.c.m2* 90 collo *Sa.c.m2* sibilat *CDVNPEOU* 91 prophane *M* 92 plapsma *M* uersipellis *Ep.c.* astutia] hortamine *B,VE(mg.* al. astutia)*NMOSU,Ps.* 93 deluit *O,VPp.c.Np.c.m2* recepto] recto *M* 94 *ab hoc uersu usque ad C 12, 112 def. B* dedit *Ea.c.* reddidit *SU* 95 mortuusque *O* olim] i *in ras. V* sepultus *O* 97 hunc *U* sancti quem *M* sanctique . . praeuium *Emg.* sancti quem ultima uirorum condidit *E in t., Pmg.* 100 cerneris *Aa.c.m2Sa.c.* 102 et] ac *MOSU* 103 uitae] uincta *M* 105 inclitam *V* 107 parentes *Ea.c.*

Te senes et te iuuentus, paruulorum te chorus,
110 turba matrum uirginumque, simplices puellulae
uoce concordes pudicis perstrepant concentibus!

Fluminum lapsus et undae, litorum crepidines,
imber, aestus, nix, pruina, silua et aura, nox, dies
omnibus te concelebrent saeculorum saeculis!

X.

HYMNVS CIRCA EXEQVIAS DEFVNCTI.

Deus, ignee fons animarum,
duo qui socians elementa,
uiuum simul ac moribundum,
hominem, pater, effigiasti,

5 tua sunt, tua, rector, utraque,
tibi copula iungitur horum,
tibi, dum uegetata cohaerent,
et spiritus et caro seruit.

Resoluta sed ista seorsum
10 proprios reuocantur in ortus:

109 cf. Ps. 148, 12 113 cf. Ps. 148, 8

Def. B 109 paruolorum *E* 110 martyrum *S* 111 perstrepunt *MS* prestrepant *E* perstrepent *Oa.c.* 112 labsus *A* litor. *ACDO* littor. *cet.* 114 saeculis] *add.* finit *M*

hymnus (ymnus *CD*) circa exequias (exsequias *A*) defuncti *ACDVPE* himnus * exequias defuncti (ad *s. ras.*) *N* ymnus circa exequias defunctorum *MU* incipit ymnus (hymnus *O*) circa exsequias defunctorum *OS*, *def. B*

2 sotias *S* 6 iugitur *U* 7 uegitata *AES* 8 sp̄s simul et caro seruit *PEMU*, *CDmg.* (*s.* ł uiuit) *Np.c.m2* * sp̄s simul et caro uiuit *S* sp̄s simul et caro uiuit *O* 9—16] rescissa sed ista seorsum—soluunt hominem perimuntque—humus excipit arida corpus—animae rapit aura liquorem (liquorum *E*)—quia cuncta creata necesse est—labefacta senescere tandem—conpactaque dissociari—et dissona texta retexi *VN,E* (*cum altera uersuum 9—12 lectione in mg. adscr.*); *utramque lectionem* (resoluta . . resorbens *tum:* rescissa . . retexi) *habent MOSU et* (resoluta . . . necesse est, *tum:* labefacta . . retexi, *tum:* obitum . . resorbens) *CD* (*omissa stropha:* rescissa . . liquorem *in textu, sed addita in mg.*) 9 resoluta] recisa *S* (*alt. loco* rescissa), rescissa *OU*

petit halitus aëra feruens,
humus excipit arida corpus.

Sic cuncta creata necesse est
obitum tolerare supremum,
15 ut semina dissociata
sibi sumat origo resorbens.

Hanc tu, deus optime, mortem
famulis abolere paratus
iter inuiolabile monstras,
20 quo perdita membra resurgant,

ut, dum generosa caducis
ceu carcere clausa ligantur,
pars illa potentior extet,
quae germen ab aethere traxit.

25 Si terrea forte uoluntas
luteum sapit et graue captat,
animus quoque pondere uictus
sequitur sua membra deorsum;

at si generis memor ignis
30 contagia pigra recuset,
uehit hospita uiscera secum
pariterque reportat ad astra.

Nam quod requiescere corpus
uacuum sine mente uidemus,

Def. B 11 alitus *PO,MSUa.c.Emg.* altus *Up.c.* aera] aera *in ras.* (*s.* ethera)*C* aethera *MOSU* 12 arida] rida *in ras. A* a∗ra *P* aera *D* (*s.* arida) *Emg.* aera *in ras.* (*s.* arida)*C* 13 sic] quia *P* 14 suppremum *M* 15 dissociata sibimet *MSU* 16 sibi *om. MSU* 17 obtime *V* morte∗m *A* 18 famolis *A* abore *Ma.c.* 19 monstrans *ACDEM,Pa.c. Op.c.m2* 22 clusa *O* ligatur *O* rigantur (*s.* ł ligantur)*P* 23 extat *U* 25 uoluptas *Ca.c.Da.c.m2* 29 ad *APM* a∗ *N* ignis (s *in ras.*)*D* igneoli *O,Cp.c.m2Emg.* 30 pigra (*mg.* al. nigra)*V* 32 reportet *E*

35 spatium breue restat, ut alti
repetat collegia sensus.

Venient cito saecula, cum iam
socius calor ossa reuisat
animataque sanguine uiuo
40 habitacula pristina gestet.

Quae pigra cadauera pridem
tumulis putrefacta iacebant,
uolucres rapientur in auras
animas comitata priores.

45 Hinc maxima cura sepulcris
inpenditur, hinc resolutos
honor ultimus accipit artus
et funeris ambitus ornat:

candore nitentia claro
50 praetendere lintea mos est
aspersaque myrra Sabaeo
corpus medicamine seruat.

Quidnam sibi saxa cauata,
quid pulchra uolunt monumenta,
55 nisi quod res creditur illis
non mortua sed data somno?

Hoc prouida christicolarum
pietas studet utpote credens
fore protinus omnia uiua,
60 quae nunc gelidus sopor urget.

Def. B 37 ueniant *S* 38 socios *M* reuiset *Sa.c.* 39 animatoque *Da.c.m2* 40 gestat *O* 45 hic *Sa.c.* sepulchris *CDVEOU* 46 impeditur *CDa.c.* hic *S* resolutis *Aa.c.* resolutus *M* 50 li*ea (n *s. ras.* t *m2*)*V* linthea *O* 51 myra (r *s.* r)*V* mirra *M* sabeo *OSU* 53 saxa sibi *Sa.c.* 54 pulcra *M* 58 studit *A* 60 arcet *M* (*mg.* ał urget)*U* urguet *E*

Qui iacta cadauera passim
miserans tegit aggere terrae,
opus exhibet ille benignum
Christo pius omnipotenti,

65 quia lex eadem monet omnes
gemitum dare sorte sub una
cognataque funera nobis
aliena in morte dolere.

Sancti sator ille Tobiae,
70 sacer ac uenerabilis heros,
dapibus iam rite paratis
ius praetulit exequiarum:

iam stantibus ille ministris
cyathos et fercula liquit
75 studioque accinctus humandi
fleto dedit ossa sepulcro.

Veniunt mox praemia caelo
pretiumque rependitur ingens;
nam lumina nescia solis
80 deus inlita felle serenat.

Iam tunc docuit pater orbis,
quam sit rationis egenis
mordax et amara medella,
cum lux animum noua uexat;

85 docuit quoque non prius ullum
caelestia cernere regna,

69 cf. Tob. 2, 3—4 77 cf. Tob. 11, 13—15 85 cf. Tob. 12, 13

Def. B 61 iacta* *A* 62 agere *S* 63 exibet *S*, *VNPa.c.* 64 **pius *C* prius *EO,CDmg.* 67 munera *E*, *C* (f *s.* m)*D* (*mg.* ł funera) 68 dolore *P,CDa.c.* 72 exsequiarum *S* 73 ministros *Ma.c.* 74 cyatos *MU* ciatos *EOS* et] ac *E* liquid *A,Sa.c.* 75 adcinctus *AE* 76 fletu *NU,Va.c.Pp.c.* sepulchro *CDVEU* sepulchri *O* 78 praetiumque *E,Na.r.* prediumque *M* preciumque *PU* 82 egenus *ACDPEa.c. Ns.m2* aegenis *O* egena *S*(a *in ras.*)*U* 83 medela *CDOSU*

quam nocte et uulnere tristi
tolerauerit aspera mundi.

Mors ipsa beatior inde est,
90 quod per cruciamina leti
uia panditur ardua iustis
et ad astra doloribus itur.

Sic corpora mortificata
redeunt melioribus annis
95 nec post obitum recalescens
conpago fatiscere nouit.

Haec, quae modo pallida tabo
color albidus inficit, ora
tunc flore uenustior omni
100 sanguis cute tinguet amoena.

Iam nulla deinde senectus
frontis decus inuida carpet,
macies neque sicca lacertos
suco tenuabit adeso.

105 Morbus quoque pestifer, artus
qui nunc populatur anhelos,
sua tunc tormenta resudans
luet inter uincula mille.

Hunc eminus aëre ab alto
110 uictrix caro iamque perennis
cernet sine fine gementem,
quos mouerat ipse dolores.

Quid turba superstes inepta
clangens ululamina miscet?

Def. B 87 uulnera *M* 89 inde] e *del. U* 90 loeti *VEO,Sp.c.* 96 fatescere *NE,VSa.c.* 98 *ora *S* 100 tinguit *M,Sa.c.* amena *V* 106 anhelus *Sa.c.* hanelos *M* 107 desudans *Sa.c.* 108 luat *Va.c.* lu*et *S* 112 ipsa *Ap.c.* 113 qui *Sa.c.* turbas *M* supestes *A* 114 ululamine *Sa.c.*

115 cur tam bene condita iura
luctu dolor arguit amens?

Iam maesta quiesce querella,
lacrimas suspendite, matres!
nullus sua pignera plangat:
120 mors haec reparatio uitae est.

Sic semina sicca uirescunt
iam mortua iamque sepulta,
quae reddita caespite ab imo
ueteres meditantur aristas.

125 Nunc suscipe, terra, fouendum
gremioque hunc concipe molli!
hominis tibi membra sequestro,
generosa et fragmina credo.

Animae fuit haec domus olim,
130 cui nobilis ex patre fons est,
feruens habitauit in istis
sapientia principe Christo.

Tu depositum tege corpus,
non inmemor ille requiret
135 sua munera fictor et auctor
propriique enigmata uultus.

Veniant modo tempora iusta,
cum spem deus inpleat omnem,
reddas patefacta necesse est,
140 qualem tibi trado figuram.

121 cf. Ioh. 12, 24

Def. B 115 iam *PEO,Dp.c.Vmg.* 116 lucto *Na.c.m2* arguis *M* 117 quaerella *EM* quaerela *S* querela *CDVU,Np.r.* 119 pignora *VMOSU,Cp.c.* 120 repatio *Va.c.* 123 caesp. *N* cesp. *cet.* 125 suspice *Va.c.* fauendum *Ea.c.* 130 factoris ab ore creatae *VNEMOSU,CDPmg.* (*VNEmg.*: ał [libri habent *add.* *E*] cui [qui *V*] nobilis ex patre fons est) 134 illa *A* 136 enigmate *Ea.c.* 137 uenient *O* ueniant (ł e *s.* a) *D*

Non, si cariosa uetustas
dissoluerit ossa fauillis
fueritque cinisculus arens
minimi mensura pugilli,

145 nec, si uaga flamina et aurae
uacuum per inane uolantes
tulerint cum puluere neruos,
hominem periisse licebit.

Sed dum resolubile corpus
150 reuocas, deus, atque reformas,
quanam regione iubebis
animam requiescere puram?

Gremio senis addita sancti
recubabit, ut est Eleazar,
155 quem floribus undique saeptum
diues procul aspicit ardens.

Sequimur tua dicta, redemptor,
quibus atra e morte triumfans
tua per uestigia mandas
160 socium crucis ire latronem.

Patet ecce fidelibus ampli
uia lucida iam paradisi,
licet et nemus illud adire,
homini quod ademerat anguis.

153 cf. Luc. 16, 22 159 cf. Luc. 23, 43 164 cf. Gen. cap. 3

Def. B 141 si* *CD* 143 harens *Ea.r.* 145 flumina *DOU,C* (*s.* ł flamina) 146 uolentes *Aa.c.* 148 perisse *PEMOS* periise *U* 150 adque *A* 153 abdita *DO,Cp.c.* 154 u*t *P* est Eleazar] illa lazari *Ap.c.* 158 atra e (e *suppunct.*) *A,N* (ra *eras.*) atra *ex* atrae *V* atra *CDPEOU* triumfans *VN* triumfas *A* triumphans *cet.* 162 paradissi *A* paradysi *PESU* 164 homine *S* adimerat *AO*

165 Illic, precor, optime ductor,
famulam tibi praecipe mentem
genitali in sede sacrari,
quam liquerat exul et errans.

Nos tecta fouebimus ossa
170 uiolis et fronde frequenti
titulumque et frigida saxa
liquido spargemus odore.

XI.

HYMNVS VIII KAL. IANVARIAS.

Quid est, quod artum circulum
sol iam recurrens deserit?
Christusne terris nascitur,
qui lucis auget tramitem?

5 Heu quam fugacem gratiam
festina uoluebat dies,
quam paene subductam facem
sensim recisa extinxerat!

Caelum nitescat laetius,
10 gratetur et gaudens humus:
scandit gradatim denuo
iubar priores lineas.

Def. B 165 illud *O* 167 genetali *E* 172 odore (*s. in V, mg. in P* ł adore) *VP*; *add.* explicit *V* finit *M* finit liber ymnorum *S* *in codd. PEMOS hymnum X subsequitur liber Peristephanon, in cuius fine hymni 11 et 12 adpositi inueniuntur*

hymnus (ymnus *C* incipit ymnus *SU*) VIII kał. (Kł *C* $\overline{\text{Kl}}$ *V* Kl *U* kalendas *S*) ianuarias *ACVNSU* ymnus VIII Kł ianuarii *D* hymnus natalis domini *PE* hymnus (ymnus *M*) in natale domini *MO*, *def. B*

1 arctum *Ea.c.* 2 diserit *Na.c.m2* 4 augit *E*,*Pa.c.* aug*et *V* *u. 6 in ras. A (scriba primum u. 7 scripsisse uidetur omisso u. 6, sed mox errorem correxisse)* 8 extincxerat *P*

Emerge, dulcis pusio,
quem mater edit castitas,
15 parens et expers coniugis,
mediator et duplex genus!

Ex ore quamlibet patris
sis ortus et uerbo editus,
tamen paterno in pectore
20 sofia callebas prius,

quae prompta caelum condidit,
caelum diemque et cetera;
uirtute uerbi effecta sunt
haec cuncta; nam uerbum deus.

25 Sed ordinatis saeculis
rerumque digesto statu
fundator ipse et artifex
permansit in patris sinu,

donec rotata annalium
30 transuoluerentur milia
atque ipse peccantem diu
dignatus orbem uiseret.

Nam caeca uis mortalium
uenerans inanes nenias
35 uel aera uel saxa algida
uel ligna credebat deum.

17 cf. Prou. 8, 22. Ioh. 1, 1—2 21 cf. Prou. 8, 27—30. Ioh. 1—3
24 cf. Ioh. 1,1 30 cf. Act. 17, 29

Def. B 14 matris *SU* 16 et *om. O* dupplex *O* 19 in *om. PE* pectore *in ras. E* 20 sophia *PM* calebas *NSU* callebat *Va.c.* 22 caetera *MOU* 24 *om. S* (*s.m2*) 29 analium *Sa.c.m2* 31 adque *A,Na.c.* 35 *ęra *N* *era *C* aere *E,Pa.c.* saxa] fixa *E*

Haec dum sequuntur perfidi,
praedonis in ius uenerant
et mancipatam fumido
40 uitam baratro inmerserant.

Stragem sed istam non tulit
Christus cadentum gentium;
inpune ne forsan sui
patris periret fabrica,

45 mortale corpus induit,
ut excitato corpore
mortis catenam frangeret
hominemque portaret patri.

Hic ille natalis dies,
50 quo te creator arduus
spirauit et limo indidit
sermone carnem glutinans.

Sentisne, uirgo nobilis,
matura per fastidia
55 pudoris intactum decus
honore partus crescere?

O quanta rerum gaudia
aluus pudica continet,
ex qua nouellum saeculum
60 procedit et lux aurea!

Vagitus ille exordium
uernantis orbis prodidit;
nam tunc renatus sordidum
mundus ueternum depulit.

45 cf. Phil. 2, 7

Def. B 37 secuntur *VNEMOSU, Da.c.* 38 praedones *E,ACa.c.* 39 mancipatum *E,Pa.c.* (*et fort. Va.c.*) 40 barathro *VNS* 48 hominem que* (m *eras.*, *mg.* l que) *CD* 62 prodidit (*mg.* protulit) *P*

65 Sparsisse tellurem reor
rus omne densis floribus
ipsasque harenas Syrtium
fraglasse nardo et nectare.

Te cuncta nascentem, puer,
70 sensere dura et barbara
uictusque saxorum rigor
obduxit herbam cotibus.

Iam mella de scopulis fluunt,
iam stillat ilex arido
75 sudans amomum stipite,
iam sunt myricis balsama.

O sancta praesepis tui,
aeterne rex, cunabula
populisque per saeclum sacra,
80 mutis et ipsis credita!

Adorat haec brutum pecus,
indocta turba scilicet,
adorat excors natio,
uis cuius in pastu sita est.

85 Sed cum fideli spiritu
concurrat ad praesepia
pagana gens et quadrupes
sapiatque, quod brutum fuit,

73 cf. Ioel 3, 18

Def. B 67 arenas *DOS* 68 fraglasse *VOU* flagrasse *cet.* 72 hebam *M* (*corr. in* herba) cutibus *AEa.c.* 73 de] e *P* 75 in stipite *OU,S* (in *eras.*) 76 myrricis *E,S* (r *pr. eras.*) miricis *CDO* 77 tua *U* 78 aeternae *VOS,N* (a *alt. eras.*) 79 populis* (que *add. mg.*) *C* saeculum *MOS* 87 quadrupedis *P* (di *eras.*) 88 que *eras. C* (*add. mg.*), *om. D* (*s.m2*)

negat patrum prosapia
90 perosa praesentem deum;
credas uenenis ebriam
furiisue lymfatam rapi.

Quid prona per scelus ruis?
agnosce, si quidquam tibi
95 mentis resedit integrae,
ducem tuorum principum!

Hunc, quem latebra et obsetrix
et uirgo feta et cunulae
et inbecilla infantia
100 regem dederunt gentibus,

peccator intueberis
celsum coruscis nubibus
deiectus ipse et inritis
plangens reatum fletibus,

105 cum uasta signum bucina
terris cremandis miserit
et scissus axis cardinem
mundi ruentis soluerit.

Insignis ipse et praeminens
110 meritis rependet congrua,
his lucis usum perpetis,
illis gehennam et tartarum.

101 cf. Matth. 24, 30. Apoc. 1, 7 105 cf. Matth. 24, 31 109 cf. Matth. 16, 27 111 cf. Math. 25, 46

Def. B, 92 furiis uel *C* lymfatum *E* lymphatam *VMO* 97 latebrae *VMSU* *Ua u. 101* et *om. EMO,S* (*add. s.*) obstetrix *OU,VPp.c.m2,Cmg.* obstitrix *CD,Sp.c.* 98 foeta *CDVOU* faeta *AE* cunelae *D* cunula *U* 99 inbicilla *AN* inbeccilla *M* *a u. 101 deficit U* 103 inritus *Ca.c.* 111 perpetem *MOS* 112 genennam (n *pr. del.*) *A* gehennem *Na.c.m2*

Iudaea, tunc fulmen crucis
experta, qui sit, senties,
quem te furoris praesule
mors hausit et mox reddidit.

XII.

HYMNVS EPIFANIAE.

Quicumque Christum quaeritis,
oculos in altum tollite!
illic licebit uisere
signum perennis gloriae.

Haec stella, quae solis rotam
uincit decore ac lumine,
uenisse terris nuntiat
cum carne terrestri deum.

Non illa seruit noctibus
secuta lunam menstruam,
sed sola caelum possidens
cursum dierum temperat.

Arctoa quamuis sidera
in se retortis motibus
obire nolint, adtamen
plerumque sub nimbis latent.

114 cf. Ioh. 19. 37

Def. BU 114 quid *COp.c.* 116 credidit *Sa.c.m2*: *add.* finit *M*

hymnus (ymnus *DM*) epifaniae (epiphanie *D* epiphaniae *M* epyphaniae *E* epyfaniae *P*) *ACDPEM* finit ymnus VIII kł ian hoc est natale domini incipit ymnus de epiphania *S* hymnus de epiphania *O* hymnus in ep φ fania nia (in *et* φ fania *pall. atram.*) *N* hymnus in epiphania *V*

4 perhennis *VM* 12 temperet *O* 13 ar*ctoa *V* sydera *PMS* 15 nollint *S* adtamen *A,NPSa.c.* attamen *cet.* 16 nimber *M*

Hoc sidus aeternum manet,
haec stella numquam mergitur
nec nubis occursu abdita
obumbrat obductam facem.

Tristis cometa intercidat
et, si quod astrum Sirio
feruet uapore, iam dei
sub luce distructum cadat.

En, Persici ex orbis sinu,
sol unde sumit ianuam,
cernunt periti interpretes
regale uexillum magi.

Quod ut refulsit, ceteri
cessere signorum globi
nec pulcher est ausus suam
conferre formam Lucifer.

'Quis iste tantus', inquiunt,
'regnator astris imperans,
quem sic tremunt caelestia,
cui lux et aetra inseruiunt?

Inlustre quiddam cernimus,
quod nesciat finem pati,
sublime, celsum, interminum,
antiquius caelo et chao.

Hic ille rex est gentium
populique rex Iudaici
promissus Abrahae patri
eiusque in aeuum semini.

25 cf. Matth. 2, 2 41 cf. Matth. 2, 2 43 cf. Gen. 15, 5

Def. BU 21 intercidat (i *alt. in ras.*) *D* 22 syrio *P* 24 destructum *CDPMOS,VNEp.c.* cad* *N* 25 ex *om.S* 28 uixillum *AES* 32 formā* *C* forma *M* 36 aethra *CDVPMO* ethra *S* astra *Np.c.m2* 42 iudaeici *VNa.c.*

45 Aequanda nam stellis sua
cognouit olim germina
primus sator credentium,
nati inmolator unici.

Iam flos subit Dauiticus
50 radice Iessea editus
sceptrique per uirgam uirens
rerum cacumen occupat'.

Exim sequuntur perciti
fixis in altum uultibus,
55 qua stella sulcum traxerat
claramque signabat uiam.

Sed uerticem pueri supra
signum pependit inminens
pronaque submissum face
60 caput sacratum prodidit.

Videre quod postquam magi,
Eoa promunt munera
stratique uotis offerunt
tus, myrram et aurum regium.

65 Agnosce clara insignia
uirtutis ac regni tui,
puer o, cui trinam pater
praedestinauit indolem:

47 cf. Rom. 4, 11 48 cf. Gen. 22, 2—12 50 cf. Esai. 11, 1
51 cf. Num. 17, 8. Hebr. 9, 4 57 cf. Matth. 2, 9 61 cf. Matth. 2. 11

Def. BU 45 aequando *Va.c.* stillis *A* 47 prius *CDa.c.* 48 inmulator (m *s.* n) *A* inmolatur *Na.c.* 49 dauidicus *Dressel* 50 iesse ęditus *O* iesse editus *CDVPEMS* 52 occupet *VNa.c.m2* 53 exin *CDPO,Vp.c.* secuntur *VO,Na.c.* sequitur *Sa.c.* 55 sulcum] uisum *M* 56 signabat (*cf. Verg. Aen. II 697*)] monstrabat *AP,DVmg.* 59 summissum *VP,Na.c.* 60 capud *A* 62 oea *E* 63 stratique promunt munera *Aa.c.m2* 64 thus *PS* myrra *E* 68 praedist. *NOS* predest. *in* prodist. *corr. V*

regem deumque adnuntiant
70 thensaurus et fraglans odor
turis Sabaei, at myrreus
puluis sepulcrum praedocet.

Hoc est sepulcrum, quo deus,
dum corpus extingui sinit
75 atque id sepultum suscitat,
mortis refregit carcerem.

O sola magnarum urbium
maior Bethlem, cui contigit
ducem salutis caelitus
80 incorporatum gignere!

Altrice te summo patri
heres creatur unicus,
homo ex tonantis spiritu
idemque sub membris deus.

85 Hunc et profetis testibus
hisdemque signatoribus
testator et sator iubet
adire regnum et cernere,

regnum, quod ambit omnia,
90 dia et marina et terrea
a solis ortu ad exitum
et tartara et caelum supra.

77 cf. Mich. 5, 2. Matth. 2, 6 82 cf. Hebr. 1, 2 89 cf. Luc. 1, 33

Def. BU 69 adnuntiat *C* 70 thens. *A* thes. *cet.* fraglans *VNPO,Ep.c.m2* flagrans *cet.* odos *A* 71 thuris *PS* ad *A* (*et fort. Na.c.*) ac *PE,NSp.c.* (c *in ras.*) 72 *et* 73 sepulchrum *CDVEMO* 73 hoc hoc est *A* quod *S,Dp.c.* 75 adque *A* 76 refregit (fr *in ras.*) *N* 78 bethleem *OS,Vp.c.* 83 tonanti *OS* 85 profet. *A* prophet. *cet.* 86 isdemque *MO* 88 audire *E,Pa.c.* 90 diua *MO*

Audit tyrannus anxius
adesse regum principem,
qui nomen Istrahel regat
teneatque Dauid regiam.

Exclamat amens nuntio:
'Successor instat, pellimur,
satelles, i, ferrum rape,
perfunde cunas sanguine!

Mas omnis infans occidat,
scrutare nutricum sinus
interque materna ubera
ensem cruentet pusio.

Suspecta per Bethlem mihi
puerperarum est omnium
fraus, ne qua furtim subtrahat
prolem uirilis indolis.'

Transfigit ergo carnifex
mucrone districto furens
effusa nuper corpora
animasque rimatur nouas;

locum minutis artubus
uix interemptor inuenit,
quo plaga discendat patens
iuguloque maior pugio est.

93 cf. Matth. 2, 3 99 cf. Matth. 2, 16

Def. U,B usque ad u. 112 95 istrahel *AD,Ca.c.* israel *PS* isrl *V* israhel *cet.* 99 satellis *E* i *eras. C* (*s.m2* iam), *om. ES* iam *O* 104 cruentet (et *in ras.*) *N* 105 bethleem *OS* 107 subtrahat (a *ult. in ras.*) *V* 109 transfigat *Pa.c.* 110 destricto *Dressel* *a u. 113 denuo incipit B* 115 discedat *PEM* descendat *CDBV,Np.c.* descendit *O* descendens (at *s.* ens) *S* patet (tens *s.* tet) *S*

O barbarum spectaculum!
inlisa ceruix cautibus
spargit cerebrum lacteum
oculosque per uulnus uomit,

aut in profundum palpitans
mersatur infans gurgitem,
cui subter artis faucibus
singultat unda et halitus.

Saluete, flores martyrum,
quos lucis ipso in limine
Christi insecutor sustulit
ceu turbo nascentes rosas!

Vos, prima Christi uictima,
grex inmaculatorum tener,
aram ante ipsam simplices
palma et coronis luditis.

Quo proficit tantum nefas,
quid crimen Herodem iuuat?
unus tot inter funera
inpune Christus tollitur,

inter coaeui sanguinis
fluenta solus integer:
ferrum, quod orbabat nurus,
partus fefellit uirginis.

131 cf. Apoc. 6, 9

Def. U,M a u. 122 120 oculosue *A* mouit *VNa.c.* *u. 122—158 desunt in M* 124 alitus *ES,Va.c.* 126 lumine *A,CDVa.c.* 128 nascentis *A* 129 uox *B* 130 inmacul. *AB,Dmg.* in(m)mol. *cet.*; *fort. legendum uel pronuntiandum* inmaclatorum 132 corona (*mg.* al coronis) *V* 133 quo] quid *PO,VEp.c.m2* (*in E ex* qui) *Dmg.* quod *S* 139 quod *om. D* (*s.m2*)

Sic stulta Faraonis mali
edicta quondam fugerat
Christi figuram praeferens
Moses, receptor ciuium.

145 Cautum et statutum ius erat,
quo non liceret matribus,
cum pondus alui absoluerent,
puerile pignus tollere.

Mens obsetricis sedulae
150 pie in tyrannum contumax
ad spem potentis gloriae
furataseruat paruulum,

quem mox sacerdotem sibi
adsumpsit orbis conditor,
155 per quem notatam saxeis
legem tabellis traderet.

Licetne Christum noscere
tanti per exemplum uiri?
dux ille caeso Aegyptio
160 absoluit Istrahel iugo,

at nos subactos iugiter
erroris imperio graui
dux noster hoste saucio
mortis tenebris liberat.

141 cf. Exod. 1. 16—17. 2. 2 sq. 145 cf. Exod. 1. 16 149 cf. Exod. 1. 17 155 cf. Exod. 24, 12 159 cf. Exod. 2, 12. Act. 7, 24—25

Def. U,M usque 158 141 pharaonis *BO* 142 quandam *A* (an *s.* on, *sed* n *del.*) *Pa.c.* 144 moses *BN,Va.c.* moyses *cet.* 145 iusserat *CDEOS,Np.c.m2* iuserat (*s.* I iusserat) *P* 146 qui *E,Cmg.* 149 obsetrices *Na.c.m2* obstetricis *DO,CVPSp.c.Np.c.m2* saedulae *CDP* 160 obsoluit *B* istrahel *A.Ca.c.* *rahel *N* israel *PS* israhel *cet.* 161 ad *ABES,NMa.c.m2*

165 Hic expiatam fluctibus
plebem marino in transitu
repurgat undis dulcibus
lucis columnam praeferens.

Hic proeliante exercitu
170 pansis in altum bracchiis
sublimis Amalec premit,
crucis quod instar tunc fuit.

Hic nempe Iesus uerior,
qui longa post dispendia
175 uictor suis tribulibus
promissa soluit iugera,

qui ter quaternas denique
refluentis amnis alueo
fundauit et fixit petras,
180 apostolorum stemmata.

Iure ergo se Iudae ducem
uidisse testantur magi,
cum facta priscorum ducum
Christi figuram pinxerint.

185 Hic rex priorum iudicum,
rexere qui Iacob genus,
dominaeque rex ecclesiae
templi et nouelli et pristini.

167 cf. Exod. 25, 15 168 cf. Exod. 13, 21 170 cf. Exod. 17, 12
177 cf. Ios. 4, 3 188 cf. Hebr. 9, 11

Def.U,M u. 166—167 *om.M* 170 brachiis *CDBVPEMOS,Np.r.* 171 amalech *CDVPEMOS* 173 hiesus *B* ihs *cet.* 183 fracta *E* 184 christo *PE* finxerint *VNE* 185 priscorum *S* 186 genus *om.A,D* (*add.m2*) 187 domineque *VE* aecclesiae *O* aecclae *V* aeclesiae *AS* eclesiae *B* 188 et *pr. om. BE,Vp.c.* et*pristini *A*

Hunc posteri Efrem colunt,
190 hunc sancta Manasse domus,
omnesque suspiciunt tribus
bis sena fratrum semina.

Quin et propago degener
ritum secuta inconditum,
195 quaecumque dirum feruidis
Bahal caminis coxerat,

fumosa auorum numina,
saxum, metallum, stipitem,
rasum, dolatum, sectile,
200 in Christi honorem deserit.

Gaudete, quidquid gentium est,
Iudaea, Roma et Graecia,
Aegypte, Thrax, Persa, Scyta:
rex unus omnes possidet.

205 Laudate uestrum principem
omnes, beati ac perditi,
uiui, inbecilli ac mortui;
iam nemo posthac mortuus.

205 cf. Phil. 2, 10—11

Def. U 189 effrem *PO* 190 manases *M* 191 omnisque *M* suscipiunt *P*(*s.m2* l suspic.)*OS,CDmg.* suspiciant *CD* 195 durum *PE,Cp.c.Ba.c.* 196 baal *PE,Cp.c.* 199 sectilem *P,Sp.c.* 203 trax *BOS,Da.c.* thra *M* scita *EM* scitha *N* scytha *V* schita *S* scithia *O* scythia *Cp.c.* (hia *al. m.*) 204 omnis (omnes *p.c.*) unus *A* unus omnis (e *s.* i) *P* 207 inbicilli *N,CDa.c.* imbicilli *A* imbecilli *BP* 208 mortuus] *add.* finit KATHMHRINON prudentii clementis liber ΑΠΩΘΗΟCIC incipit ymnus de trinitate *C* finit KATHMHRINON incipit liber ΑΠΩΘΗΟCIS . i . de diuinitate *Dm2* finit cathemerinon incipit apostheoses *B* (*sed re uera passio Romani* [*Pe 10*] *sequitur, in eadem pag. incipiens*) aur finit cathemerinon prudentii clemen incipit apotheoses *N* finit cathemerinon prudentii clementis CV CV incipit de opusculis suis per Immolat patri deo *cet.OS*; *subscriptio deest in AVPEM* (*in A et V reliqua pars paginae et in A tota pagina sequens uacuae relictae*; *media fere pagina legitur in A, uncialibus sed minutis litteris exaratum* . . . TIVS AGORIVS BASILIVS); *totum carmen deest in U*

II.

LIBER APOTHEOSIS.

CODICES:

A = *Parisinus lat. 8084 saec. VI* ('*Puteaneus*').
C = *Cantabrigiensis Corp. Chr. 223 saec. IX—X.*
D = *Dunelmensis B 4. 9. saec. X.*

B = *Ambrosianus D 36 sup. saec. VII.*
V = *Vaticanus Reg. 321 saec. X.*
N = *Parisinus lat. 8305 saec. X.*

P = *Parisinus lat. 8086 saec. X.*
E = *Leidensis Burm. Q. 3 saec. X.*

M = *Casinensis 374 saec. IX.*
O = *Oxoniensis Oriel 3 saec. X.*
S = *Sangallensis 136 saec. IX uel X ineuntis.*
U = *Bernensis bibl. urbanae 264 saec. IX.*

[HYMNVS DE TRINITATE.]

Est tria summa deus, trinum specimen, uigor unus;
corde patris genita est sapientia, filius ipse est,
sanctus ab aeterno subsistit spiritus ore,
tempore nec senior pater est nec numine maior,
5 nam sapiens retro semper deus edidit ex se,
per quod semper erat gignenda ad saecula, uerbum;
edere sed uerbum patris est, at cetera uerbi:
adsumptum gestare hominem, reparare peremptum,
conciliare patri dextraque in sede locare.
10 spiritus ista dei conplet, deus ipse, fideles
in populos charisma suum diffundere promptus
et patris et Christi uirtutem in corpora transfert.

6 cf. Ioh. 1. 3

Def. MO finit KATHMHRINON prudentii clementis liber ΑΠΩΘΗΟCIC incipit ymnus de trinitate *C* finit KATHMHRINON incipit liber ΑΠΩΘΗΟCIS .i. de diuinitate *Dm2* finit cathemerinon incipit apostheoses *B* (*ita post finem hymni C12; eo autem loco re uera non sequitur Apotheosis, sed Passio Romani, id est Pe 10; post finem hymni Pe 9, ubi ipsa incipit Apotheosis, haecce praeposita est inscriptio:* exp. passio cassiani incipit liber apothesis) incipit apotheoses *V* aur finit cathemerinon prudentii clemen. incipit apotheoses *N* liber prudentii ΑΠΩΘΕΩCIS hymnus de trinitate *PE* incipit apotheosis id est de diuinitate *S* expliciunt tituli hystoriarum. ueterum. ac nouarum. incipit ΑΡΟΘΕΟCIC (*huc usque rubricatum, mg. solito atramento additum* de diuinitate) *U; nulla inscriptio in A* (*spatio unius paginae inter Cath. et Apoth. relicto*), *sed in summa fronte paginarum legitur* prudentii lib. I Apotheosis; *eiusmodi inscriptiones frontales etiam in C et BN exstant:* liber (*sinistra*) apoteosis (*dextra pag.*) *B* liber I (*sin.*) apotheosim (*dextra*) *C* pr (*sin.*) apotheoses (*dextra*) *N; uerba* Hymnus de trinitate *codicum auctoritate parum comprobata uncinaui u. 1—188 def. in M*

1 trimum *Ba.c.* specimen (men *in ras.*) *D* 5 na(m *s.* a) *A* 7 at] ad *AB,Na.c.* 12 in *om. B* corpore *C* (*corr. mg. m. rec.*), *DUa.c.* transfert] *add.* finit *N*

⟨PRAEFATIO.⟩

Est uera secta? te, magister, consulo.
rectamne seruamus fidem,
an uiperina non cauemus dogmata
et nescientes labimur?
5 artam salutis uix uiam discernere est
inter reflexas semitas,
tam multa surgunt perfidorum conpeta
tortis polita erroribus,
obliqua sese conserunt diuortia
10 hinc inde textis orbitis,
quas si quis errans ac uagus sectabitur
rectum relinquens tramitem,
scrobis latentis pronus in foueam ruet,
quam fodit hostilis manus,
15 manus latronum, quae uiantes obsidet
iter sequentes deuium.
quid non libido mentis humanae struat,
quid non malorum pruriat?
statum lacessunt omnipollentis dei
20 calumniosis litibus,
fidem minutis dissecant ambagibus,
ut quisque lingua est nequior,
soluunt ligantque quaestionum uincula
per syllogismos plectiles.
25 uae captiosis sycofantarum strofis,
uae uersipelli astutiae!

5 cf. Matth. 7,14

Def. MO *nulla praefationis inscr. in codd.* 3 docmata *AV,Na.c.m2* 4 nescientes (ci *in ras.*) *N* nescienter *DSU,Cp.c.m2Ea.c.* 5 distinguere *VN,Sa.c.* 7 competa *CDVPU* conpita *BS* 9 conferunt *CESU* 12 linquens *V* 15 obsidit *B* *u. 17 bis extat in B* humanae (ae *in ras. m2*) *N* 21 fideminutis *Ba.c.* 22 quisquis *U* 23 questionum *ABa.c.* 24 sylogismos *Na.c.* silogismos (l *s.* l) *E* plictiles *B* 25 uae (*s.* l hae, *mg.* l haec) *E* sycoph. *BU,Sp.c.* sycop. *Sa.c.* sicoph. *E* sychof. *ACDN* sichof. *VP* strophis *DBPEU* spropus (h *s.* p *alt.*) *S* 26 uae (*s.* l quae *mg.* l quę) *E*

nodos tenaces recta rumpit regula
infesta dissertantibus.
idcirco mundi stulta delegit deus,
30 ut concidant sophistica,
deque inbecillis subiugauit fortia,
simplex ut esset credere.
lapis, ecce, nostro fixus offensaculo est,
inpingat in quem uanitas,
35 signum cauenti, non cauenti scandalum,
hunc sternit, illum dirigit.
dum plura temptat caecus incerto gradu,
incurrit id, quod obuium est.
fax sola fidei est praeferenda gressibus,
40 ut recta sint uestigia.
quis in tenebris hostis errantes tamen
pulsat trahitque et proterit,
qui sparsa ad ipsum conmeantum transitum
frumenta saeuus deuorat,
45 qui laeta Christi culta fur interpulat
addens auenas aemulas.
quas de ueneni lacte in herbam fertiles
patitur colonus crescere,
ne forte culmum fibra inanis spiceum
50 simul reuulsa internecet.

29 cf. I Cor. 1, 27 33 cf. I Petr. 2, 7—8 45 cf. Matth. 13, 25 47 cf. Matth. 13, 29—30

Def. MO 27 regla (u *s.* gl) *in ras.A* 28 dissentantibus *PEa.c.m2* 29 diligit *E,Cp.c.Sa.c.m2* 30 concitarum *B* sophystica *PS,Vp.c.* 31 inbicillis *A,Na.c.m2* inbechillis *B* inbecilis *Ea.c.* inbecilli (s *aut euan. aut del.*) *C* inbellis *Sa.c.* 39 pax *PE* 40 recta*sint *N* recta sint *in ras. C* recta si*nt (*ex* sunt) *D* 41 hostis (l e *s.* i *m2*) *P* hostes *Na.c.* errantiserrantes *B* 42 poterit *B* 43 co*meantum *D* comtum *N* (*corr. in* commeantum) commeantum *AVU* cōmeantum *CS* 45 leta *Aa.c.* fur *om.N, add.m2* interpulat *AB,PEa.c.* interpolat *cet.* 46 aemula* (s *add. in ras.*) *N* epulas *Sa.c.* 47 beneni *B* fetiles *A,P* (*mg.* l fertiles) *Ca.c.m2 Emg.* fetilem *Da.c.m2* fertilem *ESU,CDp.c.m2* 49 inani *CDp.r.* (*in C* s *eras., s. m2*) 50 internecent *Cp.c.m2Dp.c.*

expectat ergo, dum uitiosa et farrea
feruens coquat maturitas,
det uentilabro lecta quaeque ut horreis,
urat recrementum focis.
refert sed ipsa nosse, quae messem necant,
zizaniorum semina.

Plurima sunt sed pauca loquar, ne dira relatu
dogmata catholicam maculent male prodita linguam.
ille patrem pellens solio detrudit in artum
corporis humani gestamen nec pauet ipsum
obiectare neci duroque adfigere ligno.
passibilisne deus, cuius species et imago
nulli uisa umquam? nec enim conprendier illa
maiestas facilis sensuue oculisue manuue.
Iohannis magni celebris sententia praesto est,
haud umquam testata deum potuisse uideri.
ille pater, quem nulla acies uiolenta tuendo
eminus ardentis penetrauit acumine uisus,
qui se forma hominis non induit et deitatis
inmensum adsumpto non temperat ore modoue.
aut euangelici pietas spernenda libelli
iam, blasfeme, tibi est aut numquam uisa beati
uis intacta patris, non admiscenda caducis,

9 cf. Ioh. 1, 18

Def. MO 51 uitiosa] dolosa *B,E* (*mg.* ł uitiosa) *S,Ua.r.* (uitio *in ras.*) *Pmg.* ferrea *B* 53 dent *B* dat *U* de *Ep.c.* (le *a.c.*) ut] et *Pp.c.* 55 ipsam *Aa.c.* 56 zezaniarum *A,Pa.c.* zezaniorum *NEa.c.*

contra heresim, quae patrem passum dicit *ACP,Dm2* contra (incipit contra *V*) heresim (heresem *N,Sa.c.*) quae patrem passum (passum patrem *N*) adfirmat (affirmat *NU* affirmant *V*) *VNESU*; *nulla inscriptio in B,Da.c.m2*

1 loquor *B* loqu* *S* (ar *s. ras. m2*) 2 docmata *AVP* maculent *om. S, s.m2* 5 affigere *V* (g *ex* c) 7 conprehendier *BPES,Va.c.Na.r.* 8 magestas *V* 10 dem potiusse *B* 12 ardenti *Dp.r.* 13 forma* *P* formam *ESU,D* (m *m2?*) adsumptum *A* 15 haut *Dp.c.* euuangelici *VS* 16 blaspheme *BVNPES* plaspheme *U*

sed tamen et patris est specimen, quod cernere fas sit,
humanis aliquando oculis concurrere promptum,
20 quod quamuis hebes intuitus speculamine glauco
umentique acie potuit nebulosus adire.
quisque hominum uidisse deum memoratur, ab ipso
infusum uidit gnatum; nam filius hoc est,
quod de patre micans se praestitit inspiciendum
25 per species, quas possit homo conprendere uisu;
nam mera maiestas est infinita nec intrat
obtutus, aliquo ni se moderamine formet.
hoc uidit princeps generosi seminis Abram,
iam tunc dignati terras inuisere Christi
30 hospes homo, in triplicem numen radiasse figuram;
hoc conluctantis tractarunt bracchia Iacob.
ipse dator legis diuinae accedere coram
iussus, amicitiae conlato qui stetit ore
comminus et sacris coniunxit uerba loquellis,
35 carnis in effigie Christum se cernere sensit;
sed maiora petens animum per uota tetendit
inconcessa homini, plus quam mortale laborans
ipsum, quantus erat, sine corpore uisere Christum;
denique post multi sermonis mutua postque
40 conspectum praesentis eri et consortia longa:
'quaeso', ait, 'ut liceat te nunc, deus optime, nosse.'
respondit dominus: 'mea, non me, cernere iustis

28 cf. Gen. 18, 1 sq. 31 cf. Gen. 32, 24 32 cf. Exod. 33, 11
41 cf. Exod. 33, 13 42 cf. Exod. 33, 23

Def. MO 18 et patris et *Ea.c.* est patris et *Ep.c.* patris et *Na.c.* et patris hoc *Np.c.* sit] est *PE* *u. 19 om., postea m1 add. inter lin. A* 20 haebes *Aa.c.* hebes (e *pr. in ras.*) *N* habes *B* clauco *Ep.c.* clauso *ESa.c. Pmg.* 21 humentique *VEU* 23 natum *VNPE,Sa.c.Dp.r.* 24 sese *S* 25 posset *SUp.c.* conprehendere *BV,Na.c.m2* comprendere *Np.c.m2* 26 uera *B* 27 optutus *U* ni] nisi *CDPE,S* (*s.* al ni) 28 uidit princeps *Aa.c.* (g *lineola del.*) generosis *B* abraham *N* abraam *Vp.c.* 29 cristi *N* 31 brachia *CDVESU,Np.c.m2* 32 datur *B* 34 communis *Ba.c.* loque*lis *S* loquelis *CDU,Np.c.* loquulis *V* 35 effigiem *Aa.c.* secernere *CDVNU* (*in AB interuallis singula uerba non discernuntur*) sentit *Va.c.* 37 morte *Ea.c.* 40 heri *SU,Np.c.m2*

posteriora dabo.' quid apertius absque aliena,
quam sumat, facie uerbum non posse uideri,
45 posse tamen, cum malit, idem numquam patre uiso
terrenis oculis habitu se ostendere nostro,
saepe et in angelicas uel mortales moderatum
induci species, queat ut sub imagine cerni?
hoc uerbum est, quod uibratum patris ore benigno
50 sumpsit uirgineo fragilem de corpore formam.
inde figura hominis nondum sub carne Moysi
obiecta effigiem nostri signauerat oris,
quod quandoque deus uerbi uirtute coactum
sumpturus corpus faciem referebat eandem.
55 sed tamen et sentam uisa est excita cremare
flamma rubum: deus in spinis uolitabat acutis
uulnificasque comas innoxius ignis agebat,
esset ut exemplo deus inlapsurus in artus
spiniferos, sudibus quos texunt crimina densis
60 et peccata malis hirsuta doloribus inplent.
inculto nam stirpe frutex uitiosus iniquis
luxuriam uirgis inhonesto effundere suco
coeperat et nodos per acumina crebra ligabat.
cernere erat steriles subito splendescere frondes
65 accensisque citum foliis magno inpete late
conlucere deum nec spinea laedere texta,
lambere sanguineos fructus et poma cruenta,
stringere mortiferi uitalia germina ligni,
quandoquidem tristes purgantur sanguine culpae,

55 cf. Exod. 3, 2 sq.

Def. MO 45 uelit idem *Aa.c.* maliti dem *VSa.c.* malit iudem *B* patr*e uiso *N* patre reuiso *Va.c.* 47 uel (*s.* et) *C* memoratum *E,S* (*mg.* al moderatum) *Cmg,Dp.c.m2* (*s.* l moderatum) memoratum est *U* 48 ut *om. Ea.c.* 49 or *B* 52 *in A fol. 49, u. 52—91 continens, lacerum est ita, ut ultimae quaeque litterae u. 52—71 et primae quaeque u. 72—91 desint* 54 referebat (*s.* simulabat) *U* 55 sentum *Cp.c.m2Np.c.* excitare mare *Va.c.* 56 rubrum *B* 58 inlabsurus *AN* 60 hyrsuta *U* dirsuta *Ba.c.* implent *CDBVU* (*in A* i *sola superest*) 62 luxuriem *U* 63 ligabant *Dp.c.m2Sa.r.* 65 impete *BVSU* impete (*s.* · i · impetu) *D* impetu *Np.c.* 69 culpa *Na.c.m2*

70 quem contorta rubus densis cruciatibus edit.
ergo nihil uisum, nisi quod sub carne uidendum,
lumen imago dei, uerbum deus et deus ignis,
qui sentum nostri peccamen corporis inplet;
nam lucis genitor, uerbi sator auctor et ignis
75 creditur extra oculos, ut apostolus edocet auctor,
qui negat intuitu fontem deitatis adiri.
credite, nemo deum uidit, mihi credite, nemo:
uisibilis de fonte deus, non ipse dei fons
uisibilis, cerni potis est, qui nascitur, at non
80 innatus cerni potis est, latet os patris illud,
unde deus, qui uisibilem se praestitit olim,
tale aliquid formans in sese, quale secuta est
passio, quae corpus sibi uindicat; ardua nam uis
est inpássibilis, quoniam natura superni
85 ignis ad horrificas nescit descendere poenas
nec capit humanis angoribus excruciari,
pura, serena, micans, liquido praelibera motu,
subdita nec cuiquam, dominatrix utpote rerum,
cui non principium de tempore, sed super omne
90 tempus et ante diem maiestas cum patre summo,
immo animus patris et ratio, uia consiliorum,
quae non facta manu nec uoce creata iubentis
protulit imperium patrio ructata profundo.
hanc igitur non flagra secant, non sputa saliuis
95 aspergunt, alapis non uexat palma relisis,
nec perfossa cruci clauorum uulnera figunt.
his adfecta caro est hominis, quam femina praegnans

72 cf. I Ioh. 1, 15 75 cf. Ioh. 1, 18. I Ioh. 4, 12 80 cf. I Tim. 6, 16. I Ioh. 4, 12 94 cf. Matth. 27, 26. Ioh. 19, 1. Matth. 26, 67 95 cf. Ioh. 19, 3 96 cf. Matth. 27, 31

Def. MO 72 dei] deus *Sa.r.* 73 inplet *N* implet *cet.* 79 cerni*potis *N* at] ad *A,Na.c.m2PESa.c.* qui nascitur at non] latet os patris illud *Ca.c.m2, fort. etiam Dm1,* qui nascitur — potis est *om. V, add. mg.* 82 quale] qua *Va.c.* 86 anguoribus *BV* 87 prae libera *D* per libera *P* 91 anibus *B* *animus *C* et ratio et uia *CDPESU* 96 perfusa *Na.c.* 97 affecta *N* quem *BVEU,Dp.c.* quem *om. Na.c.* pregnas *B,Na.c.*

enixa est sub lege uteri, sine lege mariti.
ille famem patitur, fel potat et haurit acetum,
100 ille pauet mortis faciem, tremit ille dolorem.
dicite, sacrilegi doctores, qui patre summo
desertum iacuisse thronum contenditis illo
tempore, quo fragiles deus est inlapsus in artus,
ergo pater passus — quid non malus audeat error? —,
105 ipse puellari conceptus sanguine creuit,
ipse uerecundae distendit uirginis aluum?
et iam falsiloqua est diuini pagina libri,
quae uerbum in carnis loquitur fluxisse figuram?
at non, qui uerbi pater est, caro factus habetur.
110 fige gradum, scriptura, tuum, nil mobile et anceps
adfirmasse decet; pater est, quem cernere nulli
est licitum, pater est, qui numquam uisus in orbe est
nec mundana inter radiauit lumina coram;
uerbum conspicuum misit missumque recepit,
115 cum uoluit, uerbo praestrinxit uiscera purae
uirginis et uerbo struxit puerilia membra.
ipse quidem in terris uirtute et numine praesens
semper adest quocumque loci nec pars uacat ulla
maiestate patris, nusquam est genitor deus absens,
120 per uerbum, sed semper adest atque inde Filippo
Christus ait: 'tanto tecum iam tempore uersor,
et patrem te nosse negas, quem perspicis in me!'
est inuisibilis donum patris edere natum
uisibilem, per quem ualeat pater ipse uideri,
125 nec solis sanctorum oculis sed lumine cassis

99 cf. Matth. 27, 34 100 cf. Matth. 26, 39 108 cf. Ioh. 1, 14 121 cf. Ioh. 14, 9

Def. MO 98 enisa *A* 99 aurit *B,VSa.c.* auri*t (h s. a) *N* acaetum *DV* acoetum *U* 102 trhonum *A* deum *U* 103 fragilis *V,Ea.c.* est inlabsurus *A* inlapsurus *P* est inlabsus *NSa.c.m2* 105 ipse] ille *SU* 107 etiam *C,Da.c.* 109 ad *A,Na.c.m2* uerbis *Na.c.* 110 scribtura *AB* 113 lumine *CDa.c.* 115 perstrinxit *VNP* 117 numine] munere *B,SUs.* prasens *Aa.c.* 118 ubicum(n *P*)que *PE* 120 adque *AD,Na.c.m2* filippo *AD* phlippo *Na.c.m2* phylippo *P* philippo *cet.* 123 inuibilis *A*

caecorum; caecos loquor, atra socordia quorum
corde tenebroso uerum perpendere nescit.
quem si perspicuum mortalibus infitiaris,
fare age, quem uideat Babylonis ab arce tyrannus
130 innocuas inter flammas procul exspatiantem,
calcantem rapidos inadustis fratribus ignes.
nempe ait: 'o proceres, tris uasta incendia anhelis
accepere uiros fornacibus, additus unus,
ecce, uaporiferos ridens intersecat ignes.
135 filius ille dei est; fateorque et uictus adoro.
inrisas remouete faces taedasque tepentes
subtrahite, friget succensi sulpuris ardor,
filius — haud dubium est — agit haec miracula rerum,
quem uideo, deus ipse, dei certissima prolis,
140 imperat inmensis ardoribus et domat iras,
insultans famulante rogo piceosque furores
conprimit et rabiem flammarum algescere cogit.
barbaricos calida aura sinus non tangere iussa
praeterit et tenues stridens transcurrit amictus,
145 ipse per Assyrios metuit uapor ire tiaras,
ne coma fusa umeris fumo obsordescat amaro.'
haec ait et uarios iubet obmutescere cantus,
organa, sambucas, citharas calamosque tubasque.
stulta superstitio tacuit, uox festa quieuit,
150 quae male conspicuae celebrabat imaginis aurum.

129 cf. Dan. 3, 19 sq. 132 Dan. 3, 25 sq.

Def. MO 126 sochordia *Dp.c.* 127 uerbum *VN* 128 inficiaris *DVPESU, Na.c.m2* 130 *spatiantem (ex *eras.*) *A* spaciantem *Pa.c.m2* inspaciantem *SU,Pp.c.m2* inspatiantem *CD* (*mg.* exsp.) *E* 132 tres *DESU,VPp.c.* hanelis *V* 137 subtraite (h *s.* i) friget succensi* *N* subtrahit enfrige*t (e *s.* e *pr.*) succensi *P* subtrahite en friget succensi *CDESU,Vp.c.m2* (en *s.* fri) subtrahit accensi frigescit *B* sulpuris *DB* sulph. *VNPSU, Ep.c* sulporis *A* sulf. *cet.* 139 prolis *AE,NPa.c.* proles *cet.* 140 imperitat *Aa.c.* 141 famulantererogo *B* piceoque *Na.c.* 145 assirios *V* assyrias *U,Np.c.m2* as sirias *S* asirias *E* (*τιάρας masc. gen., cf. etiam Verg. Aen. VII 247*) metuit] uetitus *E*, *S* (*mg.* al. metuit) *U,Dp.r.* pauor *E* ire] ille *Pa.c.* tyaras *DUp.c.m2* 146 humeris *DVSU, Np.c.m2* 147 obmutiscere *VNp.c.* 148 cytharas *VSU*

carmina sanctorum resonant iam sola uirorum
triplice concentu regem laudantia caeli,
qui mare, qui terras, qui lucida sidera fecit
ignibus et mediis securos texit alumnos.
155 semper in auxilium sermo patris omnipotentis
descendit seruando homini, mortalia semper
admiscenda sibi proprio curauit amore,
ut socianda caro dominoque inplenda perenni,
degenerem uitam quae tunc animalis agebat,
160 [exemplo mutaret eri similesque per artus]
cernere consortem terreni adsuesceret oris
participemque suum uisu uelut obside nosse
et consanguineo paulatim accedere Christo.
ergo animalis homo quondam, nunc spiritus illum
165 transtulit ad superi naturam seminis ipsum
infundendo deum mortalia uiuificantem.
nunc noua materies solidata intercute flatu,
materies sed nostra tamen de uirgine tracta,
exuit antiquae corrupta exordia uitae
170 inmortale bonum proprio spiramine sumens.
filius ille hominis, sed filius ille tonantis,
iam solus uultum patris aspicit et uidet ipsum.
nemo patrem nouit, nisi filius et cui monstrat
filius, et nostri mediator et omnipotentis.
175 denique, concludam breuis ut conpendia summae,

152 cf. Dan. 3, 24—90 Vulg. 164 cf. I Cor. 15, 45 173 cf. Matth. 11, 27

Def. MO 151 resonant iam] resonantiā *P* resonantia *N,Sa.c.m2Up.c.* 152 concentu triplici *DVNESU,C in ras. Pp.c.* *inter u. 154 et 155 spatium unius uersus in S* 158 perhenni *V* 159 quae] quam *U,Dp.c.Ep.c.m2* *u. 160 sine dubio interpolatus (cf. Bergman, De cod. Prud. gen. p. 42) deest in AB,V (add. mg.) N (add. mg. m2)* 160 mature teri *Sa.c.m2* mutaret heri *U,Nmg.Pp.c.* mutaret eri (eri *in ras.*) *D* actus *DE,CSa.c. Pmg.* 170 immortale *ADUp.c.* 172 uidit *ESa.c.* 174 et *alt. om. E* 175 conp. *ACPES* comp. *cet.* *inter u. 177 et 178* contra unionitas *ACVNPEU, quam inscriptionem om. B (add. mg. m2), S in mg. praebet u. 178 maiore litt. init. scripto; in D spatium relictum expleuit m2:* contra unionitas · i · sabellianos hereticos (*u. 170 maiore litt. init.*)

non pater in carnem descendit, sed patris arcem
sumpta caro ascendit, natus per utrumque cucurrit.
Cede, profanator Christi, iam cede, Sabelli,
depositorque patris natique insane negator!
180 nonne patrem uiolas, dum natum scire recusas,
quandoquidem non est genitor, nisi filius extet,
nec uocitare patrem potis es, quem germine fraudas?
sed fortasse uelis patriae pietatis honore
despoliare deum contentus nomine nudo,
185 quod deus est, adimasque decus patris et generis uim.
ecquis in idolio recubans inter sacra mille
ridiculosque deos uenerans sale, caespite, ture
non putat esse deum summum et super omnia solum?
quamuis Saturnis, Iunonibus et Cythereis
190 portentisque aliis fumantes consecret aras,
at tamen in caelum quotiens suspexit, in uno
constituit ius omne deo, cui seruiat ingens
uirtutem ratio uariis instructa ministris.
quae gens tam stolida est animis, tam barbara linguis,
195 quaeue superstitio tam sordida, quae caniformem
latrantemque throno caeli praeponat Anubem?
nemo Cloacinae aut Eponae super astra deabus
dat solium, quamuis olidam persoluat acerram
sacrilegisque molam manibus rimetur et exta.
200 consule barbati deliramenta Platonis,

Def. O,M usque ad u. 187 178 *pr.* caede *PU* caede sabelli *BU* cedes abelli *Da.c.Na.c.m2* 181 existet *B* 183 patriae (i *in ras. et* e *ult. in* ae *corr. m2*) *N* 184 dispoliare *AEU,Pa.c.* 186 etquis *BVSU,D* (et *in ras.*) *Np.c.m2* haec quis (*s.* et, *mg.* ec) *C* nequis *PE,Nmg.* 187 sale] calce *S* cespite *DBVSU,Np.r.* thure *P* ture (e *in ras.*) *N* *a u. 188 incipit M* 189 cythereis (h *del.*) *A* cithereis *DE* c*ithereis *P* citereis *N* cytereis *V* cyth*raeis *M* 190 consecrat *V* 191 ad tamen *Sa.c.* (*in A incertum, utrum* ad *an* at) 194 solida *Aa.c.* 195 quaeque *Aa.c.* canis formem (-am *p.c.*) *N* 196 trhono *A* aeponae (ti *s.* ae *pr.*) *C* e poenae *Sa.c.* te (t *lineola del.*) poenae *M* typone *P* tip*one (tip *m2 in ras.*, h *s. ras.*) *E* tiphone (tipho *in ras.*, ne *s.* o *m2*) *D* 198 solum *E* solidam *VPEM,Cp.c.Sa.r.* solidem *Na.c.* 199 sacrilegique *B* et *in ras. m2 N* 200 deler. *ADS* delyr. *Up.c.m2* deliber. *B*

consule et hircosus cynicus quos somniat et quos
texit Aristoteles torta uertigine neruos,
hos omnes quamuis anceps labyrinthus et error
circumflexus agat, quamuis promittere et ipsi
205 gallinam soleant aut gallum, clinicus ut se
dignetur praestare deus morientibus aequum,
cum uentum tamen ad normam rationis et artis,
turbidulos sensus et litigiosa fragosis
argumenta modis concludunt numen in unum,
210 cuius ad arbitrium sfera mobilis atque rotunda
uoluatur seruentque suos uaga sidera cursus.
non recipit natura hominis, modo quadrupes ille
non sit et erecto spectet caelestia uultu.
non recipit, neget ut regimen pollere supremum.
215 istud et ipse Numae tacitus sibi sensit haruspex,
semifer et Scottus sentit cane milite peior.
sed nos, qui dominum libris et corpore iam bis
uidimus ante fide, mox carne et corpore coram,
quique uoluminibus uatum cruce teste probatis
220 rimantes digitos costarum in uulnera cruda
mersimus et manuum uisu dubitante lacunas
scrutati aeternum regem cognouimus Hisum,
abiurare deo titulum nomenque paternum

218 cf. Hebr. 11, 3 220 cf. Ioh. 20, 27

Def. O 201 hircusus *Aa.c.* hyrcosus *DPM* hyrcosos *U* cynicos *U* cinicus *NP* quos *pr.*] quod *BVNM,Dp.c.Ea.c.* 202 exit *B* aristotelis *E* arestotelis *A,Pa.c.* aristotiles *VU,Na.c.Sp.c.* aristoti*lis *D* arestoteles *Pp.c.* 203 labyrintus *E* labirinthus *Na.c.* laberinthus *VU,Np.c.Pp.c* (e *ex* i *uel* y) laberintus *DS* 204 ipse *PE* 206 aequm *B* 207 conuentum *P* (*s.* l cum), *Nmg.* conuertunt *U,Sp.c.* 208 turpidulos *E,Ma.c.* turpidolos *Sa.c.* 209 nomen *EM,Bp.c.Sa.c.* 210 sphera *BVEM,N* (sph *in ras. m2*) sp*era *S* spera *CD,Ua.c.m2* fera *P* adque *A* rutunda *A* 213 et recto *Ea.c.* et erectos *Sa.r.* 214 recipit*neget *U* 215 ipsae *B* numa* *N* aruspex *DVSU,Aa.c.* 216 scotus *Ea.c.* *cothus *S* (cottus *p.c.*) gothus (*s.* l cottus) *U* 218 corpore (*s.* l sanguine) *CD* sanguine *BVMSU,N*(*mg.* corpore) 219 quinque *EM,C*(*mg.* l quique) *DS.a.r.Pmg.* cuique *V* 221 mersimus (*s.* l misimus) *S* 222 ihm̄ *codd., sed cf. Cath. 1, 81, ubi A* hisum *praebet* 223 deum *PE*

credimus esse nefas, qui regem protulit ex se,
225 non regem populi Parthorum aut Romulidarum,
sed regem summae et mediae rationis et imae
atque ideo rerum dominum et super omnia regem,
carnis habet medium, summum patris et Stygis imum,
defluit his gradibus rursusque reuoluitur in se,
230 est deus, est et homo, fit mortuus et deus idem est.
omnia percurrit naturae munia pronae,
ut sursum patris in gremium replicata reportet,
mortua quae fuerant, ipsos quoque subuehat artus.
haec fore cum ueterum cecinissent organa uatum,
235 nos oculis, manibus, congressu, uoce, loquella
experti heroum tandem intelleximus orsa
priscorum et uiso patefacta oracula Christo.
haec est nostra salus, hinc uiuimus, hinc animamur,
hoc sequimur: numquam detracto nomine nati
240 appellare patrem patris et sine nomine numquam
natum nosse deum, numquam, nisi sanctus et unus
spiritus intersit, natumque patremque uocare,
sic tamen haec constare tria, ut ne separe ductu
tris faciam, tribus his subsistat, sed deus unus,
245 nec pater ipse autem, qui filius, ut quia natum
scimus ab innato, uere pater et sata uere
sit suboles nec sit genitor sibi filius ipse.
perquam ridiculum est et futtile, natus ut ex se
siue supernatus fuerit, sibi ipse repente

Def. O 226 summumediae *Ba.c.* 227 adque *A* adquae *Na.c.m2* 228 stigis *Ua.c.* tigis (s *s.* t) *N* 229 defuit *Va.c.Na.c.m2* 230 fi*t *B* sit *M* et fit *U,Sp.c.* 232 ut] et *EMa.c.Sa.c.m2* rursum *MS,Ea.c.Cp.c.m2* rursus *PU,Ep.c.* 233 subueat *E,Up.c.Sa.c.m2* 235 loquela *DVU, NSp.r.* *u. 240 om., inter lin. add. A* *u. 241 in ras. sed m1 in A* 243 ut *om. A, add. s.* 244 tres *CDPEMSU* subsistit *CD* 247—249] *ordinem 247, 249, 248 habent PEMSU,Dp.c.* (*in D u. 249 primo post 248 collocatus — sine dubio hoc modo scriptus*: siue supernatus *cet.* — *postea erasus est et post 247 m2 in marg. insertus* [siue pater natus *cet.*]) 247 subolis *AV,Na.c.* sobolis *E,Pa.c.* soboles *CDMSU,NPp.c.* 248 futile *VPMSU,Dp.c.* fu*ti*le *N* 249 siue pater natus *VNPEMSU, Dp.c.m2* siue ipse *VSU*

250 nascendi noua materies, ac se deus ultro
ediderit natumque sibi se fecerit ipsum.
nil falsum aut mendax diuina uocabula fingunt,
qui pater est, gignendo pater, tum filius ex hoc
filius, auctore genitus quod sit patre summo,
255 summus et ipse tamen; nec enim minor aut patre dispar.
unde in utroque operis forma indiscreta, nisi omnem
uim maiestatis patriae generosus haberet
filius idque deus genitor, quod filius, esset?
pergunt ulterius scrutantes, quid sit id ipsum
260 gignere, si fas est humanos tendere sensus
usque ad secretum, quod tempora cuncta diesque
praeuenit antiquos et principium super ipsum
eminet et, quodcumque potest homo quaerere, transit.
cum sit difficilis uia noscere principiorum
265 semina, quî dabitur mortali exquirere, quidnam
ultra principium deus egerit aut quo pacto
ediderit uerbum, quod principio caret omni?
hoc solum scimus, quod traditur esse deum, quem
non genitus genitor generauerit unus et unum,
270 integer integrum, non coeptum sed tamen ortum,
et conperpetuum retro patris et patre natum.
sed nec decisus pater est, ut pars patris esset
filius, extendens nec se substantia tractim
produxit minuitque aliquid de numine pleno,
275 dum mutata nouum procudit portio natum.
non conuertibilis nec demutabilis umquam
est deus aut gignendo aliquid sibi detrahit, atqui
totus et ex toto deus est, de lumine lumen.

Def. O 253 tunc *Aa.c.* 254 genitus] ut genitus *PEMSU,Dp.c.m2* quod] co *s.* u *in E* quo *B* *post u. 258 spatium unius uersus in M* 259 quid] quod *NPM,ESa.c.* 260 gressus (*mg.* ł sensus) *C* gressus *E* sensus *D in ras. m2* sensus (*mg.* ł gressus) *N* 262 spreuit *E* (*mg.* ł praeuenit), *Pmg.* 265 qui (*s.* cui) *C* quid *Na r.* cui *VEMSU,Np.r.* *cui* *D* 267 quo *N* 268 deus *V,N*(*mg.* ł deum), *EUp.c.* 269 generauit *A* 270 hortum *B* 271 retro patri* *S* patri retro *U* 274 nomine *PEM,Dp.c.Sa.c.Nmg.m2* 277 sibi *om. M,ESa.c.* adqui *ANP,EMSa.c.* 278 et *om. M,Sa.c.* de *om. B*

quando autem lumen sine lumine? quando refulgens
280 lux fulgore caret? quando est, ut proditus ignis
ignem diminuat? quando pater et deus et lux
non lucis deus et pater est? qui si pater olim
non fuit et serum genuit post tempora natum,
fit nouus inque nouum ius proficit. absit, ut umquam
285 plenus proficiat, qui non eget incremento.
et deus et genitor lumenque et gloria semper
ille fuit nec post sibi contulit, ut pater esset.
sic fit, ut aeternum credamus cum patre Christum,
illo auctore satum, cui nullus praefuit auctor.
290 haec tu si dubitas nati mysteria Christi,
perdite, catholica non es de plebe, sed unus
de grege turifero, uenerator Deucalionum,
deuotus cippo, ficulni stipitis unctor.
quin potius scrutare dei signacula in ipso
295 fonte uetustatis, percurre scrinia primi
scriptoris, quem non bardus pater aut auus augur
fabula nec ueteris famae nec garrula nutrix
nec sago clangore loquax et stridula cornix
rem docuere dei, sed coram proditus ipse,
300 ipse deus trepidum mortalem mitis amico
inbuit adloquio seque ac sua summa retexit.
nimirum meminit scriptor doctissimus illo
orbis principio non solum nec sine Christo
informasse patrem facturae plasma nouellae:
305 'fecit', ait, 'condens hominem deus et dedit olli

305 cf. Gen. 1, 27

Def. O 280 prodigus *DVp.c.* 281 deminuat *VNM,Sa.c.* diminuet (e *in ras.*) *U* 284 nouus] nobis *B* inque (e *in ras.*) *D* inquo *B,Na.c.* inque inque *V* 285 incrementum *MS* 290 dubites *U,Sp.c.* 291 es] esse *M* 293 ficulni* *N* stiptis *B* et stipitis *U,Sp.c.* unctor (*s. l* auctor) *E* 295 percurre et *VN* percurrere *BEM* percurre* *PS* 296 scribtoris *AB* auis *Up.c.m2* auus *ex* as *M* 297 fame *B* formae *P* 298 glangore *B* strinula *Ba.c.* 299 docuere (e *pr. in ras. m2*) *N* 300 mitisamitisamico *Aa.c.* 301 eloquio *U* 302 scribtor *AB* 305 oll*i *N* illi *DMS,Ep.c.*

ora dei.' quidnam est aliud, quam dicere: solus
non erat atque deo deus adsistebat agenti,
cum dominus faceret domini sub imagine plasma?
Christus forma patris, nos Christi forma et imago;
310 condimur in faciem domini bonitate paterna
uenturo in nostram faciem post saecula Christo.
possum multa sacris exempla excerpere libris,
ni refugis, quae te doceant non in patre solo
uim maiestatis positam, sed cum patre Christum
315 esse deum, uelut illud ait genealogus idem:
'a domino dominus flammam pluit in Sodomitas.'
quis dominus, de quo domino, si solus ab arce
siderea spectet pater aut ardescit in iras?
filius armatam domini patris ignibus iram
320 spargebat dominus, sunt unum fulmen utraque.
Haec si Iudaicos sic intellecta rigassent
auditus, stupidas ut possint tangere fibras,
audissent dominum uirtutum, qui pereuntes
uenerat ut seruaret oues; sed ab auribus omnis
325 fluxerat ornatus, caput et iam coctile Bahal
finxerat auriculasque suo spoliarat honore;
dux populi peccantis adest de monte corusci
luminis adloquioque dei tabulasque tremendo
incisas digito caeca ad tentoria defert,
330 sed cadit in faciem plebs non uisura profundae
legis in effigie scriptum per enigmata Christum,

316 cf. Gen. 19, 24 324 cf. Matth. 15, 24 325 cf. Exod. 31, 18—32, 13 sq.

Def. O 306 aliut *B* 307 adque *AB,Na.c.m2* 308 facerent *B* 310 condimus *B* 311 uenturi . . christi *Ep.c.* 312 liiris *Aa.c.* 313 docant *Ba c.* 314 magestatis *B* patrem *B* christo *M* 315 illut ait *Na.c.* ille ait *Dp.c.Sa.c.* genealocus *B* 316 adnomino *Aa.c.* flammas *PEMSU,DNp.c.m2* *ante u. 321 inscr.* aduersum iudaeos *codd. exceptis D (spatium relictum; inscr. add. mg. m2) et B (add. mg. m2); in S exstat in mg. m1 et unc. litt.* 321 haesi *Ba.c.* 322 ut] aut *U* possent *VNMSU,Pp.c.* 324 ueuerat *B* 325 etiam *M* baal *P* 326 spoliaret *Va.c.* 328 alloquio *U* (que *om.*) 329 caecaadefert (a *ante* de *del.*) *B* 331 regis *E,Pa.c.* scribtum *AB* per enigmata *D*

infelix, quae luce oculos praestricta pauentes
texerit et presso faciem uelarit amictu.
at nos reiecto Christum uelamine coram
335 cernimus atque deum uultu speculamur aperto,
nec sub lege graui depressa fronte iacemus,
sed legis radium sublimi agnoscimus ore.
heu, frondosa prius ramis felicibus arbos,
pinguibus, heu, quondam radix oleagina bacis!
340 ecce tibi inserto reuirescit nunc oleastro
truncus et externi uestitur cortice libri!
iam miserere tui, non se siluestris oliui
surculus exultans alieno stipite iactat,
sed monet, ut generis proprii memor unguine amaro
345 contristare comas desuescas, stirpe nec imo
inuideas missis in celsa cacumina uirgis.
blasfemas dominum, gens ingratissima, Christum.
pascha tuum dic, dic, cuius de sanguine festum
tam sollemne tibi est? quis tandem caeditur agnus
350 anniculus? sacer ille tibi redeuntibus annis,
sed sacer in pecude; stultum est sic credere sacrum,
sanguine balantis summos contingere postes,
lasciuire choris, similaginis azymon esse,
cum fermentati turgescant crimine mores.
355 non sapis, inprudens, nostrum te effingere pascha
legis et antiquae praeductis pingere sulcis
omne sacramentum, retinet quod passio uera,
passio, quae nostram defendit sanguine frontem

333 cf. II Cor. 3, 13 334 cf. ibid. 18 338 cf. Rom. 11, 17 sq. et 24 349 cf. Exod. 12, 5 sq. 355 cf. I Cor. 5, 7—8

Def. O 332 infelixque *D,BEa.c.* perstricta *VPE* 334 ad *AP,Na.c.* detecto *SU* uelamine (a *s.* e *alt.*, *sed del.*) *A* 335 adque *A,Na.c.* uultu speculamus *B* 337 lege *B* 338 arbor *BVN* 339 baccis *EU,Sp.c.* 340 reuiuescit *M* 342 se (s *in ras.*) *P* sis *ESU,Ma.c.m2* 346 celsa] caeca *Aa.c* 347 blasf. *AB,DNa.c.m2* blasph. *cet.* 349 sollempne *ex* solemne *N* 351 sacer] sacrum *Aa.c.* est *om. Aa.c.* et *B* 353 coris *V* azimon *ACDVNEU,Sa.c.* 355 effigere *Na.c.* eff*ingere *P* 356 praedictis *D* fulcis *Sa.c.* fucis *Dp.c.m2* (*s.* · i · coloribus)

corporeamque domum signato conlinit ore?
360 hanc fugit exclusis Aegyptia plaga procellis,
haec regis Farii regnum ferale resoluit
deque potestatis mundanae grandine densa
eripit Abraham cum stirpe et gente fideli.
Abrahae genus est uerum, cui sanguis in ore
365 creditus inscriptusque rubet, cui uisus in orbe
haud dubitante fide deus est, deus ex patre uerus.
ille deum uidit, uisum mox credidit, at tu,
posteritas carnis, carnaliter omnia cernens
carnis opus sub lege geris, quam spiritus inplet
370 interior; nec enim caelo lex carnea fluxit,
quam tu carne colis, sed Christo feta meamque
spem paritura utero: quam spem, nisi numinis almum
lumen et aduentum domini, quem uiderat Abrae
prima fides nostrisque pater promiserat olim
375 perspiciendum oculis et legis uoce probandum?
nec solum legis, nam quae iam littera Christum
non habet, aut quae non scriptorum armaria Christi
laude referta nouis celebrant miracula libris?
Hebraeus pangit stilus, Attica copia pangit,
380 pangit et Ausoniae facundia tertia linguae.
Pilatus iubet ignorans: 'i, scriba, tripictis

359 cf. Exod. 12, 7 360 cf. Exod. 10, 13 363 cf. Gen. 12, 17—20 Exod. 12, 37—38 381 cf. Ioh. 19, 19—20

Def. O 359 que *om. A,Pa.c.m2* quae *B* 360 aegyptica *P,Vp.c.m2* aegypt*ca *E* aegiptia *DN* flagellis *CDE* (*mg.* l procellis), *Nmg.m2Pmg.* 363 abraam *Na.c.* 365 creditur *PEMSU,Dp.c. et mg. Vp.c.Np.c.m2* inscribtusque *AB,Da.c.* inscriptu*sque *U* (s *alt. in ras.*) cuisuisus *Aa.c.* 366 uerus (us *in ras. m2*) *D* (*mg. m2* l uero) uero *M,Sa.c.* 367 ad *A,Da.c.m2* 369 inplet *C,Aa.c.* implet *cet.* 370 lex caelo *MS,Ea.c.* fulsit *M* 372 nominis *Da.c.m2* luminis *U* amum *Na.c.* almo *Sa.c.* almum (mum *in ras. m2*) *D* 373 abrahe *Dp.c.* abra ae *V* 376 nec] ne *M* namque *DE* litera *U* 377 non *alt. om. VN* scribtorum *AB* 378 laude (a *s.* e, *sed del.*) *A* laude (e *in ras.*) *D* refertae *P* nobis *B,Ea.c.* nou's (u *in ras.*) *M* miracula] armaria *Aa.c.* 379 haebraeus *V,Ap.c.* haebreus *CDBNP* hebreus *EMSU* *pr.* pingit *VN* stelus *A* 380 auxoniae *Aa.c.* 381 i scriba (a *in ras.*) *N* *scriba (o i *s.* sc) *D* tu scriba *U,Sp.r.* (ba *s.* i) scriba *PE* (*om.* i)

digere uersiculis, quae sit subfixa potestas,
fronte crucis titulus sit triplex, triplice lingua
agnoscat Iudaea legens et Graecia norit
385 et uenerata deum percenseat aurea Roma.'
quidquid in aere cauo reboans tuba curua remugit,
quidquid ab arcano uomit ingens spiritus haustu,
quidquid casta chelys, quidquid testudo resultat,
organa disparibus calamis quod consona miscent,
390 aemula pastorum quod reddunt uocibus antra,
Christum concelebrat, Christum sonat, omnia Christum
muta etiam fidibus sanctis animata loquuntur.
o nomen praedulce, mihi lux et decus et spes
praesidiumque meum, requies o certa laborum,
395 blandus in ore sapor, fraglans odor, inriguus fons,
castus amor, pulchra species, sincera uoluptas!
si gens surda negat sibi tot praeconia de te,
tam multas rerum uoces elementaque tantae
nuntia laetitiae stolidas intrare per aures,
400 audiat insanum bacchantis inergima monstri,
quod rabidus clamat capta inter uiscera daemon,
et credat miseranda suis: torquetur Apollo
nomine percussus Christi nec fulmina uerbi
ferre potest, agitant miserum tot uerbera linguae,
405 quot laudata dei resonant miracula Christi.
intonat antistes domini: 'fuge, callide serpens,

Def. O 382 suffixa *BVM* 383 fit *Pa.c.* si* *D* 386—8 quicquid *CDV NMSU* *u. 387 om. VNm1* archano *U,Dp.c.Np.c.m2* 388 chelis *VP,Np.c.Sa.c.* celis *Na.c.* 389 orcana *B* 390 quot *M* 391 concaelebat (r *s.* ba) *N* concelebret *Up.c.* sonet *Up.c.* 392 loquntur *N* locuntur *V* loquantur *U* 395 fraglans *BM,Dp.c.NEp.c.m2* flagrans *cet.* hodor *V* inricuus *B* 396 pulcrha *A* pulcra *BNM* 397 tibi *Aa.c.* 398 multae *B* elimentaque *PE,Np.r.* 399 aureas *B* auras *E,Pa.c.* 400 audiant *B* bachantis *MSU,Dp.r.* baccantis *E* energima *V,Na.r.* enercima *B* inhergima *E,Pa.c.* energia *Dp.c.m2Np.r. U* (*mg.* energima) enhergia *Pp.c.m2* inergia *Ma.c.m2,Sa.c.* (*mg.* al. gima) 401 rapidus *P* demon *B* doemon *U* 402 a*pollo *E* 404 lingua *N* 405 quod *ABS,Ep.c.* (d *in ras.*) *Ma.c.* 406 intonat antistes (t antistes *in ras.*) *N* intonan *Ba.c.* intonant *M* fulge *VPa.r.*

exue te membris et spiras solue latentes!
mancipium Christi, fur corruptissime, uexas.
desine, Christus adest, humani corporis ultor!
410 non licet ut spolium rapias, cui Christus inhaesit.
pulsus abi, uentose liquor, Christus iubet, exi!'
has inter uoces medias Cyllenius ardens
heiulat et notos suspirat Iuppiter ignes.
ecce Gerasenos legio ruit effera porcos
415 et post multiplices busti sub rupe catenas
poenarum gemitus longis grunnitibus edit.
clamarat, sed ab ore hominis: 'cognoscimus, Hisu,
nate deo, nate sceptris et germine Dauid,
quid sis, quid uenias; qua nos uirtute repellas,
420 nouimus aduentusque tui terrore iacemus.'
haec, Iudaea, tuas uox non peruenit ad aures?
peruenit, mentem sed non penetrauit egenam
lucis et a primis foribus disclusa refugit.
audiit aduentum domini, quem solis Hiberi
425 uesper habet, roseos et qui nouus excipit ortus.
laxauit Scythicas uerbo penetrante pruinas
uox euangelica, Hyrcanas quoque feruida brumas
soluit, ut exutus glacie iam mollior amnis
Caucasea de cote fluat Rodopeius Hebrus,

414 cf. Marc. 5, 1—13 (Luc. 8, 26—33; Matth. 8, 30—32)

Def. O 409 auctor *B* 410 ut *om. Pa.c.* adhaesit *Aa.c.* 412 cillenius *N* cyllinius *B* chyllenius *V* 413 notus *M* 414 gerasinos *A* geransenos *B* gen*asenos *Na.c.* gerassenos *VPS,NUp.c.* porcus *B* *porcos *N* 415 pos *B* 416 crunnitibus *B* grunitibus *E,Sp.c.* grinitibus *Sa.c.* sedit *B* 417 ab] ob *B* ihū *ACB,Va.c.m2Up.r.* ihm̄ *PME,N* (m *in ras.*) *SUa.c.* ihūm *D,Vp.c.m2* HCOY *Sp.c.* 418 dauit *Na.c.* 419 quis sis *Dp.c.m2S* (s *in* quis *in ras.*) qui*sis *P* uenias (s *in ras.m2*) *D* 425 roseus *DPEMSU,Vp.c.* quem *PEMSU,DVp.c.* nouos *Aa.c.* 426 scytic. *BM* scitic. *S* scithic. *N* schytic. *VE* ruinas *Aa.c.* *u. 427 om., postea inter lin. add. A* euuangelica *V,Na.c.* hircanas *B* 428 soluitutus *B* molior *B* 429 caucaseadcote *B* caucaseadecute *Aa.c.* rhodop. *VEM* rhodoph. *B* *rodop. *U* hebros *Aa.c.* haebrus *M* hebrus (e *in ras.*) *U* hiberus *Pa.c.,Ep.c.* (*ex* hiborus)

430 mansueuere Getae feritasque cruenta Geloni
lacte mero sitiens exsanguia pocula miscet
libatura sacros Christi de sanguine potus,
nouit et Atlantis pridem plaga perfida Mauri
dedere crinitos ad Christi altaria reges.
435 ex quo mortalem praestrinxit spiritus aluum,
spiritus ille deus, deus et se corpore matris
iuduit atque hominem de uirginitate creauit,
Delfica damnatis tacuerunt sortibus antra,
non tripodas cortina regit, non spumat anhelus
440 fata Sibyllinis fanaticus edita libris,
perdidit insanos mendax Dodona uapores,
mortua iam mutae lugent oracula Cumae
nec responsa refert Libycis in Syrtibus Hammon.
ipsa suis Christum Capitolia Romula maerent
445 principibus lucere deum distructaque templa
imperio cecidisse ducum, iam purpura supplex
sternitur Aeneadae rectoris ad atria Christi
uexillumque crucis summus dominator adorat.
principibus tamen e cunctis non defuit unus
450 me puero, ut memini, ductor fortissimus armis,
conditor et legum, celeberrimus ore manuque,
consultor patriae, sed non consultor habendae
relligionis, amans ter centum milia diuum;
perfidus ille deo, quamuis non perfidus orbi,
455 augustum caput ante pedes curuare Mineruae,

Def. O 430 mansuere gaetae (a *pr. eras.*) *M* mansueuer*ege*tae *N* 431 exanguia *M* 433 noui *B* nouit (t *in ras. m2*) *N* athlantis *CPEMSU, D* (athla *in ras.*) *N* (t et ath *in ras. m2*) plagam *B* feruida *in ras. m2 N* 435 praestrinxi*t *N* perstrinxit *CDPE* 436 ille dei *EMSU,Dmg.* 437 adque *A,Na c.m2* 439 contripodas (u *s.* o *pr.*) *E* nontripidas *D* regit* (t *in ras.*) *D* tegit *Dressel ex cod. Vat. 3860 saec. X* 440 sybill. *PEMU* sibill. *S* syll. *B* 442 mutuae *ASa.c.* 443 libicis *VNPES* lybicis *BMU,Aa.c.* sirtibus *VM* sirti*bus *N* hamnem *Np.c.m2* ammon *CDPM* 444 merent *VS,Ba.c.N* (m *in ras.*) 445 distructaquae *Na.r.* destructaque *PMSU,Np.c.m2* 453 relig. *AVNMS* relleg. *D* 454 urbi *PESU,Vp.c.Ma.c.m2* 455 autum *Ba.c.* meneruae *E*

fictilis et soleas Iunonis lambere, plantis
Herculis aduolui, genua incerare Dianae,
quin et Apollineo frontem submittere gypso
aut Pollucis equum suffire ardentibus extis.
460 forte litans Hecaten placabat sanguine multo,
pontificum festis ferienda securibus illic
agmina uaccarum steterant uitulasque reuincta
fronte coronatas umbrabat torta cupressus,
iamque insertato reserarat uiscera cultro
465 uittatus de more senex manibusque cruentis
tractabat trepidas letali frigore fibras
postremosque animae pulsus in corde tepenti
callidus interpres numeris et fine notabat,
cum subito exclamat media inter sacra sacerdos
470 pallidus: 'en, quid ago? maius, rex optime, maius
numen nescio quod nostris interuenit aris,
quam sufferre queant spumantia cymbia lacte,
caesarum sanguis pecudum, uerbena, coronae.
accitas uideo longe dispergier umbras,
475 territa Persefone uertit uestigia retro
extinctis facibus tracto fugitiua flagello,
nil agit arcanum murmur, nil Thessala prosunt
carmina, turbatos reuocat nulla hostia manes.
nonne uides, ut turibulis frigentibus ignis
480 marceat et canis pigrescat pruna fauillis?
ecce Palatinus pateram retinere minister
non ualet, elisa destillant balsama dextra,

Def. O 456 iuionis *Ba.c.* lambare *A* iamuere *B* 457 hirculis *A* incuruare *CD* (*mg.* l incerare) *PEMSU* incaerare *V* incerare (*mg.* incuruare) *N* 458 appolineo *N* fontem *B* 460 hecaten (t *ex corr.*) *E* hechaten *S,Up.c.* 462 baccarum *Ma.c.* uacarum *NESa.c.* reuincta* *U* reuicta *B* 464 *om. V, add. mg.* reserabat *U* 465 senes *M* 466 loetali *ES,Np.c.* laetali *VM* 468 interpraes *Ba.c.* 472 perferre *B* cimbia *VN* 473 caesarium *Ba.c.* pecude* (um *s.* e) *P* 475 persif. *ABVP,Cp.r.* (er *in ras.*) *Da.c.* *e*sif. *N* chesif. (chesi *in ras.*) *S* thesif. *U* thisif. *CDp.c.* (th *s.* er) tissif. (tis *et* fo *in ras.*, ph *s.* f *m2*) *M* 476 fracto *CD* (*mg.* tracto) *P,Ep.c.* 477 archanum *U* the*sala *U* thesala *Sa.c.* tessala *E* 479 turibilis *Pa.c.* tu*ribulis *NM* 482 distillant *E*

flamen et ipse suas miratur uertice laurus
cedere et incertum frustratur uictima ferrum.
485 nescio qui certe subrepsit christicolarum
hic iuuenum — genus hoc hominum tremit infula et omne
puluinar diuum — lotus procul absit et unctus,
pulchra reformatis redeat Proserpina sacris!'
dixit et exsanguis conlabitur ac, uelut ipsum
490 cerneret exerto minitantem fulmine Christum,
ipse quoque exanimis posito diademate princeps
pallet et adstantes circumspicit, ecquis alumnus
chrismatis inscripto signaret tempora ligno,
qui Zoroastreos turbasset fronte susurros.
495 armiger e cuneo puerorum flauicomantum,
purpurei custos lateris, deprenditur unus
nec negat et gemino gemmata hastilia ferro
proicit ac signum Christi se ferre fatetur.
prosiluit pauidus deiecto antestite princeps
500 marmoreum fugiens nullo comitante sacellum,
dum tremefacta cohors dominique oblita supinas
erigit ad caelum facies atque inuocat Hisum.
iamne piget facti, iam paenitet? en tibi Christum,
infelix Iudaea, deum, qui sabbata soluens
505 terrea mortales aeterna in sabbata sumpsit,
gentibus emicuit, praefulsit regibus, orbem

Def. O 483 mirat *A* lauros *Np.c.* 484 frustra *B* 485 qui *ACP* quis *cet.* surrepsit *Np.c.m2Up.c.* crhisticolarum *A* 486 hoc iuuenum *CDP,Ep.c.* hoc *om. M* 487 *om. B, s. m2* 488 pulcrha *A* pulcra *BM* 492 asstantes *SU* circuminspicit *Aa.c.* etquis *BPE,Np.c,Sp.c.* (et *in ras.*) nequis *CDM,Up.c.* (ne *in ras.* 493 crhismatis *A* crismatis *E,Da.c.* inscribto *ABN* timpora *CD,Ep.c.* signo *EUp.c.* lichno (*mg.* ligno) *CD* 494 zoruastraeos *M* (t *s.* z, o *s.* u *m2*) *Sa.c.* (o *s.* u) 495 armigero cuneo *E,Sa.c.* flammicomantum *P* 496 deprehenditur *PEMS* 497 hostilia *A,Ea.c.* astilia *MS* hastilia *in ras,* (*praeter* h) *C* bifolia *CDmg.* 499 antestite *ACDPE* anti*stite *S* antiste *Na.c.* antistite *cet.* 501 tum *PEU,Sp.c.* dominiquae *B* 502 adque *A,Na.c.m2* ihum *Ma.c.* (ihm *p.c.*) iesum (ies *in ras.*) *N* ihm *cet.* 503 penitentibi *B* penitentibus *Pa.c.* 505 sumsit *M* 506 urbem *PE,MSa.c.CDmg.*

possidet, imperii dominam sibi cedere Romam
conpulit et simulacra deum Tarpeia subegit!
disce tuis, miseranda, malis, quo uindice tandem
uana superstitio lex et carnaliter acta
plectatur, cuius uirtus te proterat ultrix:
distructone iacent Solomonia saxa metallo
aedificata manu? iacet illud nobile templum.
cur iacet? artificis quia dextra solubilis illud
caementum struxit resolubile, iure solutum est
et iacet, in nihilum quoniam redit omne politum.
quod fieri recipit, recipit quandoque perire.
si nostrum contra, quod sit, uis discere templum,
est illud, quod nemo opifex fabriliter aptans
conposuit, quod nulla abies pinusue dolata
texuit, exciso quod numquam marmore creuit,
cuius onus nullis fultum sublime columnis
fornice curuato tenui super arte pependit,
sed uerbo factum domini, non uoce sonora,
sed uerbo, quod semper erat: uerbum caro factum est.
hoc templum aeternum est, hoc finem non habet, hoc tu
expugnare uolens flagris, cruce, felle petisti.
distructum iacuit poenis uexantibus, esto
— matris enim ex utero, quod distrueretur, habebat —;
sed quod morte breui materna ex parte solutum est,
maiestate patris uiuum lux tertia reddit.

513 cf. Act. 7. 48. 17. 24 518 cf. Hebr. 8. 2 525 cf. Ioh. 1. 14
528 cf. Marc. 14. 58

Def. O 507 credere *CD* (*mg.* l cedere) *EMU* 508 turpei*a (a *s.* u *m2*, i *in ras.*) *S* terpeia *M* 510 supestitio *A* superstitio (rs *p.c.*) *M* 511 te] et *PEM,Sa.c.m2* protegat *Pa.c.* proterit *Aa.c.* 512 distruct. *ACD* destruct. *cet.* solom. *ABVN* salom. *cet.* 514 iacent *Aa.c.* 517 recipit *alt. om. B* 518 quid *U* (i *in ras.*) si*uis *V* 521 mormore *P* 523 arce *ES,U* (*s.* l arte), *PMa.c.m2* 524 non] nam *Aa.c.* 527 petistis *B* 528 distr. *A,VNa.c.CDmg.*, destr. *cet.* est *M* 529 matremsenim *B* distr. *ACDB,VNa.c.*, destr. *cet.* 530 maternae *B* (ae *ex* e) 531 diuum *Aa.c.*

uidisti angelicis comitatum coetibus alte
ire meum, cuius seruor munimine, templum.
illius aeternae suspendunt culmina portae
535 ac per inaccessas scalarum gloria turres
tollitur et gradibus lucet uia candida summis.
at tua congestae tumulant holocausta ruinae;
quid mereare, Titus docuit, docuere rapinis
Pompeianae acies, quibus exstirpata per omnes
540 terrarum pelagique plagas tua membra feruntur:
exiliis uagus huc illuc fluitantibus errat
Iudaeus, postquam patria de sede reuulsus
supplicium pro caede luit Christique negati
sanguine respersus commissa piacula soluit.
545 en quo priscorum uirtus defluxit auorum!
seruit ab antiquis dilapsa fidelibus heres
nobilitas, sed iam non nobilis, illa recentem
susceptat captiua fidem — uis tanta nouellae
credulitatis inest — Christum confessa triumfat
550 gens infida prius, Christi sed uicta negatrix
subditur imperio dominos sortita fideles.
Sunt, qui Iudaico cognatum dogma furori
instituunt media Christum ratione secuti,

532 cf. Act. 1, 10

Def. O 535 ac***per *N* acceper *B* inaccessa *B* 536 candidas *B* summus *B* 537 ad *ADE,Na.c.m2* congesta*et tumulant *M* 539 acias *Ba.c.* extirpata *VM,Aa.c.* 540 placas *B* menbra *V* 542 patriae *S* desereuulsus *B,Na.c.m2* 543 procede *BE,Aa.c.* 545 en] ex *Ep.c.m2* 546 dilabsa *A,Na.c.* delabsa *B* lapsa *Sa.c.m2* haeres *PEOSU* 548 susceptat *A,PE* (*mg.* suspectat) *CDmg.m2* suspecta *N* susspectat *S* susp. *cet.* 549 triumfat *cum A,Na.c.m2* 550 mens *P* seducta *M* 551 sumditur *B* fideles] priores *Aa.c.* *ante u. 552 inscr.*: contra homuncionitas *ACE,Np.c.Mp.r.DSmg.* contra homuntionitas *PU* contra homunglonitas *Ma.r.* contra homoucionitas *Na.c.*, *in D praeterea spatium inter 551 et 552 relictum man. paulo recentior expleuit:* contra homuntionitas, qui christum purum hominem estimabant qui grece antropomorfi uocantur; *in B deest inscriptio* (*add. m2 mg.* contra homundonitas) 552 iudaco *B* 553 secunti *Aa.c.*

hoc tantum, quod uerus homo est, at caelitus illum
555 adfirmant non esse deum: pietate fatentur,
maiestate negant, morum pro laude sacratum
concelebrant, adimunt naturae summa supernae.
omne opus egregium, per quod sollertia pollens
emicat, ingenii est aut roboris, illud acuto
560 corde uiget, duris excellet uiribus istud.
mortale est sed utrumque homini; nam cana senescunt
ingenia et ualidos consumunt saecla lacertos.
haec nos in domini uirtute et laude perenni
non sequimur; sequimur, nullo quod semine terrae
565 germinat, inmundum quod non de labe uirili
sumit principium; tener illum seminat ignis,
non caro nec sanguis patrius nec foeda uoluptas.
intactam thalami uirtus diuina puellam
sincero adflatu per uiscera casta maritat.
570 inconperta ortus nouitas iubet, ut deus esse
credatur Christus sic conditus: innuba uirgo
nubit spiritui uitium nec sentit amoris,
pubertas signata manet, grauis intus et extra
incolumis, florens de fertilitate pudica,
575 iam mater, sed uirgo tamen, maris inscia mater.
quid renuis, quid inane caput, non credule, quassas?
angelus hoc sancto fore nuntiat ore; placetne
credere et angelicis aurem reserare loquellis?
ipsa coruscantis monitum sacra uirgo ministri

567 cf. Ioh. 1, 13 575 cf. Luc. 1, 34 577 cf. Luc. 1, 31 sq.

Def. O 554 ad *A,NPSa.c.* 556 magestate *B* 559 ruboris *Aa.c.* 560 excellit *B* 561 homini* *N* 562 saeclas laccertos *B* secula lacertos *Na.c.m2* 563 hae *Pa.c.* uirtutet *B* perhenni *V* 564 nonsequimursemur *B* consequimur sequimur *CPa.c.* terra* *N* 567 nec] non *VN* 569 et flatu (et *in ras.*) *U* flatu *EM,Sa.c.* 571 siccreconditus *Na.c.* 572 spiritu *CD* 573 et *om. B* 574 incolomis *EMSU* florens (l *in ras.*) *B* 575 ma*ris *E* 576 *om. V add. mg.* 576 rennuis *M,ESa.c.* ina*ne *NM* nonincredule *B* 577 fore nuntiat] pronunt. *PEM,S* (*s.* al. prae) praenunt. *N* praenunc. *V* 578 loquelis *DVU,Np.r.* 579 monitu* *NS* montium *Ba.c.*

580 credidit atque ideo concepit credula Christum;
credentes nam Christus adit, dubitabile pectus
sub titubante fide refugo contemnit honore.
uirginitas et prompta fides Christum bibit aluo
cordis et intactis condit paritura latebris.
585 crede, quod emissus solio patris angelus infit,
uel, si concretus liquidam de sidere uocem
non capit auditus, mulier quid coniuge praegnans
clamet anus, credens et tandem sobrius audi!
mira fides! utero puer interceptus anili
590 uirgineum dominum materno ex ore salutat
primus et infantem non natus nuntiat infans
iam nostrum uagire sibi, nam pusio nondum
norat et ora deo reserabat garrula Christo.
promite secretos fatus, date, pandite librum,
595 euomuit spirante deo quem sanctus Eseias:
percensere libet calamique reuoluere sulcos,
sidereis quos illa notis manus aurea duxit.
ite hinc, dum rutilos apices submissus adoro,
dum lacrimans ueneror dumque oscula dulcia figo;
600 gaudia concipiunt lacrimas, dant gaudia fletum.
aduenit promissa dies, quam dixerat iste
adfore uersiculus, cum uirgo puerpera teste
haud dubie sponso, pacti cui cura pudoris,
edidit Emmanuelque meum me cernere fecit.
605 estne deus iam noster? homo uersatur et adstat

587 cf. Luc. 1, 44 sq. 601 cf. Esai. 7, 14. Matth. 1, 22

Def. O 581 christi *B* 582 contempnit *VEU* 583 propta *B* 585 crederet *Sa.r.* crede* *M* credo *Va.c.* 587 praegnas *Ba.c.* prignas *Sa.c.* 588 clamen *B* subrius *Aa.c.Sp.c.* 589 pueri *B* interceptu *B* 593 resera *B* christi *E* 594 primite *B* fatos *A,PESa.cMp.c.* fastus *Dp.c.m2VNPp.c.* fastos *U* 595 esaias *CDPEM,Vp.c.* *esaias *S* isaias *U,Nm2* (*om. m1*) 597 siderei* *N* noti*s *N* du**xit *V* 598 rotilos *Va.c.* summissus *BVMU* summisus (s *s.* s *alt.*) *N* summiss(us *s.*) *S* 599 figo dulcia *B* 601 quem *Sa.c.* 602 *om., add. inter lin. A* 604 emmanuhelque *CP* emmanuhel que *DVS,NM* (quem eum) fecit (*s.* l refert) 605 uersatur] uer *B*

nobiscum nomenque probat uersumque uetustis
obscurum saeclis praesenti inluminat ore.
estne deus, cuius cunas ueneratus Eous
lancibus auratis regalia fercula supplex
610 uirginis ad gremium pannis puerilibus offert?
quis tam pinnatus rapidoque simillimus austro
nuntius Aurorae populos atque ultima Bactra
attigit inluxisse diem lactantibus horis,
qua tener innupto penderet ab ubere Christus?
615 'uidimus hunc', aiunt, 'puerum per sidera ferri
et super antiquos signorum ardescere tractus'.
diriguit trepidans Chaldaeo in uertice pernox
astrologus cessisse anguem, fugisse leonem,
contraxisse pedes lateris manco ordine cancrum,
620 cornibus infractis domitum mugire iuuencum,
sidus et hirquinum laceris marcescere uillis;
labitur hinc pulsus puer hydrius, inde sagittae,
palantes geminos fuga separat, inproba uirgo
prodit amatores tacitos in fornice mundi,
625 quique alii horrificis pendent in nubibus ignes
luciferum timuere nouum, rota lurida solis
haeret et excidium sentit iam iamque futurum
seque die medio uelandum tegmine glauco
splendoremque poli periturum nocte diurna

609 cf. Matth. 2, 11 615 cf. Matth. 2, 2 628 cf. Luc. 23, 44—45

Def. O 607 obscuris *CD* (*corr. mg.*) 608 eous (o *in ras.*) *N* eoos *Sa.c.* 610 offere *B* 611 iam *B* pinn. *AB,ESa.c.Na.c.m2* penn. *cet.* 612 adque *A,Na.c.* bactrha *A* bacthra *CDVNP* uactra *B* 613 luctantibus *Pp.c.m2* hooris *B* 614 innubto *A* itnubto *B* in nupto *N* pendere *B* 615 adiunt *Aa.c.* 617 chalmo *A* caldeo *VS* caldeos (h *s.* ca) *B* 618 altrologus *Aa.c.* 619 laceris *ACE,DPa.c.* 620 mugisse *Np.c.* 621 hirquinam *D* hircinum *PMp.c.* hyrcinum *U* marcescere (cer *in ras.*) *C* marcessere *PE* 622 puer] per *Ba.c.m2* 623 pallantes *CD* pallentes *PE* separant *B* 625 aliis *Aa.c.Na.r.* horrifices *B* 627 haret *Ba.c.* et *om. B,ESa.c.* exdium *B* sentit (*s* l sit *m2*) *D* 628 uelandum (*scil.* solem) *ACPU,Sp.c.* uelanelum (*s. m2* l dum) *D* uelandam *cet.* 629 perituro *E*

630 orbe repentinis caput obnubente tenebris.
hunc ego non cumulem myrraeque et turis et auri
muneribus? scio, quem uideam, quae dona rependam.
hunc ego non uenerer, qui caelo uisus humique
inuentus rex atque deus moderatur utrumque
635 naturae specimen tumuloque inferna refringens
regna resurgentes secum iubet ire sepultos?
caelum habitat, terris interuenit, abdita rumpit
tartara; uera fides: deus est, qui totus ubique est.
numquid uana uiros aut mens aut lingua fefellit?
640 numquid fortuitis frustrantia dona dederunt
casibus aut caeco uotum sub honore dicarunt?
quae porro causa aut ratio submittere colla
ante pedes Mariae puerique crepundia parui,
si tantum mortalis erat nec summa potestas
645 inplebat teneros diuinis flatibus artus?
sed iam tolle magos, tus, aurum, myrrea dona,
quae uerum docuere deum, praesepia, pannos,
matris adoratum gremium face sideris ardens:
ipsa deum uirtus factorum et mira loquantur.
650 insanos uideo subito mitescere uentos,
cum iubeat Christus, uideo luctantia magnis
aequora turbinibus tranquillo marmore tendi
imperio Christi, uideo, calcatus eundem
cum patitur gurges, tergum solidante liquore;

636 cf. Matth. 27, 52—53 650 cf. Matth. 8, 23—27

Def. O 631 mirraeque *N* (ae *ex* e) murraeque *M* thuris *U* 632 qui dona *Na.c.m2* *u. 634 deest in E (add. inter lin.), S (add. in fronte folii m2), M* adque *AB,Na.c.m2* 635 natura* *Na.c.m2* *u. 637 om. N, add. mg.* 638 tardara *V* tutus *EMa.c.* 639 uires *Na.c.* uoros *B* 640 *deest in S, add. in fine folii m2* fortuitus *S* frustantia *P* dono *Va.c.* 642 summittere *B* 646 thus *PS* mirrea *N* murraea *M* 647 uere *CD,Pa.c.* 649 facturum uirtus *E, Pa.c.* uirtus factorum (o *ex* u *m2*) *M* factorum uirtus *Sa.c.* mirara *B* 650 ipsanos *V* 651 connubeat *Va.c.* 652 murmore *Sp.c.* 654 gum *Aa.c.* (ter *s.*) loquore *D*

655 ipse super fluidas plantis nitentibus undas
ambulat ac presso firmat uestigia fluctu,
increpat ipse notos et flatibus otia mandat.
quis iubeat saeuis aquilonibus: 'ite, silete
carceribus uestris amploque facessite ponto!',
660 sit nisi caelipotens aquilonum conditor idem?
ninguidus agnoscit Boreas atque imbrifer Eurus
nimborum dominum tempestatumque potentem
excitamque hiemem uerrunt ridente sereno.
quis pelagi calcarit aquas, quis per uada glauca
665 gressibus inpressis spatiatus triuerit udum
non submersus iter sola pendulus et pede sicco,
aequoreae nisi factor aquae, qui spiritus olim
ore superfusus patrio uolitabat in undis
nondum discretis nec certo litore clausis?
670 sustinuit gressum domini famulus liquor ac se
mobilitate carens solidos substrinxit ad usus.
quid diuersa dei memorem facta inclyta Christi,
altius inspecta quae maiestate negator
haud dubitans hominem, tute ipse fatebere numen?
675 inleuit caecos oculos et lumina limo
reddidit umectam sacro sputamine terram
contrectans digitis: luteum medicamen operta
nox habuit, tenebras obducta uligo remouit,

655 cf. Ioh. 6, 19 667 cf. Gen. 1, 2 675 cf. Ioh. 9, 6 sq.

Def. O 655 fluuidas *Up.c.* plantis] pannis *Aa.c.* 656 ac] et *U* firmi ad *D* 657 nothos *CDVSU,Pp.c.* 659 amplique *D* amploque (l ambo *s.* amplo) *P* facessito *E* 660 caeli potens *DVN* 661 ignoscit *D* adque *Na.c.(m2?)* 662 deum *Va.c.* 664 calcaret *E* qui per *E* clauca *B* 665 impraessis *B* 666 sola (a *in ras.*, a *s. ras.*; per *s.* s) *P* sale *Sp.c.rec.man.* 667 aque *B* qui] cui *Ep.c.* 668 super fusus *CDVNM* undas (*mg. m2* l dis) *P* 669 discretus *P* (a *s.* u, *mg.* l tis) clausas *Pp.c.* (*mg.* l sis) 670 ac se] axe *Sa.c.m2Up.c.* (xe *in ras.*) 672 inclita *N* 673 qua *S* (a *in ras.*) *U* qua* (e *eras.*) *N* que *B* negatur *CDP,Ea.c.Vp.c.* negantur *Ep.c.* 674 tute (t *pr. in ras.*) *N* 676 reddit *B* humectam *DVMSU* 677 contrectas *Ba.c.* opertat *M* 678 habuit] huit *Ba.c.m2* habi*it *N* u*ligo *P* oligo *N*

insuper ostendit, quonam caligo lauacro
680 expurganda foret. uariis Siloa refundit
momentis latices nec fluctum semper anhelat,
sed uice distincta largos lacus accipit haustus.
agmina languentum sitiunt spem fontis auari
membrorum maculas puro abluitura natatu.
685 certatim interea roranti pumice raucas
exspectant scatebras et sicco margine pendent;
hoc limum iubet inpositum de fonte lauari
Christus et infusa multum splendescere luce.
norat enim limo sese informasse figuram
690 ante tenebrosam, proprii medicamen et oris
adiecisse nouo, quem primum finxerat, Adae.
nam sine diuino domini perflamine summi
arida terra fuit nulli prius apta medellae,
sed postquam liquidus caelesti spiritus ore
695 uirgineam respersit humum, medicabilis illa est,
inde trahit sucum lentoque umore salutem
inlinit infunditque diem baptismate lota.
caecus adest oculis iam Christi ex ore retectis
seque luto et nitidis lucem sumpsisse fluentis
700 clamat et auctorem stupefacta per oppida monstrat,
auctorem lucis largitoremque dierum,
non dedignatum medicae purgamen aquai
corpore sub proprio monstrare errantibus aegris.

680 cf. Ioh. 5, 2—3. 7

Def. O 679 quoniam *EM,Vp.c.m2* quo *Sa.c.* 680 uaris *B* syloa *SU* 681 laticens *B* hanelat *B* 682 latus *APa.c.* locus *Vp.c.* la*cus *D* lacos *Na.c.m2* accepit *Na.c.m2* austus *Ba.c.* 684 ablitura *Aa.c.* ablutura *CDN,Ap.c.* ablatura *Va.c.m2* 686 expectant *BVNMU* latebras *Va.c.* 690 medicamin* (e *s.* i *alt.*) et oris (*in ras.*) *P* medicaminetoris *B,Ea.c.* 691 quam *D* 692 nam] non *Da.c.* per flammine *V* 693 aptata *V* medaelae *D* medelae *Np.r.* 694 liquidos *A,Pa.c.* 696 humore *DVMS,Np.c.m2* 697 lotam *N* 698 reiectis *Va.c.* re*tectis *N* 699 fluentis (l *in ras.*) *D* 700 stupefacta . . . . auctorem *om. B* 702 **medicae *V* purgam*aqua* (*lin. s.* m, i *in alt. ras.*) *P* purgamen in aquae *E* (a *s.* e *ult.*), *Ma.c.m2* purgamen (men *in ras.*) in aquę* (ai* *s. ras.*) *S*

milibus ex multis paucissima quaeque retexam,
705 summatim relegam, totus quae non capit orbis.
quinque in deserto panes iubet et duo pisces
adponi in pastum populis, qui forte magistrum
non reuocante fame stipabant undique saeptum
inmemoresque cibi uicos, castella, macellum,
710 oppida, mercatus et conciliabula et urbes
respuerant largo contenti dogmate uesci.
multa uirum strato feruent conuiuia faeno,
centenos simul accubitus iniere sodales
seque per innumeras infundunt agmina mensas
715 pisciculis — iam crede deum — saturanda duobus
et paucis crescente cibo per fragmina crustis.
ambesis dapibus cumulatim aggesta redundant
fercula, bis senos micarum molibus inplent
post cenam cofinos; crudus conuiua resudat
720 congeriem uentris, gemit et sub fasce minister.
quis cumulare potest epulas in grandia paruas?
quis, nisi qui corpus pastumque et corporis omnem
condens ex nihilo nulla existente creauit
mundum materia? non sicut sculptor ab aeris
725 rudere decoctam consuescit uiuere massam,
sed deus omnipotens orbem sine semine finxit.
nil erat omne, quod est; nil id procedere et esse
atque nouum fieri mox et grandescere iussum est.
paruum de nihilo primum fuit, addita paruo

705 cf. Ioh. 21. 25 706 cf. Marc. 6, 38 sq.

Def. O 704 millibus *B* 705 relegens (ens *in ras.*) *U* totusque *DS*, *Ba.c.Na.c.m2* 707 pastu *M* maiestrum *D* 708 refocante *CD* 709 immemores *D,Ap.c.* 710 mercatos *Vp.c.m2Pp.c.* 711 docmate *A* 712 uiros *M* (uiru *a.c.*) foena *VU* 713 inire *APEa.c.* in*iere *C* ingere *B* 715 iam] ia *Aa.c.* credo *Np.c.m2* deo *Np.c.m2Ep.c.* 718 implent *D* (e *in ras.*) *BVM* 719 caenam *BV* cophinos *BEMSU* 721 aepulas *E,Aa.c.Np.c.m2* 722 qui *om. B,S* (*add. s.*) 724 sculptor *AP* ab *in ras. N* 725 audere (*mg.* rudere) *D* uiuere] fingere *U in ras.* 727 nihil erat *B* omnem *B* 728 grandescere *N* (e *pr. in ras.*) grandis cere *E* 729 paruo de *B*

730 incrementa modis auxerunt omnia plenis.
ergo ego, cum uideam manibus sic crescere Christi
parua alimenta hominum, possum dubitare per ipsum
exiguas rerum species elementaque mundi
ex nihilo primum modica et mox grandia sensim
735 creuisse, ex modicis quae consummata uidemus?
ac, ne post hominum pastus calcata perirent
neue relicta lupis aut uulpibus exiguisue
muribus in praedam nullo custode iacerent,
bis sex adpositi, cumulatim qui bona Christi
740 seruarent grauidis procul ostentata canistris.
sed quid ego haec autem titubanti uoce retexo
indignus, qui sancta canam? procede sepulcro,
Lazare, dic, cuius uocem tellure sub ima
audieris, quae uis penetrauerit abdita leti,
745 quod, cum te Christus penitus nigrante profundo
inmersum uocat, ut redeas, ceu proximus audis
nec remoratus ades! quae tam uicina Carybdis
regna tenebrarum tenui distantia fine
coniungit superis, ubi Taenara tristia uasto
750 in praeceps deiecta chao latebrosus et ille
amnis inexpletis uoluens incendia ripis?
ante fores tumuli, quas saxa inmania duro
obice damnarant scopulis substructa cauatis,
stat dominus nomenque ciet frigentis amici
755 nec mora, funereus reuolutis rupibus horror
euomit exequias gradiente cadauere uiuas.
soluite iam laetae redolentia uincla, sorores!
solus odor sparsi spiramen aromatis efflat,

743 cf. Ioh. 11, 43 sq.

Def. O 732 alementa *A* 733 elimenta que *ES,NPa.c.* alimentaque *Va.c.* 734 sensi *Pp.c.* sensum *D,Sa.c.* sensit *E,Pa.c.* 741 titubante *PSa.c.* 742 sepulchro *DVU* 744 loeti *ES,NPp.c.* loeto *Pa.c.* loti *CD* laeti V lenti *Na.c.* 745 eum *B* paenitus *Aa.c.* 747 caryb. *EMU,ABa.c.* carib. *S* charib. *P* ch*aryb. *N* charyb. *cet.* 749 tenara *Np.r.* thenara *V* trenara *SU,Na.r.Pp.c.m2* tenera *E,Pa.c.m2* 753 dampnarant *VP* damnarunt *SU* subtracta *E* substrata *Cmg.* 755 ne *A* 756 exsequias *ES*

nec de corporeo nidorem sordida tabo
760 aura refert, oculos sanie stillante solutos
pristinus in speculum decor excitat et putrefactas
tincta rubore genas paulatim purpura uestit.
quis potuit fluidis animam suffundere membris?
nimirum qui membra dedit, qui fictilis uluae
765 perflauit uenam madidam, cui tabida glaeba
traxit sanguineos infecto umore colores.
o mors auritis iam mitis legibus, o mors
surda prius, iam docta sequi, quodcumque iubetur,
cui tantum de te licuit? conuicta fatere
770 esse deum, solus qui me tibi praeripit, Hisum,
abde negatores Christi, nemo inuidet, abde,
utere sorte tua blasfemis nocte tenendis
perpetua! plebem iustorum capta resolue,
qui norunt hominem atque deum sic dicere Christum,
775 ut uerus summusque deus mortalia gestet.
ipse gerit, quod struxit, opus nec ferre pudescit
factor, quod peperit. corpus loquor atque animae uim;
finxerat hoc digitis, animam sufflauerat ore.
totum hominem deus adsumit, quia totus ab ipso est,
780 et totum redimit, quem sumpserat, omne reducens,
quidquid homo est, istud tumulis, ast illud abysso.

780 cf. Col. 1, 22. Rom. 8, 11

Def. O 759 corpore hoc *Np.c.m2* 763 fluuidis *N,Ua.c.* fluidus *Da.c.* subfundere *ES,Na.c.m2* suffendere *B* 764 uluag *B* *uluae *E* 765 m*didam (a *s. ras.*) *N* tabida* *E* glaeba *AD* glaeb*a *N* gleba* *E* gleba *cet.* 766 humore *DVMSU* 768 quaecumque *U* quae cuncta *S* 769 de *in ras. N* 770 solum *Np.c.m2Sp.c.Ua.c.m2* ihsum *N* ihm *cet.* 771 abnegatores *Va.c.Na.c.m2* 772 utero *B* blasfem*s *N* blasphemis *VPEMSU,Np.c.m2* 773 perpetuam *MSU,Ea.c.* pleue *B* resoluet *Ba.c.* 744 adque *A,Na.c.m2* 775 *om. N,V* (*add. mg.*) gestit *D* 776 erit *E,Sa.c.* 777 adque *AB,Na.c.m2* anima* (e *s.* a *alt.*) *N* anima (*mg.* anime) *S* 778 fiexerat *E,Pa.c.* assummit *V* quia (*mg.* t qui) *D* 780 sumserat *Ba.c.m2* 781 quicquid *DVMS,Np.c.* adst *Aa.c.* *inter 781 et 782 add.* de natura animae *ACVNPEMSU,Dm2, om. B* (*add. mg. m2*), *spatium rel. D* (*suppl. m2*)

Occurrit dubitans hic dissertator et illud
obicit, anne fides capit, ut substantia flante
inspirata deo cruciatum sentiat, utque
785 inferni petat ima poli baratroque coquatur.
crede animam non esse deum, sed crede creatis
maiorem cunctis, ipsam quoque crede creatam.
formata est namque ore dei, quae non erat ante,
sed formata habitu pulcherrima pictaque rebus
790 diuinis et plena deo similisque creanti,
non tamen ipsa deus, quoniam generatio non est,
sed factura dei est; solus de corde parentis
filius emicuit, uerus, uerus deus ille.
conlatum est animae, subito ut, quae non erat, esset,
795 ille coaeternus patris est et semper in ipso,
nec factus sed natus habet quodcumque paternum est,
haec similis uelut umbra dei est. sic ipse locutus
factor utroque hominem meditans de figmine iunctim
aedificare sui similem, sed non habet umbra,
800 quod corpus solidum, cuius imitatio in umbra est,
atque aliud uerum est, aliud simulatio ueri.
est similis, saeclis quod non consumitur ullis,
quod sapiens iustique capax reginaque rerum
imperat, ante uidet, perpendit, praecauet, infit
805 uerborum morumque opifex instructaque mille
artibus et caelum sensu percurrere docta.
his animam similem sibi conditor effigiauit,

795 cf. Ioh. 1, 1 sq. 797 cf. Gen. 1, 26 804 sq. cf. Sap. 7, 22 sq.

Def. O 782 dissertator (e *s.* is, r *ult. in ras.*) *M* dissertatore *Sa.c.* dis*ertator *N* 783 ante *Ba.c.* 784 atque *U,Mp.c.* (a *in ras.*) atquae *S* (utquae *a.c.*) 785 baratrhoque *A* barathroque *CDBNPS* 786 *pr.* credo *Sp.c.Ua.c.* 788 naque *Aa.c.* 789 abitu *E,Na.c.* 791 ipse *Dressel* 792 est *del. D* 793 uerus uerus deus ille sed istud *CD, Va.c.* uerus deus ille sed istud *PEMSU,Vp.c.* 794 esse *B* 795 patri *SU* in ipso est *U,Sp.c.* 798 iunctum *CDPES,Va.c.Ma.c.m2Ua.c.* iungit *Mp.c.m2* 801 adque *AB,Na.c.m2* similatio *D* 802 saeculis *N* quod *s.* quia *S* quia *U* non**consumitur *N* ulis *B* 803 quo *P* (*s.* l quod) *Ea.c.* 804 praecauit *B*

cetera dissimilem, quippe hanc conprendere promptum est,
quam modus et species determinat, at deus ingens
810 atque superfusus trans omnia nil habet in se
extremum, ut claudi ualeat sensuue teneri.
inconprensa manet uirtus, cui linea defit
ultima, quam spatium non mensurabile tendit.
ergo animam factam magno et factore minorem
815 maioremque aliis atque omnibus imperitantem
corruptela putris nascentem turbida carnis
concipit ac membris tabentibus interfusam
participat de faece sua, fit mixta deinde
peccandi natura luto cum simplice flatu.
820 sed fortasse animam, domini quia fluxit ab ore,
conpositam factamque neges, uelut ipsa dei pars,
quod dictu scelus est, taetras trahat oblita culpas
et pessum damnata ruens chaos intret opertum.
sit res illa dei, non abnuo, pars tamen illa
825 haudquaquam dicenda dei est, quae tempore coepit.
nec prior aut senior quam primum plasma putanda est;
tunc etenim factam uideo, cum cordis amici
intrauit germana domum limique recentis
hospita et ipsa recens fraterna sedit in aula.
830 illa quidem flatus domini est, sed spiritus et uis
non est plena dei tanto moderamine missa,
quanto flans uoluit flandi seruare tenorem.
est inpossibile spectare profunda Sabaoth,
sed speculum deitatis homo est, in corpore discas
835 rem non corpoream sollers interprete Christo,

810 cf. Sap. 1, 7 833 cf. Sap. 9, 13 834 cf. Sap. 7, 26

Def. O 808 conpraehendere *N* comprehende *B* compraehendere *M* comprehendere *V,S* (eh *suppunct.*) promtum *A* sumptum *E,Pa.c.* 809 at] ad *A,NESa.c.* ac *Np.c.* 810 adque *A,Na.c.m2* 812 desit *Pa.c. Ep.c.* 813 tendi *B* 815 adque *A,Na.c.* 818 fece *BVS* 820 forte *M,Sa.c.* 822 dictum *M* tetras *DBVMU* 823 chaus *V* 825 haudquamquam *M* hautquaquam *U* cepit *D,Na.c.* 829 ipse *CD,Aa.c.* ipsa* *E* 832 quantum *M,Vp.c.Sa.c.* 833 profundat *B a.c* sabahot (h *exp.*) *S* 834 distans *B* 835 sollors *B*

qui patrem proprium mortali in corpore monstrat.
perspice, quam uarios fundamus ab ore uapores,
spiramus quotiens animae sufflabilis auras:
nunc flatum tepidum calor exhalatus anhelat
840 rorantes nebulas udis de faucibus efflans;
cum libet, in gelidum flabrali frigore uentum
spiritus existit tenuis et sibilat aër.
adde et distinctum quem musica tibia flatum
concipit: aut ille est presso modulamine parcus
845 aut tumidum largo sublimat flamine bomum
aut raucos frangit modulos aut lene susurrat
aut exile trahens sonitus producit acutos
aut murmur tenerum sublidit uoce minuta.
haec cum te uideas mortali in corpore posse,
850 cur non aeternum potuisse infundere credas,
qualem animam uoluit? praescriptis quam quia condens
efflauit fuditque modis, sit facta necesse est.
denique multa sapit, sed non sapit omnia nostrae
uis animae certum sapere ac praenoscere iussa.
855 iam cui certus inest modus et cui nosse negatum est
omnia, factura est; nam condita et aucta probatur.
collige de simili, sitne haec factura; creauit
nempe manus domini corpus mortale lutumque
conposuit digitis. numquid manus articulatim
860 est digesta dei? numquid uola? numquid et ungues
claudere flexibiles patulam seu tendere palmam?
ista figura manus nostrae est, quam non habet in se

836 cf. Ioh. 14, 9. 10 858 cf. Gen. 2, 7

Def. O,Ba 837 respice *BPEM,S* (*s. m2* al. per) 841 flabrali (l *pr. in ras.*) *V* *u. 848* 842 *aer *B* 843 quam *U,Sa.c.* 844 haut *B* praesso *BNM* moderamine *A,CDmg.* partus *M,C*(*mg.* parcus) *DPSa.c.* raucus *Aa.c.* 845 bomum *ACDB,Na.c.m3* bombum *cet. et CDmg.* 847 exhile *C* exi*le *N* so*nitos (u *s.* o *alt. m2*) *N* *post u. 847, qui medio fere folio 37 v exstat, pag. uacuam rel. N; u. 848 cet. fol. 38 exstant* *a u. 848 def. B* 850 potusse *Aa.c.* 851 praescribtis *A* 856 acta *Ca.c.D*(*mg.* l aucta) 857 de simili] dissimilis *C*(*mg.* l de simili) *E, Ua.c.Pmg.* dissimili* *D*(*mg.* l de simili) desimilis *Np.c.m2*

incircumscriptus dominus, sed tradita forma est,
humanis quae nota animis daret intellectum.
865 ut per corpoream speciem plasmasse feratur
corporis effigiem, sic est plasmata uicissim
flatu incorporeo res flabilis, oris et esse
fertur opus, tenuis per quod constructa refulsit
forma animae atque rudi factam se munere sensit.
870 si non est factura manus caro nostra, nec oris
est factura anima flatu et spiramine coepta
inque locum deducta aliquem; namque omne, quod hora
natalis profert, locus accipit et, locus ullus
quod cohibere potest, modicum est nec in omnia fusum
875 et, quod tam modicum est, ut certa sede locetur,
iam titubare potest et, quod titubauerit, intra
naturam uitii est, uitiosum denique tristem
reccidit in poenam; deus hoc, mihi credite, non est.
aut, si maiestas anima est, ostendite, quid sit
880 quod lapsam Christique inopem noua gratia inundat,
spiritus et sanctus baptismate iustificatam
nobilitat famulaeque decus, quod defuit, addit.
quod quia praestatur meritis meritisque negatur,
absurde fertur deus aut pars esse dei, quae
885 diuinum summumque bonum de fonte perenni
nunc bibit obsequio, nunc culpa aut crimine perdit
et modo supplicium recipit, modo libera calcat.
miraris peccare animam, quae carne coactam
sortita est habitare domum, cum peccet et ipse
890 angelus, hospitium qui nescit adire caducum
cratis tabifluae? peccat, quia factus et ipse est,
non genitus. quocumque modo sit factus, id unus

889 sq. cf. Hiob 4, 18. II Petr. 2, 4

Def. BO. 863 incircuminscribtus *A* (in *alt. del.*) 869 adque *A,Na.c.m2* 877 natura *D* uitii] uita (a *in ras.*) *N* 878 recidit *PE,CNp.c. MSa.c.* decidit *U,DSp.c.* deccidit *Da.c.* 879 animae *PEMSU* 880 labsam *AN* inudat *Ua.c.* nudat (a *ex* e) *S* mundat *V,Ca.c.* inundet *M* 881 spiritus sanctus (et *s.*) *N* iustificatum *V* 884 fetur *A* 891 gratis *DMU,ESp.c.Np.c.m2*

scit factor dominus, factum mihi credere sat sit.
solus labe caret peccati conditor orbis,
895 agenitus genitusque deus, pater et patre natus.
solus et exceptus tormentum admittere triste
inuiolatus agit nec quidquam sentit acerbi.
exsortem dic esse animam crucis atque doloris,
si culpae inmunem uacuamque a crimine nosti.
900 quae peccare ualet, ualet et succumbere poenae.
ipsa quidem sincera fuit, dum conditur olim,
quae conlata rudem fecit uiuescere limum,
utpote de liquido naturae semine primos
accipiens habitus superoque expressa sereno,
905 sed mox, ut grauido iussa est innectier aruo,
suauibus inlecebris nimium blandita refrixit
deque uolutabris pretiosum polluit ignem,
dum transgressa dei positum fas inproba calcat.
haec prima est natura animae. sic condita simplex
910 decidit in uitium per sordida foedera carnis,
exim tincta malo peccamine principis Adae
infecit genus omne hominum, quod pullulat inde,
et tenet ingenitas animarum infantia in ortu
primi hominis maculas, nec quisquam nascitur insons.
915 uitandus tamen error erit, ne traduce carnis
transfundi in subolem credatur fons animarum
sanguinis exemplo, cui texta propagine uena est.
non animas animae pariunt, sed lege latenti
fundit opus natura suum, quo paruula anhelent
920 uascula uitalisque adsit scintilla coactis.

894 cf. II Cor. 5, 21. I Ioh. 3, 5 912 cf. Rom. 5, 12

Def. BO 895 at genitor *Sp.c.* ingenitus *CDVNP,EUp.c.* ingenitos *U* (in *in ras.*, u *s.* o) 897 quicquam *DVM,Np.c.* acerui *M,Sa.c.Dmg.* 898 adque *A,Na.c.m2* 900 subcumbere *AV,Na.c.m2* *u. 902 om. sed add. inter lin. A* uiuiscere *S,NPp.c.Ma.c.* 909 hac *M,ESa.c.* (h *in ras.*) anima *Dressel* 911 exin *CDMSU,V* (ex intincta), *Pp.r.* exī (ī *in ras., ex* exin *ut uid.*) *N* ex *Ea.c.* mala (a *alt. in ras.*) *M* 912 inde] adae *Ma.c.* 914 nequisquam *ESa.c.* 915 erit] est (*in ras.*) *D* 916 sobolem *DEMSU* 919 quod (*s.* l quo) *U* quod *E,Pa.r.*

quae quamuis infusa nouum penetret noua semper
figmentum, uetus illa tamen de crimine auorum
dicitur, inluto quoniam concreta ueterno est.
inde secunda redit generatio et inde lauatur
925 naturae inluuies, iterumque renascimur intus
perfusi, ut ueterem splendens anima exuat Adam.
quae quia materiam peccati ex fomite carnis
consociata trahit nec non simul ipsa sodali
est incentiuum peccaminis, inplicat ambas
930 uindex poena reas peccantes mente sub una
peccandique cremat socias cruciatibus aequis.
his crucibus Christus nos liberat incorruptae
matris et innocui gestator corporis unus.
naturam poenae expositam, sed non uitiorum
935 naturam expositam contactibus, induit Hisus;
atque ideo poenae nil debuit intemeratus,
fraude carens, omni culparum aspergine liber.
quid Christi in membris peccati saeua satelles
poena ageret, quid mors hominis sine crimine posset?
940 nimirum cassis conatibus et sine neruis
• conciderent steriles peccati fomite nullo.
mors alitur culpa, culpam qui non habet, ipso
pastus defectu mortem consumit inanem.
sic mors in domini consumpta est corpore Christi,
945 sic periit, solitum dum non habet arida pastum.
suspice quapropter solum inculpabile numen,

926 cf. Eph. 4, 22—24 942 cf. Rom. 6, 22—23

Def. BO 923 ducitur *U,Np.c.* (u *in ras.*) inlutu *Pa.c.* in luto *CDEM Vp.c.* in loto *Va.c.* inloto *NS,APp.c.* illoto *U* 926 animam *M* anima* *PS* exuit (anima *s.*) *E* 930 peccante (s *s.* e *alt., sed delet.*) *E* 935 ihs *codd.* *in U u. 934—936 ita exstant scripti*: naturam *** expositam contactibus induit ihs atque ideo poenae nil debuit intemeratus, *sed mg. minoribus litt. add.* naturam poene expositam sed non uitiorum 936 adque *A,Na.c.m2* *post u. 937 add.* quid peccatorum prosapia corpore in illo *U et S, sed in S posteriore cura in fine paginae additum uidetur* (*m1*) 938 quic quid in *V* 939 homini *U,Sp.r.* 941 concideret *VNMSU* sterilis *VU,NSp.c.m2* sterelis *M,Sa.c.m2* 945 perit *MS* 946 suscipe *VU,NEa.c.CDmg.* susspice *S*

naturam patris et Christi, et iam desine nostrae
inuidiam conflare animae, quod sit deus aut quod
portio parua dei, cum Christo abscidere quidquam
950 et resecare deo partem uel carpere tantum
numen non liceat plenum sibi semper et in se.
Est operae pretium nebulosi dogmatis umbram
prodere, quam tenues atomi conpage minuta
instituunt, sed cassa cadit uentoque liquescit
955 adsimilis fluxu nec se sustentat inani.
aërium Manicheus ait sine corpore uero
peruolitasse deum, mendax fantasma cauamque
corporis effigiem, nil contrectabile habentem.
ac primum specta, an deceat quidquam simulatum
960 adsignare deo, cuius mera gloria falsi
nil recipit. membris hic se fallacibus aptans
fingeret esse hominem uentosa subdolus arte,
mentitus totiens cum diceret: 'inueteratis
do ueniam morbis simul et peccata remitto.
965 filius est hominis, pestem qui pellere carnis
et scelerum nexus laxare ac soluere possit.
surge ualens, surge innocuus, iam tolle grabattum!
filius hoc hominis iubeo.' dignusne uidetur,
qui testis sibi sit seque ac sua carnea norit?
970 quid, cum discipulos, hominis quid filius esset
passurus, fido iam praescius ore monebat,

963 cf. Matth. 9, 2 970 cf. Matth. 26, 2

Def. *BO* 947 naturam *ACD* uirtutem *cet.* 949 quicquam *DVM,Np.c.* *ante u. 952 inscribunt* aduersum (aduersus *M*) fantasmaticos (ph *M*) qui christum negant uerum (hominis *add. MSU et Cp.c.,Dm2*) corpus habuisse *A* (qui christum negant *uetustate et uitio membranae oblitterata; uerba quae in A legi non possunt, in adnotatione uncis inclusa notamus*) *CVNPE MSU,Dm2* 952 opere *DVNU,Aa.c.* operis *M* 953 athomi *P* (atomi . . minuta) *A* 954 (uento) *A* 955 at similis *M,PEa.c.* (inani) *A* 956 (uero) *A* 958 effigi(em) *A* contractabile *P* 959 ac] an *Aa.c.* 960 fals(i) *A* 961 (ap)tans *A* 962 fingerit *E,Pa.c.* 964 (simul et peccata) *A* 966 ac] et *S* (al. ac *s.* et) *U* 967 gabattum *Na.c.* (r *s.* g, t *pr. eras.*) grabatum *D* 970 quod filius *NPp.c.*

nonne fatebatur se cum uirtute paterna
esse hominem uerum? quod si non credo, fefellit.
si natura dei quae sit, Manichee, requiris,
975 omne, quod est, uerum est; nam si mendosus agit quid,
nec deus est: mendum diuinus non capit usus.
obicis aeterno domino, quod lubricus ad nos
uenerit adsimulans aliud, quam uerus habebat.
obmutesce, furor, linguam, canis inprobe, morde,
980 ipse tuam lacero consumens uerba palato!
latranti obsistit Mattheus rabiemque refellit,
qui notat omne genus carnalis stirpis ad usque
corporeum Christum per sex septena uirorum
nomina descendens et uenam sanguinis alti
985 ex atauis longo texens per stemmata filo.
septimus ebdomadi uenit superaddere sextae
hunc numerum Christus, placidum qui conficit annum
cuncta remittentem contractibus inlaqueata
multimodis hominemque hominis de morte leuantem.
990 inperfectus enim limus mortalis erat tunc,
uir solus perfectus adest atque integer Hisus,
cui nihil ex septem septenis defuit, ex quo
perficeret mortale genus uirtute perenni.
hic ille est, nobis qui septima sabbata conplet,
995 ut caro nostra deo tandem sociata quiescat,
quam bis terna malis uexabant sabbata noxis.
curramus notis gradibus regumque sequamur
progeniem: Christum inuenies de corde parentum

982 cf. Matth. 1, 1—17 986 cf. Leu. 25, 8 995 cf. Hebr. 4, 9

Def. BO 972 paterna (*mg.* l superna) *U* 974 manicheae *VP,AEa.c.* manichaee *Ap.c.* manichae *N* requires *A* 977 obiicis *Up.c.* obicit *S* 979 obmutisce *Ca.c.NPp.c.* 981 obsistet *M,SUa.c.* mattheus *A,Na.r.* mathaeus *V* matheus *cet.* refellet *Ua.c.* 984 (uenam) *A* 985 stemata *V* 986 ebdomadae *U* ebdomadi (l e *s.* i) *S* ebdomadi (i *in ras.*) *P* hebdomadi *N* 991 adque *A,Na.c.m2* ihūs *Na.c.* (*mg. m2* isus) ihs *Np.c. cet.* 994 nos (bi *s.* o; s *in ras.*) *N* *u. 995—996 om. N, sed imo mg. add.* 996 noxiis *N* 998 carne *CDVNPEMSU* (*mg. CDPE* l corde)

effluxisse hominum, qui sit de semine Dauid
1000 stirpe recenseta numerandus sanguinis heres.
quid, cum sanctiloquus reuoluto germine Lucas
sursum uersus agit seriem scandente nepotis
corpore perque atauos cursum relegente uetustos?
septenos decies conscendit Christus in ortus
1005 et duo — nam totidem doctores misit in orbem —
descensos nascendo gradus redeundo retexit
actus ad usque apicem terreni corporis Adam.
inde parens deitas recipit sua nostraque mixtim
fitque dei summi per Christum filius Adam.
1010 restat, ut aëriam fingas ab origine gentem,
aërios proceres: Leuui, Iudam, Symeonem,
aërium Dauid, magnorum corpora regum
aëria, atque ipsam fecundae uirginis aluum
aëre fallaci nebulisque et nube tumentem,
1015 uanescat sanguis perflabilis, ossa liquescant
mollia, neruorum pereat textura uolantum,
omne, quod est gestum, notus auferat inritus, aurae
dispergant tenues, sit fabula, quod sumus omnes!
et quid agit Christus, si me non suscipit, aut quem
1020 liberat infirmum, si dedignatur adire
carnis onus manuumque horret monumenta suarum?
indignumne putat luteum consciscere corpus,
qui non indignum quondam sibi credidit ipsum
pertrectare lutum, cum uas conponeret aruo

1001 cf. Luc. 3, 23 sq. 1009 cf. Luc. 3, 38 1024 cf. Gen. 2, 7

Def. *BO* 999 hominem *D,Vp.c.Ua.c* 1000 recensita *DM* recens*ita *C* recensieta *E* 1001 sanctilocus (c *alt. in ras.*) *P* sanctilogus *V,Ea.c.* sanctiliquus *Na.c.* 1003 cursu *MSU* 1004 ortu *Mp.r.* 1005 rectores *Aa.c.* 1010 pingas *M,Sa.c.* 1011 leuui *AV,NEa.c.* leuin *U,Sp.c.m2* leui *cet.* simeonem *VE* symeona *Sp.c.* (em *s.* a *m2*) 1013 aeream *CD* aeriam *PE,Aa.c.* adque *A,Na.c.m2* foecunde *V* foecundae *U* 1015 liquescant (esc *in ras. et* a *corr. ex* u) *N* liquiscant *A* 1017 nothus *DVU,Np.c.m2 Sp.c.* 1019 et] *l* aut *s. S* 1021 monimenta *U,DNp.r.* 1022 consciscere (*s. m2* assumere) *N* 1024 pertractare *VPEMSU,Np.c.*

1025 nondum uiscereo, sed inertis glutine limi
inpressoque putres sub pollice duceret artus?
tantus amor terrae, tanta est dilectio nostri:
dignatur praepinguis humi conprendere mollem
diuinis glaebam digitis nec sordida censet
1030 haerentis massae contagia. iusserat, ut lux
confieret; facta est, ut iusserat. omnia iussu
imperitante nouas traxerunt edita formas,
solus homo emeruit domini formabile dextra
os capere et fabro deitatis figmine nasci.
1035 quorsum igitur limo tanta indulgentia nostro
contigit, ut domini manibus tractatus honora
arte sacer fieret tactu iam nobilis ipso?
decrerat quoniam Christum deus incorrupto
admiscere solo, sanctis quod fingere uellet
1040 dignum habuit digitis et carum condere pignus.
destituit natura quidem distructa coactae
telluris formam mortique obnoxia cessit,
sed natura dei numquam soluenda caducam
tellurem nostro uitiatam primitus usu
1045 esse suam uoluit, ne iam uitiabilis esset.
Christus nostra caro est, mihi soluitur et mihi surgit;
soluor morte mea, Christi uirtute resurgo.
cum moritur Christus, cum flebiliter tumulatur,
me uideo; e tumulo cum iam remeabilis adstat,
1050 cerno deum. si membrorum fantasma meorum est,
et fantasma dei est, mendax in utroque necesse est
sit Christus, specie si Christus fallere nouit.

1030 cf. Gen. 1, 3 1046 sq. cf. Rom. 4, 24—25. I Cor. 15, 22

Def. BO 1025 inhertis *PE* 1026 inpresso* *V* duceret art(us) *A* ducere tortus *Na.c.m2* duret artus *Va.c.* 1028 conprehendere *P* molem *Up.r.* 1029 glebam *DVEMSU* 1030 masse *D,Aa.c.* 1031 cunfieret *Ep.c.* (u *s.* o) conficier* (et *s. ras.*; ci *del.*) *S* 1033 (homo) *A* 1034 flabro *VPEM,Dp.c. Sa.c.* 1041 (quidem) *A* destructa *PEMSU, Np.c.m2* coactat *Mp.c.m2* 1044 tellure *E* uiatiatam *Aa.c.* 1045 nec *V,PEa.c.* 1049 astat *Aa.c.* asstat *U* 1050 eorum *Na.c.* 1051 utraque *NMSU,Va.c.Pp.c.* 1052 species *CDE,Pa.c.*

si non uerus homo est, quem mors hominem probat ipsa,
nec uerus deus est, opéris quem gloria prodit
1055 esse deum. uel crede mori uel adesse refelle
et gemina uerum Christum ratione negato!
nam quid magnificum, si non est mortuus Hisus
et redit? illa dei uirtus memorabilis est, ut
occisus redeat superis surgatque sepultus.
1060 quisque deum Christum uult dicere, dicat eundem
esse hominem, ne maiestas sua fortia perdat.
nosco meum in Christo corpus consurgere: quid me
disperare iubes? ueniam, quibus ille reuenit,
calcata de morte uiis — quod credimus, hoc est —
1065 et totus ueniam; nec enim minor aut alius, quam
nunc sum, restituar: uultus, uigor et color idem,
qui modo uiuit, erit, nec me uel dente uel ungue
fraudatum reuomet patefacti fossa sepulcri.
qui iubet, ut redeam, non reddet debile quidquam;
1070 nam si debilitas redit, instauratio non est.
quod casus rapuit, quod morbus, quod dolor hausit,
quod truncauit edax senium populante ueterno,
omne reuertenti reparata in membra redibit.
debet enim mors uicta fidem, ne fraude sepulcri
1075 reddat curtum aliquid, quamuis iam curta uorarit
corpora; debilitas tamen et uiolentia morbi
uirtus mortis erat; reddet, quod particulatim
sorbuerat quocumque modo, ne mortuus omnis
non redeat, si quid pleno de corpore desit.
1080 pellite corde metum, mea membra, et credite uosmet
cum Christo reditura deo; nam uos gerit ille

1070 cf. I Cor. 15, 42—43

Def. BO 1057 ihs (*mg.* isus) *N* ihs *cet.* 1058 esto ut *Np.c.m2* 1060 discere *CDP* 1061 redat *C* *ante u. 1062*: de resurrectione carnis humanae *MSU,Dmg.m2*; *in mg. E*: de resurrectione 1063 desperare *VP,Np.c.m2Up.c.* 1064 uis *M* 1066 calor *V* 1068 sepulchri *CDV* 1069 redeat *U* 1074 sepulchri *CDVN* 1077 erit *E* reddit *PE* reddat *U,Sp.c.m2* 1080 a ocrde *Dp.c.* et *om. V* (*add. s.*), *N*

et secum reuocat. morbos ridete minaces,
inflictos casus contemnite, tàetra sepulcra
dispuite; exsurgens quo Christus prouocat, ite!

Def. *BO* 1083 sepulchra *DV* 1084 dispu*ite (e *s.* i *pr.*) *N* despicite *P*, *Dp.c.Ep.c.m2 S s. glossae loco* dispicite *C*(*mg.* dispuite), *Da.c.* despuite *MSU* *post u. 1084 add. in A manus quae Pe 5, 143—144 exarauit*: superna regna monstrando nos illuc cupit adire; *idem additamentum m1 scriptum in D inuenitur*; *de subscriptionibus codd. cf. ad Ham. praefationem*

III.

HAMARTIGENIA.

CODICES:

A = *Parisinus lat. 8084 saec. VI* (‘*Puteaneus*‘).
C = *Cantabrigiensis Corp. Chr. 223 saec. IX—X.*
D = *Dunelmensis B 4. 9. saec. X.*

B = *Ambrosianus D 36 sup. saec. VII.*
V = *Vaticanus Reg. 321 saec. X.*
N = *Parisinus lat. 8305 saec. X.*

P = *Parisinus lat. 8086 saec. X.*
E = *Leidensis Burm. Q. 3 saec. X.*

M = *Casinensis 374 saec. IX.*
O = *Oxoniensis Oriel 3 saec. X.*
S = *Sangallensis 136 saec. IX uel X ineuntis.*
U = *Bernensis bibl. urbanae 264 saec. IX.*

⟨PRAEFATIO.⟩

Fratres ephybi, fossor et pastor, duo,
quos feminarum prima primos procreat,
sistunt ad aram de laborum fructibus
deo sacranda munerum primordia.
5 hic terrulentis, ille uiuis fungitur;
certante uoto discrepantes inmolant,
fetum bidentis alter, ast alter scrobis.
deus minoris conprobauit hostiam,
reiecit illam, quam parauit grandior.
10 uox ecce summo missa persultat throno:
'Cain, quiesce; namque si recte offeras,
oblata nec tu lege recta diuidas,
peruersa nigram uota culpam traxerint.'
armat deinde parricidalem manum
15 frater probatae sanctitatis aemulus,
germana curuo colla frangit sarculo,
mundum recentem caede tinguit inpia,

1 cf. Gen. 4, 2 sq. 11 cf. Gen. 4, 7 sec. LXX

Def. BO prudentii liber II amartigenia *C, spatium unius uersus rel. D, quod expleuit scriba quidam (incertum an m1)*: amartigenia (*de subscr. Apotheosis in marg. codicis inserta cf. supra*). finit apotheoses. incipit amartigenia liber (secundus *add. N*) *VN* ΦΙΝΙΤ ΑΠΩΘΕΟCΙC incipit lib. AMARΘYGENIA *P* finit apotheosis. incipit liber. unus. amartigenia *E* finit apotheoses incipit amarthegenia liber I. id est de origine peccatorum *M* incipit amartigenia liber II. de origine peccatorum *S* incipit amartigenia. id est de origine peccatorum *U; deest inscr. in A una pag. uacua rel. inter Apoth. et Ham.; in fronte folii exstat* prudentii lib. II amartigenia, *deinde* prudentii lib. II *sinistra quaque pag., dextra quaque* amartigenia *inscriptum est. eodem modo in C et partim in D, in fronte foliorum*: lib. II (*sinistr.*), amartigenia (*dextr.*). *in N sinistra quaque pag.* Pr (= *Prudentii*) *exstat, dextra* amar̄ Praefatio *om. codd.*

1 ephybi *A* efybi *PE* ephibi *C,Da.c.* efebi *S* ephebi *Dp.c.VMa.c.,N* (e *alt. in ras. m2*) ephoebi *U,VMp.c.* 2 proximos creat *S* 7 foetum *VU* 10 trhono *A* 11 kain *MSU* 12 recte *PEM,Sa.c.* (a *s.* e; *s.* ł certa) 17 tingit (t *pr. in ras.*) *N*

sero expiandum, iam senescentem, sacro
cruore Christi, quo peremptor concidit.
mors prima coepit innocentis uulnere,
cessit deinde uulnerato innoxio;
per crimen orta dissoluta est crimine,
Abel quod ante perculit, Christum dehinc,
finita et ipsa est finis exsortem petens.
ergo ex futuris prisca coepit fabula
factoque primo res notata est ultima,
ut ille mortis inchoator rusticus
insulsa terrae deferens libamina
deumque rerum mortuarum deputans
rastris redacta digna sacris crederet,
uiuentis atrox aemulator hostiae.
agnosco nempe quem figura haec denotet,
quis fratricida, quis peremptor inuidus
praue sacrorum disciplinam diuidat,
mactare dum se uota censet rectius:
Marcion, arui forma corruptissimi,
docet duitas discrepare a spiritu
contaminatae dona carnis offerens
et segregatim numen alternum colens.
qui si quiescat nec monentem neglegat,
pacem quieta diligat germanitas
unum atque uiuum fassa uiuorum deum.
hic se caduco dedicans mysterio
summam profanus diuidit substantiam
malum bonumque ceu duorum separans
regnum deorum sceptra committit duo

Def. BO 18 expiandam *M,Sa c.* 19 perempto *Pp.c.* 20 sors *PE*(*mg.* ł mors) *CDmg.* uulneris *U* 27 incohator *V* 30 credere *M* 33 patricida *C*(*mg.* fratricida), *Da.c.*(*m2?*) parricida *PEMU,S*(*ex* parrida) 34 diuidit *U* 37 duetas *D* (d *in ras.*) *M,Vp.c.Sa.c.* dueta (*mg.* ł duitas) *PE* deitas (ei *in ras.*; *s.* dueta) *N* 41 quieta *AN* quietam *cet.* 42 adque *A,Na.c.m2* fassa (*s.* fessa) *P* uirorum *PE* 43 dedicas *M* *post u. 43 add.* hic (*om. S*) qui caduci rem laboris offerens *U,Sm2 in mg.* 46 regnum duorum *DVPEM* regnum (*s.* al. regna) duorum (i *s.* du) *S* regna diuorum *U*

deum esse credens, quem fatetur pessimum.
Cain cruentus, unitatis inuidus,
mundi colonus, immolator squalidus,
50 cuius litamen sordet et terram sapit,
terram caduci corporis, uenam putrem,
umore denso conglobatam et puluere,
natura cuius fraude floret fertili
fecunda fundens noxiorum crimina
55 animaeque uitam labe carnis enecat.
caro in sororem tela mentem dirigit,
mens in cerebro uentilatur ebrio,
ex quo furores suculentos conligit
madens ueneno corporis lymfatico.
60 deum perennem findit in duos deos,
audet secare numen insecabile;
cadit perempta denegans unum deum,
Cain triumfat morte fratris halitus.

Quo te praecipitat rabies tua, perfide Cain,
diuisor blasfeme dei? tibi conditor unus
non liquet et bifidae caligant nubila lucis?
insincera acies duo per diuortia semper
5 spargitur in geminis uisum frustrata figuris.
terrarum tibi forma duplex obludit, ut excors

Def. BO 48 kain *MSU* 49 inmolator *NPE* 52 humore *DU,Mp.c.* conglebatam *PU* 57 incelebro *M,Na.c.* inlecebro *Sa.c.* inlicebro *Sp.c.* (*mg.* al. cerebro) 58 succulentos *Va.r.* purulentos (pur *et* tos *in ras.*) *N* suculentos (*s.* purulentos l insanos) *U* colligit *ADVNM* 61 nomen *M,ESa.c.* 62 cadet *M,Sa.c.* cain *V,Np.c.m2* kain *U* peremptor *VU,DNp.c.m2* 63 kain *SU* triumfat *cum A,N* (t *alt. in ras.*) alitus *VPEMSU,CDp.c.* oblitus *N* allitus *Arevalus et post eum Dressel*

ante u. 1 add. aduersus (aduersum *PEU*) marc(t)ionitas qui duos deos esse (esse *om. CV,Dmg.m2*) ad(f)firmant (ad(s)serunt *CPE*) *CVNPE MSU,Dmg.m2; deest inscriptio in A*

1 pracepitat *A* kain *SU* 2 blaspheme *U,Sp.c.* plaspheme *Sa.c.* blabspheme *M* 3 *linquit (e *s.* i *alt. m2*) *S* et bifidae] et fide *Na.c.m2* atque fide *Np.c.m2*

diuiduum regnare deum super aethera credas.
bina boni atque mali glomerat discrimina sordens
hic mundus, domino sed caelum obtemperat uni.
10 non idcirco duos retinent caelestia reges,
quod duo sunt opera humanas agitantia curas.
exterior terrenus homo est, qui talia cernens
conicit esse duo uariarum numina rerum.
dum putat esse deum, qui praua effinxerit olim
15 et qui recta itidem condens induxerit, ambos
autumat esse deos natura dispare summos.
quae tandem natura potest consistere duplex
aut regnare diu, quam fons diuisus ab arce
separat alternaque apicum dicione recidit?
20 aut unus deus est, rerum cui summa potestas,
aut, quae iam duo sunt, minuuntur dispare summo.
porro nihil summum nisi plenis uiribus unum,
distantes quoniam, proprium dum quisque reuulso
uindicat imperio, nec summa nec omnia possunt.
25 ius uarium non est plenum, quia non habet alter,
quidquid dispar habet; cumulum discretio carpit.
nos plenum sine parte deum testamur et unum,
in quo Christus inest, idem quoque plenus et unus,
qui uiget ac uiguit super omnia quique uigebit
30 participem nullum conlato foedere passus.
summa potestatum pater est, dominatio rerum,
uirtutum sublime caput, fons unicus orbis,
naturalis apex generisque et originis auctor,
ex quo cuncta fluunt, et lux et tempora et anni
35 et numerus, qui post aliquid dedit esse secundum.

29 cf. Eph. 1, 21. Phil. 2, 9

Def. *BO* 8 adque *A,Na.c.m2* 9 optemperat *NMS* 11 sint *U* 12 talia ***cernens (*eras.* uidens) *N* 17 potes *P* consistere duplex (*s. m2* al. constare biformis) *S* 20 rerum deus est *V* 21 quae] qui *N* quia *VU* duo] diu *Aa.c.* summa (o *s.* a) *V* summo (o *in ras.*) *N* 29 ac] et *U* 31 pater est dom.] simplex dominatio *D* (*in ras.*) *V* (dominacio) *N,PE*(*mg.* l pater est), *MS,U* (*s.* unica)

unus enim princeps numeri est nec dinumerari
tantum unus potis est. sic cum pater ac deus alter
non sit, item Christus non sit genitore secundus,
anterior numero est, cui filius unicus uni est.
40 ille deus meritoque deus, quia primus et unus,
in uirtute sua primus, tum primus in illo,
quem genuit. quid enim differt generatio simplex?
unum semper erit gignens atque unus ab uno
ante chaos genitus numeroque et tempore liber.
45 quis dixisse duos rem maiestate sub una
regnantem propriamque sibi retroque perennem
ausit et unius naturae excindere uires?
numquid adoptiuum genitor sibi sumpsit, ut alter
externi generis numerum praestare duorum
50 debeat et geminum distans inducere numen?
forma patris ueri uerus stat filius ac se
unum rite probat, dum formam seruat eandem.
non amor adscitus sociat nec iungit utrumque
coniurata fides, pietas sed certa genusque
55 unum, quod deus est, summam reuocatur ad unam.
haec tibi, Marcion, uia displicet, hanc tua damnat
secta fidem dominis caelum partita duobus.
quae te confundunt nebulae, quis somnus inerti
incubat ingenio, cui per fantasmata duplex
60 occurrit species biuio dispersa superno?
si uim mentis hebes stupor obsidet, aspice saltem
obuia terrenis oculis elementa, quibus se
res occulta dei dignata est prodere signis.
hanc heresim praesaga patris praeuiderat olim

51 cf. Hebr. 1, 3

Def. BO 36 denumerari *VNSU,Ds.* 37 sideum *S* (*ex* sic uim) ac] et *U* 43 adque *A,Na.c.m2* 46 propriaque *N* retorque *PEmg.* 47 ausit (a *in ras.*) *E* hausit *P* scindere *PEMSU* 53 adscitos *Va.c.* ascitus *U* *u. 54 om. Sm1* 56 nec *Sa.c.* displicet *om. Sm1* hanc] haec *U* 57 par** (tita *s. ras. m2*) *N* 61 habes *P,Sa.c.* saltem *AVN,CDUa.c.* saltim *cet.* 62 elimenta *E,Pa.c.Np.c.m2*

65 maiestas: fore, qui rectorem lucis et orbis
scinderet in partes geminatum segrege regno.
idcirco specimen posuit spectabile nostris
exemplumque oculis, ne quis duo numina credat
[imperitare uagis mundi per inania formis].
70 una per inmensam caeli caueam reuolutos
praebet flamma dies, texit sol unicus annum,
triplex ille tamen nullo discrimine trina
subnixus ratione uiget, splendet, uolat, ardet,
motu agitur, feruore cremat, tum lumine fulget.
75 sunt tria nempe simul, lux et calor et uegetamen,
una eademque tamen rota sideris indiscretis
fungitur his, uno seruat tot munera ductu
et tribus una subest mixtim substantia rebus.
non conferre deo uelut aequiperabile quidquam
80 ausim nec domino famulum conponere signum,
ex minimis sed grande suum uoluit pater ipse
coniectare homines, quibus ardua uisere non est.
paruorum speculo non intellecta notamus
et datur occultum per proxima quaerere uerum.
85 nemo duos soles nisi sub glaucomate uidit
aut, si fusca polum suffudit palla serenum,
oppositus quotiens radiorum spicula nimbus
igne repercusso mentitos spargit in orbes.
sunt animis etiam sua nubila, crassus et aër,
90 est glaucoma, aciem quod tegmine uelat aquoso,
libera ne tenerum penetret meditatio caelum
neue deum rapidis conprendat sensibus unum;
spargitur in bifidas male sana intentio luces
et duplices geminis auctoribus extruit aras.
95 si duo sunt, igitur cur non sint multa deorum
milia, cur numero deitas contenta gemello est?

Def. BO 65 qui *ACPM,DSa.c.Ea.c.m2* quae *cet.* *u. 69 deest in ACDPEM, exstat in U* (uagas - - formas), *add. mg. in VN* (uagas - - formas) *et S* (uagis - - formis) 70 reuolutas *D* resolutos *U* 81 minis *Aa.c.* 86 suffundit *U* subfudit *PES* 90 uelet *S* 93 malefida *U* lucos (o *ex* i) *S* 94 exstruit *Na.c.* (s *suppunct.*) *S* (l in *s.* ex) 95 non sunt *U* non sit *C,Da.c.*

an non in populos dispersa examina diuum
fundere erat melius mundumque inplere capacem
semideis passim nullo discrimine monstris,
100 quis fera barbaries perituros mactat honores?
dissona discretum retinent si numina caelum,
conuenit et nebulis et fontibus et reboanti
oceano et siluis et collibus et speluncis,
fluminibus, uentis, fornacibus atque metallis
105 adsignare deos proprios sua cuique iura.
uel, si gentiles sordet uenerarier umbras
et placet esse duos sceptris socialibus aequos,
dic, age, quis terras dicionis sorte retentet,
quis regat aequoreas aeterna lege procellas,
110 ede coheredum distinctum ius dominorum!
'unus', ais, 'tristi residet sublimis in arce
auctor nequitiae, scelerum deus, asper, iniquus,
qui, quodcumque malum uitioso feruet in orbe,
seuit et anguino medicans noua semina suco
115 rerum principium mortis de fomite traxit.
ipse, opifex mundi, terram, mare, sidera fecit,
condidit ipse hominem, lutulenta et membra coëgit
effigians, quod morbus edat, quod crimine multo
sordeat, informi tumulus quod tabe resoluat.
120 ast alii pietatis amor placidumque medendi
ingenium recreans homines, mortalia seruans.
testamenta duo fluxerunt principe utroque:
tradidit iste nouum melior, uetus illud acerbus.'
haec tua, Marcion, grauis et dialectica uox est,
125 immo haec attoniti frenesis manifesta cerebri.
nouimus esse patrem scelerum, sed nouimus ipsum
haudquaquam tamen esse deum, quin immo gehennae
mancipium, Stygio qui sit damnandus Auerno,
Marcionita deus, tristis, ferus, insidiator,

Def. BO 104 adque *A,Na.c.m2* 107 deos *MSU* 111 ait *M* as* (i *s.* as) *N* 114 saeuit *CDPEM* meditans *Ep.c.* 116 terra *Aa.c.* 117 luculenta *U* · 121 hominis *Np.c.m2* 122 fluxerint *M* 124 dialecta *Aa.c.* 127 haut *D* aud *Na.c.* gehenna *A* 128 stigio *VU* qui*sit *D*

130 uertice sublimis, cinctum cui nubibus atris
anguiferum caput et fumo stipatur et igni,
liuentes oculos subfundit felle perusto
inuidia inpatiens iustorum gaudia ferre.
hyrsutos iuba densa umeros errantibus hydris
135 obtegit et uirides adlambunt ora cerastae.
ipse manu laqueos per lubrica fila reflexos
in nodum reuocat facilique ligamine tortas
innectit pedicas neruosque in uincula tendit.
ars olli captare feras, animalia bruta
140 inretire plagis, retinacula denique caecis
indeprensa locis erranti opponere praedae.
hic ille est uenator atrox, qui caede frequenti
incautas animas non cessat plectere, Nebroth,
qui mundum curuis anfractibus et siluosis
145 horrentem scopulis uersuto circuit astu,
fraude alios tectisque dolis innectere adortus,
porro giganteis alios luctando lacertis
frangere, funereos late exercere triumphos.
inproba mors, quid non mortalia pectora cogis?
150 ipse suam — pudet heu! — contempto principe uitae
perniciem ueneratur homo, colit ipse cruentum
carnificem gladiique aciem iugulandus adorat!
in tantum miseris peccati nectare captis
dulce mori est, tanta in tenebris de peste uoluptas.
155 qui mala principio genuit, deus esse putatur,
quique bona infecit uitiis et candida nigris!
par furor illorum, quos tradit fama dicatis

143 cf. Gen. 10, 8—9 150 cf. Act. 3, 14—15

Def. BO 131 igne *N* 132 perfundit *Aa.c.* 134 hyrs. *ADMU* hirs. *cet.* humeros *DVU* hydros *Mp.c.* 137 tortas (a *in ras.*) *P* 139 illi *Vp.c.m2* olli *in ras. S* 141 indeprensa *in ras. C* indepressa *E,Pa.c. CDmg.* praeda *N* 142 inuentor *N* (in *m2*) atros *Aa.c.* atrux *Sp.c.* cede *Aa.c.DVS* 143 nembroth *D*(*s.* al. nebroth) *P,Va.c.* (*lineola s.* e *uel deleta uel uetustate abolita, mg. m2* nembroth) *Mp.c.* 145 circumit *Np.c.m2* 147 gigantes *Pa.c.m2* gigantęs (i *s.* ę) *V* 148 triumphos *omnes codd.* 149 pectora] corpora *Aa.c.* 150 temptato *M* 151 ueneratus *M*

consecrasse deas Febrem Scabiemque sacellis.
inuentor uitii non est deus, angelus illud
160 degener infami conceptum mente creauit,
qui prius augustum radiabat sidus et ingens
ex nihilo splendor nutrito ardebat honore.
ex nihilo nam cuncta retro, factumque quod usquam est,
at non ex nihilo deus et sapientia uera
165 spiritus et sanctus, res semper uiua nec umquam
coepta, sed aërios etiam molita ministros.
horum de numero quidam pulcherrimus ore,
maiestate ferox, nimiis dum uiribus auctus
inflatus, dum grande tumens sese altius effert
170 ostentatque suos licito iactantius ignes,
persuasit propriis genitum se uiribus ex se
materiam sumpsisse sibi, qua primitus esse
inciperet nascique suum sine principe coeptum.
hinc schola subtacitam meditatur gignere sectam,
175 quae docet e tenebris subitum micuisse tyrannum,
qui uelut aeterna latitans sub nocte retrorsum
uixerit et tecto semper regnauerit aeuo.
aemulus, ut memorant, opera ad diuina repente
corrumpenda caput caligine protulit atra,
180 hoc ratio sed nostra negat, cui non licet unam
infirmare fidem, sacro quae tradita libro est.
'nil', ait, 'absque deo factum, sed cuncta per ipsum,
cuncta, nec est alius quisquam nisi factus ab ipso'.
sed factus de stirpe bonus, bonitatis in usum
185 proditus et primo generis de fonte serenus,
deterior mox sponte sua, dum decolor illum

161 cf. Esai. 14, 12 169 cf. Esai. 14, 13—14 182 cf. Ioh. 1, 3. Col. 1, 16. Hebr. 1, 2

Def. BO *u. 163 primo om. U, mg. add.* nam] non *Va.c.* 164 ad *A,Na.c.m2* 166 etherios *M* *u. 172 primo om. A, post inter lineas insert.* quo *VN* quoạ (d *s.* o) *S* 174 scola *C(in ras.)DVNMSU,Pp.r.* scolam *Pa.r.* 175 subitum miscuisse *EM,Pa.c.* subitumiscuisse *Na.c.* 181 sacroque *D,ESa.c.* 182 est *s. post* factum *V* 183 ni *U,S(s.* l nisi), *CDmg.*

inficit inuidia stimulisque instigat amaris.
arsit enim scintilla odii de fomite zeli
et dolor ingenium subitus conflauit iniquum.
190 uiderat argillam simulacrum et structile flatu
concaluisse dei, dominum quoque conditioni
inpositum, natura soli pelagique polique
ut famulans homini locupletem fundere partum
nosset et effusum terreno addicere regi.
195 inflauit fermento animi stomachante tumorem
bestia deque acidis uim traxit acerba medullis,
bestia sorde carens, cui tunc sapientia longi
corporis enodem seruabat recta iuuentam,
conplicat ecce nouos sinuoso pectore nexus
200 inuoluens nitidam spiris torquentibus aluum.
simplex lingua prius uaria micat arte loquendi
et discissa dolis resonat sermone trisulco.
hinc natale caput uitiorum, principe ab illo
fluxit origo mali, qui se corrumpere primum,
205 mox hominem didicit nullo informante magistro.
ultimus exitium subuerso praeside mundus
sortitur mundique omnis labefacta supellex.
non aliter quam cum incautum spoliare uiantem
forte latro adgressus, praedae prius inmemor, ipsum
210 ense ferit dominum, pugnae nodumque moramque,
quo pereunte trahat captiuos uictor amictus,
iam non obstanti locuples de corpore praedo,
sic homini subiecta domus, ditissimus orbis
scilicet in facilem domino peccante ruinam
215 lapsus erile malum iam tunc uitiabilis hausit.

197 sq. cf. Gen. 3, 1

Def. *BO* 189 captauit *M* 191 concaluisse (*s.* al. conualuisse) *S* *post u. 191 inserit U*: qui cunctum regeret proprio moderamine mundum, *eundem uersum in mg. add. V(post 194) N,S(post 196, qui ultimus paginae uersus est)* 195 impleuit *M* 196 amara *M* 197 corde *U(mg.* sorde), *Sp.c.m2* 199 ecce nouos (in *s.* no *add. m2*) *D* 201 loquenti *N* 203 ipso *M* 208 cum *om. V,add. s.* 213 hominis *CDSU* 215 labsus *A* herile *SU* uitabilis *M*

tunc lolium lappasque leues per adultera culta
ferre malignus ager glaebis male pinguibus ausus
triticeam uacuis segetem uiolauit auenis,
tunc etiam innocuo uitulorum sanguine pasci,
220 iamque iugo edomitos rictu laniare iuuencos
occiso pastore truces didicere leones,
nec non et querulis balatibus inritatus
plenas nocte lupus studuit perrumpere caulas.
omne animal diri callens sollertia furti
225 inbuit et tortos acuit fallacia sensus.
quamuis maceries florentes ambiat hortos
saepibus et densis uallentur uitea rura,
aut populator edet gemmantia germina brucus
aut auibus discerpta feris lacerabitur uua.
230 quid loquar herbarum fibras medicante ueneno
tinctas letiferi fudisse pericula suci?
noxius in teneris sapor aestuat ecce frutectis,
cum prius innocuas tulerit natura cicutas,
roscidus et uiridem qui uestit flos rhododaphnen
235 pabula lasciuis dederit sincera capellis.
ipsa quoque oppositum distructo foedere certo
transcendunt elementa modum rapiuntque ruuntque
omnia legirupis quassantia uiribus orbem.
frangunt umbriferos aquilonum proelia lucos
240 et cadit inmodicis silua exstirpata procellis.
parte alia uiolentus aquis torrentibus amnis
transilit obiectas praescripta repagula ripas
et uagus euersis late dominatur in agris.
nec tamen his tantam rabiem nascentibus ipse

216 cf. Gen. 3, 18

Def. BO 218 habenis *PESa.c.* (*in PS corr. m2*) hauenis *PEp.c.* 220 edomitas *N* 228 germantia *M* bruchus *Ua.c.* bruchis *Sa.c.* 229 discepta *CD* 231 loetiferi *VEU,NSp.c.* 234 rhododafnin *DVNU* rhododafnem *PE,Sa.c.* rodofafnen (*pr.* f *in* d *mut.*) *M* 236 oppositam *Pp.c.m2* appositum *U* destructo *PM,Vp.c.m2Sp.c.* 237 trascendunt *ACD* 240 stirpata *Aa.c.* extirpata *VPEMS* obiectae - - ripae *U* obiectae - - ripas (e *s.* s) *S* 242 praescribta *A* *u. 243 om. S, add. imo mg.*

245 conditor instituit, sed laxa licentia rerum
turbauit placidas rupto moderamine leges.
nec mirum, si membra orbis concussa rotantur,
si uitiis agitata suis mundana laborat
machina, si terras luis incentiua fatigat:
250 exemplum dat uita hominum, quo cetera peccent,
uita hominum, cui, quidquid agit, uaesania et error
suppeditant, ut bella fremant, ut fluxa uoluptas
diffluat, inpuro feruescat ut igne libido,
sorbeat ut cumulos nummorum faucibus amplis
255 gurges auaritiae, finis quam nullus habendi
temperat, aggestis addentem uota talentis.
auri namque fames parto fit maior ab auro.
inde seges scelerum radix et sola malorum,
dum scatebras fluuiorum omnes et operta metalla
260 eliquat ornatus soluendi leno pudoris,
dum uenas squalentis humi scrutatur inepta
ambitio scalpens naturae occulta latentis,
si quibus in foueis radiantes forte lapillos
rimata inueniat. nec enim contenta decore
265 ingenito externam mentitur femina formam
ac, uelut artificis domini manus inperfectum
os dederit, quod adhuc res exigat aut yacinthis
pingere sutilibus redimitae frontis in arce,
colla uel ignitis sincera incingere sertis,
270 auribus aut grauidis uirides suspendere bacas,
nectitur et nitidis concharum calculus albens
crinibus aureolisque riget coma texta catenis.
taedet sacrilegas matrum percurrere curas,

258 cf. I Tim. 6, 10

Def. BO 247 mirum *om. V,add. mg.* 249 lues *PEU,Vp.c.m2NSp.c.* 251 uesania *CDMSU* et error] terror *CDPE,Sa.c.* 253 defluat *Np.c.m2* 259 cum *PEU* ones *Aa.c.* 261 cum *E* 263 radientes *P* 264 contempta *Va.c.* 265 ingenita *E* 267 ostenderit *M* iacinthis *C* (cinthis *in ras.*) *D* iacintis *U* yacinctis *Sa.c.* iacinctis *V,Sp.c.* 268 pingeres utilibus *E,Na.c.m2* pingere utilibus *M,Sa.c.* redimita *M* redimite *Aa.c.DV* 273 edita sacrilegas *E,Pa.c.m2*

muneribus dotata dei quae plasmata fuco
275 inficiunt, ut pigmentis cutis inlita perdat,
quod fuerat, falso non agnoscenda colore.
haec sexus male fortis agit, cui pectore in arto
mens fragilis facili uitiorum fluctuat aestu.
quid, quod et ipse caput muliebris corporis et rex,
280 qui regit inualidam propria de carne resectam
particulam, qui uas tenerum dicione gubernat,
soluitur in luxum? cernas mollescere cultu
heroas uetulos, opifex quibus aspera membra
finxerat et rigidos durauerat ossibus artus,
285 sed pudet esse uiros: quaerunt uanissima quaeque,
quis niteant, genuina leues ut robora soluant.
uellere non ouium, sed Eoo ex orbe petitis
ramorum spoliis fluitantes sumere amictus
gaudent et durum scutulis perfundere corpus.
290 additur ars, ut fila herbis saturata recoctis
inludant uarias distincto stamine formas,
ut quaeque est lanugo ferae mollissima tactu,
pectitur. hunc uideas lasciuas praepete cursu
uenantem tunicas, auium quoque uersicolorum
295 indumenta nouis texentem plumea telis,
illum pigmentis redolentibus et peregrino
puluere femineas spargentem turpiter auras.
omnia luxus habet nostrae uegetamina uitae,
sensibus in quinque statuens quae condidit auctor,
300 auribus atque oculis, tum naribus atque palato
quaeritur infectus uitiosis artibus usus.
ipse etiam, toto pollet qui corpore, tactus

Def. BO 275 figmentis *SU* segmentis *M* 278 fagilis *Aa.c.* facili] fragili *Aa.c.* 281 qui uas ten.] quas tenerum *Pa.c.m2* qui uaste rerum *M* ditione *DNU* molliscere *Np.c.* 284 fixerat *M* 286 lues *E,PUa.c.* luos *Pp.c.* luis (i *in* e *corr.*; al leues *s.*) *S* leues (*mg.* l lues) *C* (ina leues ut robora soluant *in ras.*) soluat *Pp.r.* 289 scotulis *Aa.c.* 294 tonicas *Np c.* uersiculorum *D,Sa.c.* 298 uegitamina *E,Cp.c.Pa.c.* uigetamina *Ca.c.* 300 adque (*bis*) *A,Na.c.m1* 301 infectis *M* artubus *Sp.c.Ua.c.*

palpamen tenerum blandis ex fotibus ambit.
pro dolor! ingenuas naturae occumbere leges
305 captiuasque trahi regnante libidine dotes!
peruersum ius omne uiget, dum, quidquid habendum
omnipotens dederat, studia in contraria uertunt.
idcircone, rogo, speculatrix pupula molli
subdita palfebrae est, ut turpia semiuirorum
310 membra theatrali spectet uertigine ferri
incestans miseros foedo oblectamine uisus?
aut ideo spirant mediaque ex arce cerebri
demittunt geminas sociata foramina nares,
ut bibat inlecebras male conciliata uoluptas,
315 quas pigmentato meretrix iacit inproba crine?
num propter lyricae modulamina uana puellae
neruorumque sonos et conuiuale calentis
carmen nequitiae patulas deus addidit aures
perque cauernosos iussit penetrare meatus
320 uocis iter? numquid madido sapor inditus ori
uiuit ob hanc causam, medicata ut fercula pigram
ingluuiem uegetamque gulam ganeonis inescent,
per uarios gustus instructa ut prandia ducat
in noctem lassetque grauem sua crapula uentrem?
325 quid durum, quid molle foret, quid lene, quid horrens,
quid calidum gelidumue, deus cognoscere nosmet
ad tactum uoluit palpandi interprete sensu,
at nos delicias plumarum et linea texta
sternimus atque cutem fulcro adtenuante polimus.
330 felix, qui indultis potuit mediocriter uti
muneribus parcumque modum seruare fruendi,

Def. BO 303 ex] et *Sa.c.* e *SUp.c.* fontibus *Np.c.m2* 304 prodolor *codd.* ingenus *D* 308 mollis *Pa.r.* 309 palfebrae *A* palpaebre *Na.c.m2* palpebrae *cet.* semiuiuorum *Sa.c.* 313 dimittunt *DPS,Ep.c.* 314 bibant *ASa.c.* 315 quis *PE* iacet *PE* 318 carmine *M* 321 causa- medicata *A* 322 uegitamque *P,Ea.c.* uigetamque *CD* uegetemque *Va.c.* uetitamque *U,Sp.c.* 325 fore *Aa.c.* 327 adtactu *Ep.c.* 328 ad *A, NSa.c.m2* palmarum (l plu *s.* pal) *U* 329 adque *A,Na.c.m2* fulchro *VNU* adten. *V,ANSUa.c.* atten. *cet.* 331 mulieribus *Sa.c.*

quem locuples mundi species et amoena uenustas
et nitidis fallens circumflua copia rebus
non capit ut puerum nec inepto addicit amori,
335 qui sub adumbrata dulcedine triste uenenum
deprendit latitare boni mendacis operto!
sed fuit id quondam nobis sanctumque bonumque
principio rerum, Christus cum conderet orbem.
uidit enim deus esse bonum, uelut ipse Moyses
340 historicus mundi nascentis testificatus,
'uidit', ait, 'deus esse bonum, quodcumque creauit'.
hoc sequar, hoc stabili conceptum mente tenebo,
inspirante deo quod sanctus uaticinator
prodidit antiquae recolens primordia lucis,
345 esse bonum, quidquid deus et Sapientia fecit.
conditor ergo boni pater est et cum patre Christus;
nam deus atque deus pater est et filius unum;
quippe unum natura facit, quae constat utrique
una uoluntatis, iuris, uirtutis, amoris.
350 non tamen idcirco duo numina nec duo rerum
artifices, quoniam generis dissensio nulla est,
atque ideo nulla est operis distantia, nulla
ingenii, peperit bona omnia conditor unus.
nil luteum de fonte fluit nec turbidus umor
355 nascitur aut primae uiolatur origine uenae,
sed dum liuentes liquor incorruptus harenas
praelambit, putrefacta inter contagia sordet.
numquid equus, ferrum, taurus, leo, funis, oliuum
in se uim sceleris, cum formarentur, habebant?
360 quod iugulatur homo, non ferrum causa furoris,
sed manus est; nec equum uaesania feruida circi

341 cf. Gen. 1, 31 347 cf. Ioh. 10, 30

Def. BO 332 uoluptas *M* 334 innepto *Aa.c.* 335 umbrata *S,Pa.c.m2* obumbrata *E,Vp.c.m2* 339 bonum] hominum *Aa.c.* 340 testificatur *PU,ESp.c.* testificator *ESa.c.* 341 aitedeus *Aa.c.* 346 conditur *Aa.c.* 347 adque *A,Na.c.m2* 352 adque *A,Na.c.m2* 354 humor *VU* 356 arenas *SU* *u. 357 om. S, add. imo mg.* sordent *CDPS,Ep.c.* 360 quid *C* 361 uesania *VSU*

auctorem leuitatis habet rabidiue fragoris,
mens uulgi rationis inops, non cursus equorum
perfurit, infami studio perit utile donum.
365 sic Lacedaemonicas oleo maduisse palestras
nouimus et placidum seruire ad crimina sucum,
inde per aërium pendens audacia funem
ardua securis scandit proscaenia plantis,
inde feras uolucri temeraria corpora saltu
370 transsiliunt mortisque inter discrimina ludunt.
sanguinis humani spectacula publicus edit
consensus legesque iubent uenale parari
supplicium, quo membra hominis discerpta cruentis
morsibus oblectent hilaram de funere plebem.
375 mille alia stolidi bacchantia gaudia mundi
percensere piget, quae ueri oblita tonantis
humanum miseris uoluunt erroribus aeuum.
nemo animum summi memorem genitoris in altum
excitat, ad caelum mittit suspiria nemo
380 nec recolens apicem solii natalis ad ipsum
respicit auctorem nec spem super aëra librat,
sed mentem grauidis contentam stertere curis
indigno subdit domino perituraque pronus
diligit et curuo quaerit terrestria sensu.
385 hoc pulchrum, quod terra parit, quod gloria confert
lubrica, commendat quod perniciosa uoluptas,
quod uelut excitus difflato puluere uentus
praeterit, exemplo tenuis quod transuolat umbrae.
his aegras animas morborum pestibus urget

378 cf. Rom. 3, 11

Def. BO 362 rapidiue *PEU,Sa.c.* 363 inobs *AVN* 365 lacedemonicas *PE* lacedoemonicas (i *in ras.*) *U* demonicas *Sa.c.* lacedemonias *VN* 368 proscaenia *A* proschenia *Up.c.m2* proscenia *cet.* 369 corpore *ESa.c. Pa.c.m2* 370 transsil. *AN* transil. *cet.* 372 consessus *U,Ma.c.Vp.c.* consensus (l s *s.* n *alt.*) *S* lebensque *Aa.c.* 373 discerta *PE,Na.c.* discepta *Va.c.* 374 hilarem *SU,Np.c.* hylarem *M* 375 bacc. *V* bac. *Sa.c.* bach. *EMU,Sp.c.* 382 contentus *U* sternere *PE,SUa.c.* 385 pulcrhum *A* capit *S*(*s.* ał parit), *U in ras.* 387 uentris *Sp.c.m2*

390 praedo potens, tacitis quem uiribus interfusum
corda bibunt hominum; serit ille medullitus omnes
nequitias spargitque suos per membra ministros.
namque illic numerosa cohors sub principe tali
militat horrendisque animas circumsedet armis:
395 ira, superstitio, maeror, discordia, luctus,
sanguinis atra sitis, uini sitis et sitis auri,
liuor, adulterium, dolus, obtrectatio, furtum.
informes horrent facies habituque minaces,
ambitio uentosa tumet, doctrina superbit,
400 personat eloquium, nodos fraus abdita nectit.
inde canina foro latrat facundia toto,
hinc gerit Herculeam uilis sapientia clauam
ostentatque suos uicatim gymnosofistas,
incerat lapides fumosos idololatrix
405 religio et surdis pallens aduoluitur aris.
heu quantis mortale genus premit inprobus hostis
armigeris, quanto ferrata satellite ductor
bella gerit, quanta uictos dicione triumfat!
surgit in auxilium Chananeus atque agmina denset,
410 casside terribilis, saetarum pondera mento
concutiens dextramque graui cum cuspide quassans,
ast alia de parte furens exercitus ardet
regis Amorraei, tum milia Gergeseorum
effundunt aciem toto uolitantia campo;
415 eminus hi feriunt, confligunt comminus illi.

391 cf. Eph. 2, 2 393 cf. Eph. 6, 12. Rom. 1, 29—30 409 cf. Gen. 10, 15—16. Ios. 11, 3

Def. BO 390 interfo*sum (u *s. ras. m2*) *N* 391 omnis *M* 394 circumsidet *VNMSU* 395 supestitio *Aa.c.* meror *S,Aa.c.* luxus *VNSU* 397 riuor *M* 398 halituque *S* 401 canina (*s.* al. camena) *S* 402 hercoleam *Dp.c.Na.c.m2* 403 gymnosopistas *CD* gymnosophystas *S* gymnosophistas *VPEMU* 404 fumus osidollatrix *Na.c.* (famosos idololatrix *p.c.*) 405 rellegio *D* relligio *U,NMp.c.m2* 406 premit genus *U* 408 triumf. *A* triumph. *cet.* *u. 408 om. A, sed inter lineas add.* 409 chamaneus *Na.r.* cananeus *VSU* adque *A,Sa.c.m2* 413 amorrei *SU* amorregi *D,Ca.c.* tum *in ras. m2 N* gergesaeorum *Pa.c.* gerge*seorum *S*

ecce Zebusiacae feruent ad proelia turmae,
aurea tela quibus de sanguine tincta draconis
mortifero splendore micant radiantque necantque.
nec non terrificas pilis armare cateruas
420 te, Cittaee, iuuat, sed gens Ferezea sagittis
insultat uirtute pari sed dispare ferro.
postremum cuneum rex promouet Euuaeorum
squamosum thoraca gerens de pelle colubri.
his subnixa uiris scelerum peruersa potestas
425 edomat inualidas mentes, quae simplicitate
indociles bellique rudes sub foedere falso
tristis amicitiae primum socia agmina credunt
mammoneamque fidem pacis sub amore sequuntur.
mox faciles ad uincla rapi iuga dura uolentes
430 addictis subeunt ceruicibus et nebulonum
spirituum iussis seruire ferocibus optant.
ille superuacuis augens patrimonia fundis
finitimisque inhians contempto limite agellis
ducitur innexus manicis et mille catenis
435 ante triumphales currus post terga reuinctus
nec se barbaricis addictum sentit habenis.
hic qui uentosae scandit fastigia famae
inflaturque cauo pompae popularis honore,
qui summum solidumque bonum putat ambitionis
440 crescere successu, praeconum uoce trementes
exanimare reos, miserorum in corpora fasces

420 cf. Ios. 11, 3 sq.

Def. BO 416 gebusiacae (ge *in ras. m2*) *N* gebusaicae *V* iebusaicae *U* 418 micant radiantque micantque *SU* 420 cittaee *A* cittee *N* citthee *M* chitee *Ea.c.* caethee *U* cetheae *V* chetee *PS,Ep.c.* chettee *CD* iubat *VSa.c.* ferezaea *NP* ferrezea *Sa.c.* 422 promouit *Va.c.* promouet (et *in ras.*) *N* euu*eor. *S* eu*eor. (e *pr. in ras. m2*) *N* aeueor. *U* euuaeęor. *E* 428 secuntur *VE* 429 facile *Ea.c.Sa.c.m2* 430 nebulosum *E,Pa.c.* 431 spiritibus *M* 433 contento *PE* 435 triumphales *codd. omnes* posterga *CDPSU* 437 fastigia (ł ues *s.* fas) *S* 438 *om. S, add. mg.* inflatusque *S* 441 examinare *NPE, Ua.c.Cmg.* in corpore *Sa.c.* corpore *CPEU*

frangere, terribiles legum exercere secures,
in laqueum iam colla dedit, iam conpede dura
nectitur et pedibus seruilia uincula limat.
445 credite, captiui mortales, hostica quos iam
damnatos cohibent ergastula, quos famulatu
poenarum uirtus non intellecta coercet,
haec illa est Babylon, haec transmigratio nostrae
gentis et horribilis uictoria principis Assur,
450 carmine luctifico quam deflens Hieremias
orbatam propriis ululauit ciuibus urbem.
num latet aut dubium est animas de semine Iacob
exilium gentile pati, quas Persica regna
captiuas retinent atque in sua foedera cogunt?
455 illic natali desuescunt uiuere ritu
moribus et patriis exutae in barbara iura
degenerant linguamque nouam uestemque sequuntur
deque profanato discunt sordescere cultu
nutricemque abolent petulanti e pectore Sion,
460 iam patriae meminisse piget, iam mystica frangunt
organa et externi laudant anathemata regni.
nonne fuit melius saeuum Memfitidis aulae
imperium tolerasse patres penitusque sinistris
adsedisse focis positos Faraonis iniqui
465 sub pedibus limo et paleis seruire paratos
carnis et inmodicae spurco ructamine crudos?
quo tantum auxilii per prodigialia signa
effudit dominus, populum dum forte rebellem

448 sq. cf. IV Reg. 24—25 461 cf. Dan. 3, 7

Def. BO, 442 regum *V* 446 famulatrix *Np.c.m2* 447 cohercet *DVEU, Pa u. 454 Sa.c.* 450 hierimias *Na.c.* hiremias *Aa.c.* *u. 452 primo om., post inter lin. insert. A* num] non *Up.c.* haud *PE,Sp.c.* haut *Up.c.m2* dubio *V* *a u. 454 usque ad Psych. 812 deficit P* 454 adque *A,Sa.c.* 457 secuntur *VNE* 459 petulanti pectore *M,Ua.c.* petulanti a* pectore *V* petulantia * pectore (pectora *p.c.*) *E* petulancia (t s. c; a *alt. in ras.*) *pectore (pectora *p.c.*) *S* 460 mistica *V,Na.c.* 461 et *om. E,Sa.c.* anathemate *CD,Ea.c.m2* 462 menfitidis *VS* memphitidis *EU* 464 asdsedisse *D*

seruat ope inmerita, uinclis dum subdita colla
470 soluit et Aegyptum uirga serpente coercet?
quid iuuat aequoreum pelago cedente profundum
puluerea calcasse uia, cum conscia ponti
saxa sub ignoto patuerunt prodita caelo
aruit et medio sitiens in gurgite limus,
475 si uictor uirtute dei mediasque tenebras
luce columnari scindens exercitus olim
perdidit inuenti uallem botryonis opimam,
si nescit uersare solum, cui melle perenni
glaeba fluens niueos permiscet lactea riuos,
480 si domitam Iericon lituis atque aere canoro
rursus in antiquos patitur consurgere muros,
si ripis reflui Iordanis pellitur et iam
deserit adscriptam dimensa in iugera sortem,
denique si structam tantis sudoribus urbem
485 et, quae nubigenas transcendunt culmina nimbos
defensare nequit, si nescit, quis lapis ille est
hostibus obsistens et inexpugnabile turris
praesidium, quem non aerato machina rostro
arietat insiliens nec ferrea uerbera quassant?
490 angulus hic portae in capite est, hic continet omnem
saxorum seriem constructaque limina firmat.
quem qui rite suis per propugnacula muris

470 cf. Exod. 7, 10 471 cf. Exod. 14, 22 475 cf. Exod. 13, 21
477 cf. Num. 13, 25 478 cf. Num. 13, 28 480 cf. Ios. 6, 20
482 cf. Ios. 3, 16

Def. BPO 470 egyptum *DM* aegiptum *V* egiptum *S* cohercet *SU* 474 in] sub *U* 475 sic *CDE* 477 botrionis *VEMSU* bothryonis *D* 478 perenne *D* 480 hiericon *Aa.c.Np.c.* hierichon *U* hiericho *ES* iericho *M* ierico *CD* adque *A,Na.c.* 482 riuis *E,S*(*ex* riui) 483 adscribt. *A* asscript. *U* ascript. *M* 485 nubigenos *Ep.c.* nubigen*es (a *s.* e) *S* nubigenas (a *in ras.*) *N* *pro u. 488 duos uersus faciunt ES,Vp.c.mg.*: praesidium quem non fragor hosticus aut arietis (-tus *E*) | uis inpacta quatit non aerato machina rostro; *in U paulo mutatum exstat*: Praesidium quem non fragor hosticus**arietis (aut uis *add. p.c.*) | concutit inpacta aut aerato machina rostro (concutit - - aerato *in ras.*) 488 que *D* quam *M* 490 omne *D* 491 constructa quae *Ep.c.*

nouerit insertum seque ac sua moenia uallo
praecingat triplici celsa stans eminus arce,
495 fretus amore petrae castis et peruigil armis,
non illum regina Tyri, non accola magni
Eufratis Parthus rapiet, non decolor Indus
tempora pinnatis redimitus nigra sagittis.
quin si fulmineos cogens ad bella gigantas
500 allofilus tua castra uelit delere tyrannus,
tutus eris nec te firma statione mouebit
ipse Charon mundi, numen Marcionis, ipse,
qui regit aërio uanas sub sole tenebras.
nam uanum quidquid sol aspicit, ex elementis
505 cuncta solubilibus fluxoque creamine constant.
fallo, creaturam nisi doctor apostolus omnem
subiectam uanis non sponte laboribus orsus
periuro ingemuit miserans seruire latroni:
'errat', ait, 'qui luctamen cum sanguine nobis
510 et carne et uenis feruentibus et uitioso
felle putat calidisque animam peccare medullis.
non mentem sua membra premunt nec terrea uirtus
oppugnat sensus liquidos belloue lacessit,
sed cum spiritibus tenebrosis nocte dieque
515 congredimur, quorum dominatibus umidus iste
et pigris densus nebulis obtemperat aër'.
scilicet hoc medium, caelum inter et infima terrae
quod patet et uacuo nubes suspendit hiatu,
frena potestatum uariarum sustinet ac sub
520 principe Belia rectoribus horret iniquis.
his conluctamur praedonibus, ut sacra nobis

509 cf. Eph. 6, 12. 2, 2

Def. OBP 495 peruigel *A,Na.c.* 497 eufrat*is *N* euphratis *M* parthas (u *s.* a *alt. m. gloss.*) *D* partus *V,Sa.c.* rapiat *SUa.c.* 498 pennatis *VU,NSp.c.* redimitis *Aa.c.* 499 gigantes *CDEU* gigante*s *N* 500 allophilus *MSU* allophylus *E* 502 caron *D,Ua.c.* martionis *U,Np.c.m2* marcion *Aa.c.* et ipse *CD* 505 uolubilibus *Ep.c.* 510 uenis *om. A* 515 humidus *VU* 516 densis *D* 518 ac *VNU, Dp.c.Sa.c.* 520 bellia *E,Sa.r.* belial *C,DVNp.c.* belięl *Da.c.*

oris apostolici testis sententia prodit.
nemo habitum naturae aut inritamina peccans
corporis accuset; facile est frenare rebelles
525 adfectus carnis nimiosque retundere pulsus
materiae fragilis et uiscera uicta domare.
quippe animus longe praestantior, utpote summo
aethere demissus; subiectos si uelit artus
imperio quassare graui iussisque seueris
530 dedere, regnanti domino uis nulla resistit.
maior inest uis illa homini, quae flatile uirus
ingerit et tenuem tenui facit aëre mentem.
Parthica non aeque uentos transcurrit harundo,
cuius iter nullus potis est conprendere uisus;
535 praepes enim uolucres dum pinnis transuolat auras,
inprouisa uenit, nec stridor nuntiat ante
aduentum leti, quam pectoris abdita rumpat
securam penetrans medicato uulnere uitam.
sed magis aligera est magis et medicata sagitta,
540 quam iacit umbrosi dominatio lubrica mundi
eludens excussa oculos calamique uolantis
praepete transcursu cordis penetralia figens.
nec segnis natura animae est aut tarda cauendi
uulneris, ignitum quoniam deus indidit olli
545 ingenium purum, sapiens, subtile, serenum,
mobile, sollicitum, uelox, agitabile, acutum,
factorem modo casta suum ueneretur et ipsi
militet ac uictum proculcet sobria mundum
nil de pestiferis opibus aut falsificatis

540. 552 cf. Eph. 6, 16

Def. BPO 528 dimissus *AESU,Cp.c.Na.c.m2* dedimissus *D* subiectus *D*, *Aa.c.* *u. 530 om. N, add. imo mg.* resistet *VN* 533 partica *V* harunda *D* habendo *S* 534 conprehendere *Sp.c.* 535 pennis *CDVNEU,Sp.c.* 537 laeti *DVE,Sa.c.* loeti *NSp.c.* rumpit *NU*, *DVa.c.* 538 penetrans] princeps *Aa.c.* rapiens *VNS,E(mg.* ł penetrans) 543 segni *D,Ea.c.* 546 nobile *EMSU,Vmg.* uegetabile (*mg.* ał agitabile) *V* auctum *D* sanctum *ex* sactum *S* (*s.* ał acutum) 547 casta] facta *E,S* (*s.* ł casta) ipse *D*

550 terrarum spoliis stulto oblectamine libans,
ne sub fasce iacens alieno et dedita regno
non queat argutas hostis uitare sagittas.
sed quid ego omne malum mundique hominumque maligni
hostis ad inuidiam detorqueo, cum mala nostra
555 ex nostris concreta animis genus et caput et uim,
quid sint, quid ualeant, sumant de corde parente?
ille quidem fomes nostrorum et causa malorum est,
sed tantum turbare potest aut fallere, quantum
nos uolumus, qui decrepito suggesta leoni
560 armamenta damus: friget fera futtile frendens,
humani generis ni per suffragia gliscat.
gignimus omne malum proprio de corpore nostrum,
ut genuit Dauid, alias pater optimus, unum
crimen Abessalon; taetrum pater ille, sed unum,
565 innocuas inter suboles genuit patricidam,
ausus in auctorem generis qui stringere ferrum —
a pietas! — signis contraria signa paternis
egit et unius commisit sanguinis arma.
nostra itidem diros urente propagine natos
570 pectora parturiunt, uersis qui protinus in nos
morsibus insuescunt gignentum uiuere poenis;
depopulantur enim nimium fecunda parentum
uiscera et interitu genitalis stirpis aluntur.
progeniem uerum ille suam rex utpote summus
575 atque dei uates pariturae et uirginis auctor
tristibus atque piis uariauerat, ut Solomonis
frater Abessalon sereret sua crimina iustis
pigneribus dulcemque domum turbaret amaris.

559 cf. I Petr. 5, 8 563 sq. cf. II Reg. 14 sq.

Def. BPO 550 stulto] studio (*mg.* al. falso ł stulto) *V* 552 non queat] nequeat *V* 560 futile *EMU,Sa.c.* futi*le *N* 562 nostro *EMSU,DVp.c.* (*Smg.* al nostrum) 565 soboles *DEMSU* parricidam *Ep.c.* 567 ah *Np.c.m2* 569 duros *U* 570 protenus *Sa.c.Up.c.* 572 depopulatur *NESa.c.* 575 adque *A,Na.c.m2* uatis *A,ESa.c.* 576 adque *A,Na.c.m2* salomonis *VU,ESp.c.* 577 sereret sua] misceret *S*(*s.* al inferret sua) *U,Emg.* 578 pignoribus *ES* turbasset *E*

nos dignum Solomone nihil, nos degener inplet
580 solus Abessalon lacerans pia uiscera ferro.
si licet ex ethnicis quidquam praesumere uel si
de physicis exempli aliquid, sic uipera, ut aiunt,
dentibus emoritur fusae per uiscera prolis,
mater morte sua, non sexu fertilis aut de
585 concubitu distenta uterum, sed cum calet igni
percita femineo, moriturum obscena maritum
ore sitit patulo, caput inserit ille trilingue
coniugis in fauces atque oscula feruidus intrat
insinuans oris coitu genitale uenenum.
590 nupta uoluptatis ui saucia mordicus haustum
frangit amatoris blanda inter foedera guttur
infusasque bibit caro pereunte saliuas.
his pater inlecebris consumitur, at genetricem
clausa necat subolis; nam postquam semine adulto
595 incipiunt calidis corpuscula parua latebris
serpere motatumque uterum uibrata ferire,
aestuat interno pietatis crimine mater
carnificemque gemit damnati conscia sexus
progeniem, saepti rumpentem obstacula partus.
600 nam quia nascendi nullus patet exitus, aluus
fetibus in lucem nitentibus excruciata
carpitur atque uiam lacerata per ilia pandit.
tandem obitu altricis prodit grex ille dolorum
ingressum uitae uix eluctatus et ortum
605 per scelus exculpens, lambunt natale cadauer
reptantes catuli, prolis dum nascitur orba

582 cf. Herodot. III 109 al.

Def. BPO 579 salomone *VU,Ep.c.* (e *in ras.*) 581 scilicet *D,Na.r.* ethinicis *Aa.c.* ethicis *U,VNEp.c.* quicquam *A* (*contra morem huius cod.*) *CDNM* 582 phisicis *CDESU* fisicis *V* 585 distaentia *D* 586 obscaena *V* 587 trilinguae *CDNS,Aa.c.* 588 autque *D* adque *A,Na.c.* 590 nubta *A,Ep.c.* ui (i *in ras.*) *N* uis *C* 593 ad *A,NEa.c.* 594 necat (at *in ras.*) *V* subolis *A,Va.c.Na.c.m2* sobolis *CDE,SUa.c.* soboles *M,SUp.c.* adulta *Ua.c.* adul*to (l *in ras.*) *N* 596 mutatumque *D,Ep.c.* 599 septi *VD,Ap.c.* 601 foetibus *CDVU* fletibus *S* 602 adque *A,Na.c.m2* 606 proles *MU,VNSp.c.*

haud experta diem, miserae nisi postuma matris.
non dispar nostrae conceptus mentis: ab ore
uipereo infusum sic conbibit illa uenenum
610 coniuge Beliade, sic oscula deuorat haustu
interiusque rapit, sic felle libidinis ardens
inpletur uitiis perituro mixta marito.
tunc praegnans letale genus concepta maligni
fert opera ingenii de semine conplicis hydri,
615 quem poenis pensare prius sua facta necesse est
corruptae pro stupro animae proque orbe perempto.
ipsam porro animam crudelia uulnera carpunt
mille puerperiis, suboles dum parturit ex se
contra naturam genitas, peccamina crebra
620 scilicet et pastos materno funere natos.
hinc illa est domini iusta obiurgatio Christi:
‚nonne pater daemon, uos increpo, peccatores,
concubitu carnis semen sitientis iniquum
uos genuit?‘ sanctum, lector, percense uolumen:
625 quod loquor, inuenies dominum dixisse profanis
uera obiectantem mortalibus: ‘ex patre nam uos
esse meo genitos pietas, ait, ipsa probaret
ac pietatis opus‘, pro caeca libido! quid hoc est,
quod, cum se thalamis disponsam mens bona iustis
630 nouerit inque torum regis nuptura uocetur,
et regis semper iuuenis senioque repulso
diuinum decus aeterno seruantis in ore,
malit adulterium fuluo et se munere uilem
uendat nocticolae spurcis conplexibus Indi
635 aspernata dei fusam per uirginis artus

622 cf. Ioh. 8, 44 626 cf. Ioh. 8, 42

Def. BPO 607 matri *VNS* 610 beliadae *A,Np.c.Ea.c.* belliadae *Na.c.Ep.c.* 612 inpl. *AN* impl. *cet.* 613 laeta legenus *Ea.c.* laetale genus *Ua.c.* loetale genus *S,NEp.c.* 618 puerperii* *N* . subole *Na.c.* soboles *CDMSU* 622 doemon *U* demon *V* 624 perquire *U* *626—629 om. S, add. imo mg.* 629 desponsam *VNS* 630 thorum *VEU,Dp.c.m2* tohrum *ex* tronum *S* nubtura *AN* 633 mallit *ACDE,Sa.r.* furuo *E,S*(l l *s.* r),*Up.c.* ful*uo *N* 634 nocticulae *N*

progeniem dulcesque uocans in fornice natos?
sentio, quam contra moueat pellacia litem,
quo dente obnitens spinosa calumnia pugnet
nosque lacessito uocet ad luctamina uero.
640 'si non uult deus esse malum, cur non uetat?' inquit.
'nil refert, auctor fuerit factorque malorum,
anne opera in uitium sceleris pulcherrima uerti,
cum possit prohibere, sinat; qui si uelit omnes
innocuos agere omnipotens, nec sancta uoluntas
645 degeneret facto nec se manus inquinet ullo.
condidit ergo malum dominus, quod spectat ab alto,
et patitur fierique probat, tamquam ipse crearit;
ipse creauit enim, quod, cum discludere possit,
non abolet longoque sinit grassarier usu.'
650 damna aures, pater alme, meas et claude meatus
obbrutiscentis capitis, ne peruia tales
concipiat flexura sonos; est perdere tanti
extinctum uitae officium de parte cerebri,
inmunem modo sese anima expertemque nefandi
655 auditus felix stolida conseruet ab aure.
quis ferat haec iniecta deo conuicia, qui se
diuinis meminit praecellere nobilitatum
muneribus? multa ut taceam, uel sola benignum
res probat esse deum, uetiti quod amore peremptos
660 excitat e tumulis homines regnique per aeuum
participes iubet esse sui. qui si foret auctor
seruatorque mali, numquam post damna salutis
peccantumque obitus rediuiuam ferre medellam
uellet et amissos ope restaurare secunda.

Def. BPO *u. 638 om. VN (add. mg.)* 640 inquid *AV,Na.c* inquis *MU* in*quis *S* in*quit *E* *u. 641 om. S (add. imo mg.)* *in marg. ad u. 640—649:* uox martionis *NU* 643 qui] quod *MSU* 645 factor *D* 651 obbrutesc. *V,Na.c.m2* obrutesc. *Ep.c.* obrutisc. *ESUa.c.* (ru *in ras. U*) obmutisc. *Up.c.* obmutesc. *Sp.c.* *u. 652 om. N, add. mg.* concipiet *U* 654 immunem *AMSU* 656 innecta *CD* conuitia *CDES,Ua.c.m2* 659 pereptus *Aa.c.* 663 redeuiuam *A* medelam *DU,Np.r.* 664 uelle *A,Ea.c.* opere staurare *Na.c.* opere instaurare *CDEMS,U* (*mg.* l ope restaurare secunda) *Np.c.* secundo *EMSU,VNp.c.*

665 labi hominis, seruare dei est, meritis perit iste,
ille abolet pereuntis opus meritumque resoluit.
argumentum ingens dominum, qui talia praestet,
nolle malum nec, quod post abluit, ante probare.
inuitone aliquis potis est peccare Tonante,
670 cui facile est in corde hominis conponere sensus,
quos libeat, fibrasque omnes animare pudicis
pulsibus et totum uenis infundere honestum?
nescis, stulte, tuae uim libertatis ab ipso
formatore datam? nescis, ab origine quanta
675 sit concessa tibi famulo super orbe potestas
et super ingenio proprio laxaeque soluto
iure uoluntatis, liceat cui uelle sequique,
quod placitum, nullique animum subiungere uinclo?
an, cum te dominum cunctis, quaecumque crearat,
680 praeficeret mundumque tuis seruire iuberet
imperiis, cumque arua, polum, mare, flumina, uentos
dederet, arbitrium de te tibi credere auarus
nollet ut indigno libertatemque negaret?
quale erat, electus magni rex orbis ut esset
685 non rex ipse sui curto foedatus honore?
nam quis honos domini est, cuius mens libera non est,
una sed inpositae seruit sententia legi?
quae laus porro hominis uel quod meritum sine certo
inter utramque uiam discrimine uiuere iuste?
690 non fit sponte bonus, cui non est prompta potestas
uelle aliud flexosque animi conuertere sensus.
atqui nec bonus est nec conlaudabilis ille,
qui non sponte bonus, quoniam probitate coacta
gloria nulla uenit sordetque ingloria uirtus;
695 nec tamen est uirtus, ni deteriora refutans
emicet et meliore uiam petat indole rectam.

684 cf. Gen. 1, 28

Def. BPO 668 *in mg. ad 669—671*: martionis uox *N* 674 nescisque *U* 678 uinclis *Aa.c.* 679 crearit *MU,Sa.c.* 682 dederet (e *ult. in ras.*) *C* dederit *E* 692 adqui *A,N* (d *in ras.*)

'uade', ait ipse parens opifexque et conditor Adae,
'uade, homo, adflatu nostri praenobilis oris,
insubiecte, potens rerum arbiter, arbiter idem
700 et iudex mentis propriae, mihi subdere soli
sponte tua, quo sit subiectio et ipsa soluto
libera iudicio. non cogo nec exigo per uim,
sed moneo: iniustum fugias iustumque sequaris.
lux comes est iusti, comes est mors horrida iniqui,
705 elige rem uitae! tua uirtus temet in aeuum
prouehat, aeternum tua damnet culpa uicissim,
praestet et alterutram permissa licentia sortem.'
hac pietate uagus et tanto munere abundans
transit propositum fas et letalia prudens
710 eligit atque uolens magis utile dum sibi credit,
quod prohibente deo persuasit callidus anguis.
persuasit certe hortatu, non inpulit acri
imperio — hoc mulier rea criminis exprobranti
respondit domino suadellis se male fabris
715 inlectam suasisse uiro — uir et ipse libenter
consensit. licuitne hortantem spernere recti
libertate animi? licuit; namque et deus ante
suaserat, ut meliora uolens sequeretur, at ille
spernens consilium saeuo plus credidit hosti.
720 nunc inter uitae dominum mortisque magistrum
consistit medius: uocat hinc deus, inde tyrannus
ambignum atque suis se motibus alternantem.
accipe gestarum monumenta insignia rerum,
praelusit quibus historia spectabile signum!

698 cf. Gen. 2, 7. 16—17 711 cf. Gen. 3, 1 sq. 714 cf. Gen. 3, 13

Def. BPO 697 unde ait *SU* uado ait *Dp.c.* 698 homo et *U,Dp.c.m2* 699 insubiecta *VNU,Sp.c.* arbiter *semel CESa.c.* rerum orbis arbiter idem *Ep.c.* 705 tua *om. Aa.c.* 706 proueat *V,Sa.c.* 708 uigens *MU,Sp.c.* habundans *V,Na.r.* 709 laetalia *V* loetalia *S,Np.c.* 710 adque *A,Na.c.m2* uolens illud magis utile retur *U,Smg.* 714 suadelis *CDVSU,Np.r.* flabris *VEp.c.* 716 retecti *D* 718 at] ad *A,Na.c.m2* 721 hinc deus uocat *Aa.c.* tyrannis *D* 722 adque *A,Na.c.m2*

725 Loth fugiens Sodomis ardentibus omnia secum
pignera cara domus properabat sede relicta
nubibus urbicremis subducere, sulpure cum iam
nimboso ignitus caelum subtexeret aër
flagrantemque diem crepitans incenderet imber.
730 angelus hanc hospes legem praescripserat ollis
emissus uirtute dei sub imagine dupla,
omnis ut e portis iret domus utque in apertum
dirigeret constans oculos nec pone reflexo
lumine regnantes per moenia cerneret ignes:
735 'nemo, memor Sodomae, quae mundi forma cremandi est,
ut semel e muris gressum promouerit, ore
post tergum uerso respectet funera rerum!'
Loth monitis sapiens obtemperat, at leuis uxor
mobilitate animi torsit muliebre retrorsus
740 ingenium Sodomisque suis reuocabilis haesit.
traxerat Euua uirum dirae ad consortia culpae,
haec peccans sibi sola perit: solidata metallo
diriguit fragili saxumque liquabile facta
stat mulier, sicut steterat prius, omnia seruans,
745 caute sigillati longum salis effigiata,
et decus et cultum frontemque oculosque comamque
et flexam in tergum faciem paulumque relata
menta retro, antiquae monumenta rigentia noxae.
liquitur illa quidem salsis sudoribus uda,
750 sed nulla ex fluido plenae dispendia formae
sentit deliquio, quantumque armenta saporum
attenuant saxum, tantum lambentibus umor

725 sq. cf. Gen. 19, 23 sq.

Def. BPO 725 lot *V* loht *N* 726 pignora *VMSU* 727 sudducere *Ap.c.* sulpure *Na.c.* sulpore *A* sulphore *E* sulpfure *D* sulphure *cet.* 728 contexeret (al. sub *s.* con) *V* 730 praescribserat *A* 732 atque *S* 733 ponere flexo *DU* 737 postergum *S* 738 lot *V* monitus *Aa.c.* optemperat *DV,Np.c.* ad *A,Na.c.m2* 739 retrossus *C* retrorsum *Va.c.* 741 traxerat (rat *in ras.*) *U* traxerit *Sa.c.* eua *CD,Np.c.m2* (e *in ras.*) aeua *V,U* (*in ras.*) 750 fluuido *V,Up.c.m2* 752 adtenuant *V* humor *V,Up.c.m2*

sufficit attritamque cutem per damna reformat.
hoc meruit titulo peccatrix femina sisti
755 infirmum fluidumque animum per lubrica soluens
consilia et fragilis iussa ad caelestia. uoti
propositum contra non conmutabile seruat
Loth ingressus iter nec moenia respicit alto
in cinerem conlapsa rogo populumque perustum
760 et mores populi, tabularia, iura forumque,
balnea, propolas, meritoria, templa, theatra
et circum cum plebe sua madidasque popinas.
quidquid agunt homines Sodomorum incendia iustis
ignibus inuoluunt et Christo iudice damnant.
765 haec fugisse semel satis est, non respicit ultra
Loth noster, fragilis sed coniunx respicit et, quae
fugerat, inuerso mutabilis ore reuisit
atque inter patrias perstat durata fauillas.
en tibi signatum libertatis documentum,
770 quo uoluit nos scire deus, quodcumque sequendum est,
sub nostra dicione situm passimque remissum
alterutram calcare uiam. duo cedere iussi
de Sodomis: alter se proripit, altera mussat,
ille gradum celerat fugiens, contra illa renutat;
775 liber utrique animus, sed dispar utrique uoluntas.
diuidit huc illuc rapiens sua quemque libido.
talem multa sacris speciem notat orbita libris:
aspice Ruth gentis Moabitidis et simul Orfan!
illa socrum Noomin fido comitatur amore,
780 deserit haec, atquin thalamis et lege iugali
exutae Hebraeisque toris sacrisque uacantes,

778 cf. Ruth 1, 4 sq.

Def. BPO 758 ingressus *Np.c.m2* 759 cineres *Va.c.* conlabsa *AN* 761 propulas *VNa.c.m2* 766 coniux *A,Sa.c.* 768 adque *A,Na.c.m2* 770 quo] quod *MS,Ua.c.* 774 ille renutat *M,SUa.c.* 775 liber uterque *Aa.c.* 778 orpham *ex* orfam *Um2* orphan *EMS* 779 noomin *AE,Na.c.m2 et LXX* noomi *Sa.c.* noemin *cet.* 780 adquin *A,Sa.c. Na.c.m2* 781 thoris *ESU* uocantes *ANa.c.* (*in N* ntes *in ras.*)

iure fruebantur proprio, sed pristinus Orfae
fanorum ritus praeputia barbara suasit
malle et semiferi stirpem nutrire Goliae.
785 Ruth, dum per stipulas agresti amburitur aestu,
fulcra Boos meruit castoque adscita cubili
Christigenam fecunda domum, Dauitica regna,
edidit atque deo mortales miscuit ortus.
saepe egomet memini fratres geminos ad hiulcum
790 peruenisse simul biuium nutante iuuenta
et dubitasse diu bifido sub tramite, quodnam
esset iter melius, cum dextrum spinea silua
sentibus artaret scopulosaque semita longe
duceret aërium cliuoso margine callem,
795 at laeuum nemus umbriferum per amoena uirecta
ditibus ornaret pomis et lene iacentem
planities daret ampla uiam; squalentibus unum
contentum spinis reptasse per ardua saxa,
porro alium campo sese indulsisse sinistro,
800 illum sideribus caput inmiscere propinquis,
hunc in caenosas subito cecidisse paludes.
omnibus una subest natura, sed exitus omnes
non unus peragit placitorum segrege forma.
haud secus, ac si olim per sudum lactea forte
805 lapsa columbarum nubis descendat in aruum
ruris frugiferi, laqueos ubi callidus auceps
praetendit lentoque inleuit uimina uisco
sparsit et insidias siliquis uel farre doloso:
inliciunt alias fallentia grana gulamque
810 innectunt auidam tortae retinacula saetae,

785 cf. Ruth 2, 3 786 cf. Ruth 4, 13 787 cf. Ruth 4, 22

Def. PO, B usque ad u. 805 782 or*fae (r *in ras.*) *N* orphe *S* orphae *EM,Up.c.m2* 783 praeputia *A* proputia *D* 786 fulchra *VU* booz *CDVEMSU,Np.c.m2* 787 cristigenam *N* diutica *D* 788 adque *A,Na.c.m2* 791 bifidos *Up.c.m2* 793 scopolosaque *ES,Aa.c.* 795 ad *A,NUa.c.* 805 labsa *AN,Sa.c.* nubis *ACDE,Na.c.m2* nubes *cet.* discendat *A,Cmg. Na.c.m2* 806] *denuo incipit B* 809 tulamque *N*

molle uel inplicitas gluten circumligat alas,
ast aliae, quas nullus amor prolectat edendi,
gressibus innocuis sterili spatiantur in herba
suspectamque cauent oculos conuertere ad escam.
815 mox ubi iam caelo reuolandum, pars petit aetram
libera sideream plaudens super aëra pinnis,
pars captiua iacet laceris et saucia plumis
pugnat humi et uolucres nequiquam suspicit auras.
sic animas caeli de fontibus unicoloras
820 infundit natura solo, sed suauibus istic
deuinctae inlecebris retinentur et aethera paucae
conscendunt reduces, multas uiscosus inescat
pastus et ad superas percurrere non sinit auras.
praescius inde pater liuentia tartara plumbo
825 incendit liquido piceasque bitumine fossas
infernalis aquae furuo subfodit Auerno
et Flegetonteo sub gurgite sanxit edaces
perpetuis scelerum poenis inolescere uermes.
norat enim flatu ex proprio uegetamen inesse
830 corporibus nostris animamque ex ore perenni
formatam non posse mori, non posse uicissim
pollutam uitiis rursum ad conuexa reuerti
mersandam penitus puteo feruentis abyssi.
uermibus et flammis et discruciatibus aeuum
835 inmortale dedit, senio ne poena periret,
non pereunte anima: carpunt tormenta fouentque
materiem sine fine datam, mors deserit ipsa
aeternos gemitus et flentes uiuere cogit.
at diuersa procul regionibus in paradisi

Def. PO 814 aescam *CDEU* 815 caelum *Ep.c.* aetram *AV* etra* *Na.c.* aethra *Np.c.* aethram *cet.* 816 pennis *CDVMU,ESp.c.Np.c.m2* 819 unicolores *Np.c.m2Sp.c.* 820 suasibus *B* 821 et ad aethera *Sp.c.* et ae*tera (h *s.* te) *N* 822 inaescat *NU* 826 aquae] atque *B* feruo *B* 827 flegetontaeo *BV* flege thontaeo *S* iurgite *N* 828 ponis *B* 829 uigetamen *C* uigetam* *D* uegitamen *E* 830 animaque *D* 831 formatam (*s.* al. infusam) *S* 832 sursum *V* 836 fauentque *Aa.c.* fouenque *B* 839 ad *A,Na.c.m2Sa.c.* paradissi *ACD,Na.r.* paradysi *EU*

840 praemia constituit maiestas gnara futuri
spiritibus puris et ab omni labe remotis,
quique Gomorreas non respexere ruinas,
auersis sed rite oculis post terga tenebras
liquerunt miseri properanda pericula mundi.
845 ac primum facili referuntur ad astra uolatu,
unde fluens anima structum uegetauerat Adam;
nam quia naturam tenuem decliuia uitae
pondera non reprimunt nec tardat ferrea conpes,
concretum celeri relegens secat aëra lapsu
850 exsuperatque polum feruens scintilla remensum
carcereos exosa situs, quibus haeserat exul;
tunc postliminio redeuntem suscipit alto
cana Fides gremio tenerisque oblectat alumnam
deliciis multos post diuorsoria carnis
855 ore renarrantem querulo, quos passa, labores.
illic purpureo latus exporrecta cubili
floribus aeternis spirantes libat odores
ambrosiumque bibit roseo de stramine rorem
ditibus et longo fumantibus interuallo
860 fluminaque et totos caeli sitientibus imbres
inplorata negat digitum insertare palato
flammarumque apices umenti extinguere tactu.
nec mirere locis longe distantibus inter

Def. PO 840 gnara] genera *B* 842 gomorraeas *CE,Ap.c.* 843 posterga *DB,Sa.c.* 844 miseri et *SUp.c.* 848 compes *DBMSU,Np.c.* 849 releges *B* aere *B,ESa.c.* labsu *A* 850 exuberatque *Sa.c.* exuperatque *NMU,Sp.c.* 852 postlimini *B* 854 diuersoria *CDVNM,Ua.c.Sp.c.* 855 narrantem *Sp.c.* quas *D* 858 sgramine *Dp.c.* gramine *VNMU* *post 858 add. U:* ast aliae, quas dira lues errorque malignus | immersit tenebris uastoque obsedit auerno, | haut impune piis a (piis a *in ras.*) semet abesse fatentur | conciliis meritis (meritas *p.c.*) ferre et (*in ras.*) per saecula poenas (poenas *in ras.*). | quis patris antiqui aut aegri reuerentis abysso | exclusis mundique bonis cum morte (mo *in ras.*) potitis (*duo ultimi uu. mg. additi sunt*); *in NS iidem sex uersus mg. m2 add.* (semet deesse, meritas poenas per saecula ferre [meritasque *N*]) 862 humenti *V,S* (h *in ras.*) *Up.c.m2* 863 longe *om. A, post inter lin. inser.*

damnatas iustasque animas concurrere uisus
865 conspicuos meritasque uices per magna notari
interualla, polus medio quae diuidit orbe.
errat, quisque animas nostrorum fine oculorum
aestimat, inuoluit uitreo quos lucida palla
obice, quis speculum concreta coagula texunt
870 inpediuntque uagas obducto umore fenestras.
numne animarum oculis denso uegetamine guttae
uoluuntur teretes aut palphebralibus extra
horrescunt saetis cilioue umbrante teguntur?
illis uiua acies nec pupula parua sed ignis
875 traiector nebulae uasti et penetrator operti est.
nil ferrugineum solidumue tuentibus obstat,
nocturnae cedunt nebulae, nigrantia cedunt
nubila, praetenti cedit teres area mundi,
nec tantum aërios uisu transmittit hiatus
880 spiritus, oppositos sed transit lumine montes,
Oceani fines atque ultima litora Thylae
transadigit uolucresque oculos in tartara mittit.
nostris nempe omnes pereunt sub nocte colores
uisibus et caeco delentur tempore formae.
885 numquid et exuti membris ac uiscere perdunt
agnitione notas rerum uel gressibus errant?
una animas semper facies habet et color unus
aëris, ut cuique est meritorum summa, sinistri
seu dextri. alternas nec commutabile tempus
890 conuertit uariatque uices; longum atque perenne est,
quidquid id est, unus uoluit sua saecula cursus.
expertus dubitas animas percurrere uisu

Def. PO 867 quique *N* 868 inuolui *CDE,VSUp.r.* 870 humore *VMSU* 871 numen *Aa.c.* *u. 871 om. N, add. mg.* uegit. *E* 872 palphebr. *ABES* palpebr. *cet.* 873 umbra* *N* 874 nec] et *VN* 877 *alt.* caedunt *VU,Ba.c.* 878 p*atenti *V* 879 transmisit *Va.c.* 880 oppositus *N* 881 adque *A,Na.c.m2* lithora *E* littora *V* thilae *VMU* tilae *E* 883 omnes] oculis *E* (*mg. l* omnes) 885 et *om. B* exutae *M,U*(*s. l.* exuti) exute *ESp.c.* 889 commut. *codd. omnes* 890 adque *A,Na.c.m2* 892 expertos *SUp.c.* uisus *MU,Sp.c.m2*

abdita corporeis oculis, cum saepe quietis
rore soporatis cernat mens uiua remotos
895 distantesque locos aciem per rura, per astra,
per maria intendens; nec enim se segregat ipsa
ante obitum uiuis ex artubus aut fugit exul
sanguinis et carnis penetralia seque medullis
exuit abductamue abigit de pectore uitam,
900 uiscerea sed sede manens speculatur acutis
omnia luminibus et, qua circumtulit acrem
naturae leuis intuitum nullo obice rerum
disclusa, ante oculos subiectum prospicit orbem
atque orbis sub mole situm sordens elementum.
905 obiacet interea tellus nec uisibus obstat,
quin si stelligerum uultus conuertat ad axem,
nil intercurrens obtutibus inpedit ignem
peruigilis animae, quamuis denseta grauentur
nubila et opposito nigrescat uellere caelum.
910 sic arcana uidet tacitis cooperta futuris
corporeus Iohannis adhuc nec carne solutus,
munere sed somni paulisper carne sequestra
liber ad intuitum sensuque oculisque peragrans
ordine dispositos uenturis solibus annos
915 procinctum uidet angelicum iam iamque cremandi
orbis in excidium tristes et percipit aure
mugitus grauium mundi sub fine tubarum.
haec ille ante obitum membrorum carcere saeptus
secedente anima, non discedente uidebat;
920 nonne magis flatus sine corpore cuncta notabit
corporis inuolucris tumulo frigente repostis?

910 sq. cf. Apoc. 1, 9—10 915 sq. cf. Apoc. 4. 5, 11. 7, 11. 8, 7
917 cf. Apoc. 8, 6

Def. PO 894 uuiua *B* 896 gregat *Aa.c.* 897 aut] ut *B* exsul *V* 904 adque *A,Na.c.m2* 906 stilligerum *AB,Na.c.m2* 908 densata *VU,ESp.c.Cmg.* 910 archana *VMSU* futuris (*mg.* ł figuris) *U* 911 iohannes *CDMU,Np.c.m2Vp.c.S*(*ex* iohanis) 913 liberat *NMU, Sa.c.* 916 tristes] raucos *DVNEMU,S*(*s.* al. tristes),*Cmg.* 918 septus *BVMSU* 921 inuolucres *B* inuoluclis *Vp.c.*

certa fides rapidos subterna nocte caminos,
qui pollutam animam per saecula longa perenni
igne coquunt, oculis longum per inane remoti
925 pauperis expositos, nec setius aurea dona
iustorum dirimente chao rutilasque coronas
eminus ostendi poenarum carcere mersis.
hinc paradisicolae post ulcera dira beato
proditur infelix ululans in peste reatus
930 spiritus inque uicem meritorum mutua cernunt.
O dee cunctiparens, animae dator, o dee Christe,
cuius ab ore deus subsistit spiritus unus,
te moderante regor, te uitam principe duco,
iudice te pallens trepido, te iudice eodem
935 spem capio fore quidquid ago ueniabile apud te,
quamlibet indignum uenia faciamque loquarque.
confiteor, dimitte libens et parce fatenti!
omne malum merui, sed tu bonus arbiter aufer,
quod merui, meliora fauens largire precanti
940 dona animae quandoque meae, cum corporis huius
liquerit hospitium neruis, cute, sanguine, felle,
ossibus exstructum, corrupta quod incola luxu
heu nimium conplexa fouet, cum flebilis hora
clauserit hos orbes et conclamata iacebit
945 materies oculisque suis mens nuda fruetur,
ne cernat truculentum aliquem de gente latronum,
inmitem, rabidum uultuque et uoce minaci
terribilem, qui me maculosum aspergine morum
in praeceps ut praedo trahat nigrisque ruentem

922 cf. Matth. 13, 42 924 sq. cf. Luc. 16, 26 925 et 930 cf. Luc. 16, 23

Def. PO 922 rabidos *MU,Sa.c.* subterna (*s.* al. aeterna) *S* sub terra (rr *in ras. m2*) *N* sub tetra *U* 928 paradissicolae *A,NEa.r.* paradysicolae *CDU* *post 930 spatium unius uersus U, in quo magnis litt. unc. colore prasino pictum exstat* oratio poetae, *in mg. CDMS* oratio 931 ode (*priore loco*) *B* 936 ueniam *B* 942 extructum *BVEU* extructam *C* 943 complexa *DBV* fleuilis *B* 947 rabidem *ex* rapidum *S* minaci (ci *in ras.*) *N* minacem *Ba.c.*

950 inmergat specubus cuncta exacturus adusque
quadrantem minimum damnosae debita uitae!
multa in thensauris patris est habitatio, Christe,
disparibus discreta locis. non posco beata
in regione domum; sint illic casta uirorum
955 agmina, puluereum quae dedignantia censum
diuitias petiere tuas, sit flore perenni
candida uirginitas animum castrata recisum,
at mihi tartarei satis est si nulla ministri
occurrat facies auidae nec flamma gehennae
960 deuoret hanc animam mersam fornacibus imis.
esto, cauernoso, quia sic pro labe necesse est
corporea, tristis me sorbeat ignis Auerno,
saltem mitificos incendia lenta uapores
exhalent aestuque calor languente tepescat;
965 lux inmensa alios et tempora uincta coronis
glorificent, me poena leuis clementer adurat.

950 cf. Matth. 5, 26 952 cf. Ioh. 14, 2

Def. PO 951 debitae *Aa.c.* 952 thens. *A,Na.c.* tes. *Sa.c.* thes. *cet.* 957 castratata *Aa.c.* 958 ad *A,Na.c.m2* 961 laue *B* 962 corporea] ut *add. E* 963 saltem *ACDBMS,VNp.c.m2Ua.c.m2* saltim *cet.* 965 timpora *CD,Ep.c.* glorificet *B*

explicit liber primus amartigenia incipit liber tertius psychomachia *B* finit amartigenia liber III incipit psichomachia liber IIII praefatio *V* finit amartigeniae (*alt.* e *p.c.m2*) liber secundus incipit psychomachiae (e *m2*) liber tertius praefatio *N* finit amartigenia liber II incipit psychomachia liber III *M* finit amartigenia liber II incipit psycomachia liber III incipit brefatio *S* explicit liber secundus prudentii amartigenia *E* explicit amartigenia de origine peccatorum aurelii prudentii uiri eloquentissimi liber secundus deo gratias. amen. amen. amen. *(haec subscriptio speciose picta ductibus uariis totam paginam conplet) C; deest subscriptio in ADU (in U magna est rasura, cuius spatium olim fortasse conpleuerat subscriptio eadem fere, quae est in M et S)*

IV.

PSYCHOMACHIA.

CODICES:

A = *Parisinus lat. 8084 saec. VI ('Puteaneus').*
C = *Cantabrigiensis Corp. Chr. 223 saec. IX—X.*
D = *Dunelmensis B 4. 9. saec. X.*

B = *Ambrosianus D 36 sup. saec. VII (def. Psych. 668—892).*
V = *Vaticanus Reg. 321 saec. X.*
N = *Parisinus lat. 8305 saec. X.*

P = *Parisinus lat. 8086 saec. X (continet Psych. 811—915).*
E = *Leidensis Burm. Q. 3 saec. X.*

M = *Casinensis 374 saec. IX (pars minor saec. XI).*
O = *Oxoniensis Oriel 3 saec. X.*
S = *Sangallensis 136 saec. IX uel X ineuntis.*
U = *Bernensis bibl. urbanae 264 saec. IX (def. 284—520 et a 641 usque ad finem).*

K = *Cantabrigiensis Corp. Chr. 23 saec. XI.*
R = *Aurelianensis 307 saec. XI (inc. a u. 111).*
W = *Vaticanus Reg. 278 saec. IX (def. Praef. et u. 668—892).*

⟨PRAEFATIO.⟩

Senex fidelis, prima credendi uia
Abram, beati seminis serus pater,
adiecta cuius nomen auxit syllaba,
Abram parenti dictus, Abraham deo,
5 senile pignus qui dicauit uictimae
docens, ad aram cum litare quis uelit,
quod dulce cordi, quod pium, quod unicum,
deo libenter offerendum credito,
pugnare nosmet cum profanis gentibus
10 suasit suumque suasor exemplum dedit
nec ante prolem coniugalem gignere
deo placentem, matre uirtute editam,
quam strage multa bellicosus spiritus
portenta cordis seruientis uicerit.
15 Victum feroces forte reges ceperant
Loth inmorantem criminosis urbibus,
Sodomae et Gomorrae, quas fouebat aduena
pollens honore patruelis gloriae.

1 cf. Gen. 15, 6 15 cf. Gen. 14, 12

Def. *De inscriptionibus codd. BVNMS cf. ad H 966;* incipit psycho-
PORW machia *E* (*s. cum imagine picta* abraham sacrificat filium suum isaac); incipit psychomachia (psichomachia *D*) prudentii liber tertius. aurelius prudens uirtutum proelia clemens. cum uitiis cecinit metrica scolasticus arte *C et m. rec. D; deest inscr. in AUK, deest tota praefatio in W; in fronte paginarum totius libri* pr (*sinistra*) psycho (*dextra quaque pag.*) *N* prudentii (*om. C*) lib. III (*sinistra*) psychomachia (*dextra*) *AC; deest Ps usque ad u. 110 in R, usque ad u. 811 in P, tota Ps in O ante u. 1 in mg.* de abraham *C u. 1 alio ductu litt. minusculis add. B, ubi u. 2 a permagna litt. initiali* (*alio tamen ductu scripta*) *incipiens primus praefationis uersus esse uidetur* uia est *U,SKp.c.m2* 2 abraham *VSa.r.* 4 parente *DKp.c.* (*in D iterum in* parenti *corr.*) 5 dicabit *Np.c.m2* 10 suasorforexemplum *Ba.c.* 12 placentem] parente *MSU* (parente matre uirtute *in ras. S*) 14 se*uientis *CVN* se uientis *D* seuientis *Sp.c.* saeuientis *MUK inter 14 et 15 spatium D ante 15:* de lot capto *C imago picta in EK cum inscr.:* ubi quinque reges praedati sunt loth 15 uinctum *K,Dp.c.* coeperant *CVEUK,Aa.c. Sp.c.* ce*perant *D* 16 immorantem *Ap.c.EU*

Abram sinistris excitatus nuntiis
audit propinquum sorte captum bellica
seruire duris barbarorum uinculis.
armat trecentos terque senos uernulas,
pergant ut hostis terga euntis caedere,
quem gaza diues ac triumfus nobilis
captis tenebant inpeditum copiis.
quin ipse ferrum stringit et plenus deo
reges superbos mole praedarum graues
pellit fugatos, sauciatos proterit.
frangit catenas et rapinam liberat:
aurum, puellas, paruulos, monilia,
oues, equarum uasa, uestem, buculas.
Loth ipse ruptis expeditus nexibus
attrita bacis colla liber erigit,
Abram triumfi dissipator hostici
redit recepta prole fratris inclytus,
ne quam fidelis sanguinis prosapiam
uis pessimorum possideret principum.
adhuc recentem caede de tanta uirum

22 cf. Gen. 14, 14

Def. *ante 19:* abraham hostes persequitur *C et m. rec. D; imago picta*
PORW *in EK cum inscr.:* abraham (abram *K*) post praedones currit 19 abraham *Cp.c.Ka.c.* 24 triumfus *ABN* triumphator *U* triumphus *cet.* 25 tenebat *Sp.c.* 31 oues *A,CDmg.* graeges *B* greges *cet.* buculas (bu *in ras.*) *S* bucculas *U* bucula *A* 32 expeditus (us *in ras.*) *B* nexibus] uinculis *V* (*mg.m2* al nexibus) *NS, s. in K* 33 adtrita *NE,Aa.c.* bacis *D* (*in ras. m2*) bagis *MU,Sa.c.* bogis *Sp.c.* bachiis *ex* brachiis *C* *inter 33 et 34 spatium D* *ante 34:* abram reuertitur de cede hostium *C; imago picta cum inscr.:* abraham deuictis hostibus recepto loth cum uictoria reuertitur *EK* 34 abraham *E,Ka.c.* triumfi *ABN* triumphi *cet.* 35 inclytis *A* inclitus *UK,Ba.c.* 36 qua *K* (*mg.* quam), *CDp.r.* prosapiam (o *corr. ex* i; m *s.* s) *A* prosapiem *U* 37 possederet *A* possidere *Ba.c.m2* *inter 37 et 38 spatium D* *ante 38:* de melchisedec *C; imago picta in EK cum inscr.:* abram decimas offert melchisedech deo sacrificium offert *E* abraham decimas offert et melchisedech abrahe panem et uinum melchisedech rex et sacerdos *K* 38 de *om. K*

donat sacerdos ferculis caelestibus,
40 dei sacerdos rex et idem praepotens
[origo cuius fonte inenarrabili
secreta nullum prodit auctorem sui,]
Melchisedec, qua stirpe, quis maioribus
ignotus, uni cognitus tantum deo.
45 mox et triformis angelorum trinitas
senis reuisit hospitis mapalia,
et iam uietam Sarra in aluum fertilis
munus iuuentae mater exsanguis stupet
herede gaudens et cachinni paenitens.
50 Haec ad figuram praenotata est linea,
quam nostra recto uita resculpat pede:
uigilandum in armis pectorum fidelium
omnemque nostri portionem corporis,
quae capta foedae seruiat libidini,
55 domi coactis liberandam uiribus,
nos esse large uernularum diuites,
si, quid trecenti bis nouenis additis
possint, figura nouerimus mystica.
mox ipse Christus, qui sacerdos uerus est,
60 parente natus alto et ineffabili,

40 cf. Gen. 14, 18 sq. 41 Hebr. 7, 3 45 cf. Gen. 18, 1 sq. 47 cf. Gen. 21, 2 49 cf. Gen. 18, 10

Def. *41 - 42 desunt in A et, ni fallor, interpolati sunt* 43 melchisedec *A* *PORW* melchisedhec *N* melchisedech *cet.* *inter 44 et 45 spatium D* *ante 45:* de angelis hospitio abrae susceptis *C; imago picta in EK cum inscr.:* abraham sub arbore cum angelis loquitur *E* ubi tres angeli apparent abrahe in conualle mambrae *K* 46 mapalia (p *in ras.*) *C* mappalia *U* magalia *S* 47 uieta *K,DVEp.r.* (uietam *Dmg.*) uigetam *S* *in ras.* (*s.* l quietam) quietam *MU,Ca.r.* sara *DEp.r.* fertile *U,* *Sp.c.* 48 iuuente *DV,Ba.c.* inuente *Sa.c.* uenire *U,Ss.* 49 cacinni *BS* chacinni *N* chachinni *V* *inter 49 et 50 spatium D* *ante u. 50:* mystica narrat *C* 53 corporis] pectoris *C* (*mg.m2* corporis) *D* (*mg.* corporis) *E,S in ras.* 54 foede *B* fedae *C* fede *DK,Sa.c.m2* seruibat *Cmg.m2* 55 utribus *B* 56 bernularum *Np.c.m2* 57 ter centi *V* 58 possit *U* mistica *KVS* 60 parente inenarrabili (innarrabili *V*) atque uno satus *CDVNEK* (*in C et Nmg.m2 adscr.:*

cibum beatis offerens uictoribus
paruam pudici cordis intrabit casam
monstrans honorem trinitatis hospitae;
animam deinde spiritus conplexibus
65 pie maritam, prolis expertem diu,
faciet perenni fertilem de semine,
tunc sera dotem possidens puerpera
herede digno patris inplebit domum.

Christe, graues hominum semper miserate labores,
qui patria uirtute cluis propriaque sed una —
unum namque deum colimus de nomine utroque,
non tamen et solum, quia tu deus ex patre, Christe —
5 dissere, rex noster, quo milite pellere culpas
mens armata queat nostri de pectoris antro,
exoritur quotiens turbatis sensibus intus
seditio atque animam morborum rixa fatigat,
quod tunc praesidium pro libertate tuenda
10 quaeue acies furiis inter praecordia mixtis
obsistat meliore manu. nec enim, bone ductor,
magnarum uirtutum inopes neruisque carentes
christicolas uitiis populantibus exposuisti;
ipse salutiferas obsesso in corpore turmas
15 depugnare iubes, ipse excellentibus armas
artibus ingenium, quibus ad ludibria cordis

Def. *POR,W usque ad finem Praefationis* parente natus alto et ineffabili) *post 60 unus uersus* (parente inenarrabili atque uno satus?) *erasus est in S* 64 spiritibus *A,Ea.c.* complexibus *DBK* 65 polis *Ba.c.m2* experte *Ba.c.* 67 possedens *Aa.c.* 68 impl. *ex* inpl. *A* inpleuit *B* impleuit *E,CD* (u *in* b *corr.*) *post 68:* explicit prefacio *S* inuocatio *D(m2)* I inuocatio *C* aurelii prudent certamen uirtutum contra uitia *W* incipit liber *N(mg. unc. litt.), imago picta in EK cum inscr.:* prudentius orat, *nulla inscr. in ABVMU* *u. 1 litt. purpuratis pictus in A, litt. uersicoloribus in B, litt. unc. et litt. initiali speciosissime picta in U*

3 utroque (*s.* trino) *S* trino *UK,D in ras. Wp.c.* 4 tu es deus *K* 8 adque *A,NEa.c.* animum *U,Dp.c.m2* anim*m *K* 11 doctor (I u *s.* o) *K,Vp.c.* (o *pr. in ras.*) doc*or (o *pr. in ras.* t *s. ras.*) *N* 13 cristicolas *SK* 14 salutiferos *Ba.c.* *u. 15 om. K, add. mg.* armas (as *in ras.*) *CS* armis *E* 16 ludebria *A*

obpugnanda potens tibi dimicet et tibi uincat.
uincendi praesens ratio est, si comminus ipsas
uirtutum facies et conluctantia contra
20 uiribus infestis liceat portenta notare.

Prima petit campum dubia sub sorte duelli
pugnatura Fides agresti turbida cultu,
nuda umeros, intonsa comas, exerta lacertos;
namque repentinus laudis calor ad noua feruens
25 proelia nec telis meminit nec tegmine cingi,
pectore sed fidens ualido membrisque retectis
prouocat insani frangenda pericula belli.
ecce lacessentem conlatis uiribus audet
prima ferire Fidem ueterum Cultura deorum.
30 illa hostile caput faleratagque tempora uittis
altior insurgens labefactat et ora cruore
de pecudum satiata solo adplicat et pede calcat
elisos in morte oculos animamque malignam
fracta intercepti commercia gutturis artant
35 difficilemque obitum suspiria longa fatigant.
exultat uictrix legio, quam mille coactam

Def. POR 17 obpugn. *cum ABNE* dimicat *W* 18 cominus *V* 20 portenta (r *in ras.*) *B* potenta *Wa.c.* *ante u. 21:* II fides *C* narratio (fidei et idololatriae pugna *m. rec. add.*) *D* fides contra idolatriam pugnat *Vmg.* (*unc. litt.*); *imago picta in EUK cum inscr.:* fides cultura deorum *U* fides pugnat contra ueterum culturam deorum *E* fides secura adhuc belli ignara idolatriam repugnat prima *K* 23 humeros *DVU* humerus *Sa.c.* comas *om. W* exesta *W* 24 calor] labor *A,Dmg.* 26 sed *om. V, add. s.* *inter 27 et 28 spatium DK* *ante 28:* III cultura deorum *C* de cultura deorum *U* 29 perire *D* fide *A* *ante 30 imago picta in UE* (*in E cum inscr.* fides ueterum culturam deorum prosternit et pede calcat) 30 uitis (i *alt. in ras.*) *Wa.c.* uictis *S* 31 ore *Sp.c.* *in mg. ad u. 31:* fides idolatriam calcat *V* (*unc. litt.*) 32 saciata *CDVEU,Na.c.* applicat *BVU,Np.c.m2* 33 mortem *CDSUK* 34 intercoepti *AU* commertia *CDVSU* guttoris *A* guturis *W* 35 longa *om. W,add. s.* *ante u. 36 imago in EUK* (*inscr.:* fides post uictoria uirtutes coronant *K* fides martyribus sanctis coronas offert *E*) *in Vmg. unc. litt.:* fides . . . (*cetera obliterata*) 36 exultant *Ba.c.* uictrex *A*

martyribus regina Fides animarat in hostem.
nunc fortes socios parta pro laude coronat
floribus ardentique iubet uestirier ostro.
40 Exim gramineo in campo concurrere prompta
uirgo Pudicitia speciosis fulget in armis,
quam patrias succincta faces Sodomita Libido
adgreditur piceamque ardenti sulpure pinum
ingerit in faciem pudibundaque lumina flammis
45 adpetit et taetro temptat subfundere fumo,
sed dextram furiae flagrantis et ignea dirae
tela lupae saxo ferit inperterrita uirgo
excussasque sacro taedas depellit ab ore.
tunc exarmatae iugulum meretricis adacto
50 transfigit gladio; calidos uomit illa uapores
sanguine concretos caenoso, spiritus inde
sordidus exhalans uicinas polluit auras.
'hoc habet', exclamat uictrix regina, 'supremus
hic tibi finis erit, semper prostrata iacebis
55 nec iam mortiferas audebis spargere flammas
in famulos famulasue dei, quibus intima casti
uena animi sola feruet de lampade Christi.

Def. POR 37 martiribus *ES,Ba.c.* 39 ardenti (que *s.*) *E* ardentibus *W*, *Ba.c.m2* *inter 39 et 40 spatium D* *ante 40:* IIII pudicitia *C*; *imago picta in EUK cum inscr.:* pudicitia contra libidinem (*add.* armata *K*) pugnat *EK* de pudicitia et est paragoge *U* 40 exin *CDUK*, *NSp.r.* *inter 41 et 42 spatium D* *ante 42:* V libido *C* 42 patria . . face *N,Va.c.* patrias . . faces (e *in ras.*) *W* 43 sulpure *B,Na.c.* sulpore *A* sulphore *E,Wa.c.* sulphure *cet.* 45 suffundere *CDBVUK*, *Np.c.m2* *inter 45 et 46 spatium D* *ante 46:* VI pudicitia iterum *C*; *imago picta cum inscr.:* fides libidinem cum saxo percutit *EK; imago sine inscr. U* 46 igne adire *V* 48 excusasque *V,W* *inter 48 et 49 spatium D* *ante 49:* VII pudicitia libidinem transfigit gladio *C*; *ante 49* (*ante 50 in E*) *imago picta cum inscr.:* pudicitia l. t. gladio *EK* 51 coenoso *U* cenoso *VN* 52 exalans *VW,Na.c.m2* *inter 52 et 53 spatium D*, *quod occupat inscr. m. rec.:* de pugna pudicitiae et libidinis *ante 53:* VIII pudicitia libidinem extinctam increpat *C; imagines pictae in EUK cum inscr.:* pudicitia l. e. increpat *EK* ubi pudicitia libidinem transfigit gladio *et s. alteram imaginem* ubi pudicitia libidinem extinctam increpat *U* 53 habe* *C* uictris *A,Sa.c.* 56 famulasque *S,Wa.c.*

tene, o uexatrix hominum, potuisse resumptis
uiribus extincti capitis recalescere flatu,
60 Assyrium postquam thalamum ceruix Olofernis
caesa cupidineo madefactum sanguine lauit
gemmantemque torum moechi ducis aspera Iudith
spreuit et incestos conpescuit ense furores,
famosum mulier referens ex hoste tropaeum
65 non trepidante manu, uindex mea caelitus audax!
at fortasse parum fortis matrona sub umbra
legis adhuc pugnans, dum tempora nostra figurat,
uera quibus uirtus terrena in corpora fluxit,
grande per infirmos caput excisura ministros:
70 numquid et intactae post partum uirginis ullum
fas tibi iam superest? post partum uirginis, ex quo
corporis humani naturam pristina origo
deseruit carnemque nouam uis ardua seuit
atque innupta deum concepit femina Christum,
75 mortali de matre hominem sed cum patre numen.
inde omnis iam diua caro est, quae concipit illum
naturamque dei consortis foedere sumit.
uerbum quippe caro factum non destitit esse
quod fuerat, uerbum, dum carnis glutinat usum,
80 maiestate quidem non degenerante per usum
carnis, sed miseros ad nobiliora trahente.
ille manet, quod semper erat, quod non erat, esse
incipiens; nos, quod fuimus, iam non sumus, aucti

60 sq. cf. Iudith 13 sq.

Def. POR 58 o *om. C,Da.c.m2* 60 assirium *MSK* asirium *W* ceruixque *U* holofernis *U,Ca.r.* 62 gemmamque *Sa.c.* (tem *s.* am), gemmamtemque *BVa.c.* gemmatumque *C* (*mg.* gemmantem) *DUK* gemmatum *ex* gemmantum *W* thorum *VSK,Dp.c.* iudit *MS* 63 ingestos *N* forores *Ba.c.* 64 tropeum *N* tropheum *DVEUK* triumphum (*mg.* tropheum) *C* 66 ad *A* ut *Wa.c.* 67 figurant *Ba.c.* 68 terreno in corpore *W* 69 excissura *SK* 70 ullum *VN in ras.* *u. 71 om. VN, add. mg.* 73 saeuit *CD,Np.c.Ea.r.* 74 adque *A,Na.c.m2 Ea.r.* innubta *ABN* 75 mortalem *K,Ca.c.* 76 concepit *CESKa.c.* 77 consorti *DMUK,CSp.c.* sumpsit *EK* sumsit *Cp.c.* sum*it *V* *u. 80 om. S, add. imo mg.* 83 fumus *Wa.c.* auctor *Kp.c.m2*

nascendo in melius: mihi contulit et sibi mansit,
85 nec deus ex nostris minuit sua, sed sua nostris
dum tribuit, nosmet dona ad caelestia uexit.
dona haec sunt, quod uicta iaces, lutulenta Libido,
nec mea post Mariam potis es perfringere iura.
tu princeps ad mortis iter, tu ianua leti,
90 corpora conmaculans animas in tartara mergis.
abde caput tristi iam, frigida pestis, abysso,
occide, prostibulum, manes pete, claudere Auerno,
inque tenebrosum noctis detrudere fundum!
te uoluant subter uada flammea, te uada nigra,
95 sulpureusque rotet per stagna sonantia uertex,
nec iam christicolas, furiarum maxima, temptes,
ut purgata suo seruentur corpora regi.'
dixerat haec et laeta Libidinis interfectae
morte Pudicitia gladium Iordanis in undis
100 abluit infectum, sanies cui rore rubenti
haeserat et nitidum macularat uulnere ferrum.
expiat ergo aciem fluuiali docta lauacro
uictricem uictrix abolens baptismate labem
hostilis iuguli nec iam contenta piatum
105 condere uaginae gladium, ne tecta rubigo
occupet ablutum scabrosa sorde nitorem,
catholico in templo diuini fontis ad aram

Def. POR 87 iacis *AE* 88 meam *Aa.c.* mea* *E* potes es *S* potes (es *om.*) *Es.* perstringere *CK* 89 loeti *CS,Np.c.* laeti *DVB* 90 commaculans *DBMSUK* commacula*s *C* 92 prostibulo *VNa.c.* 94 uolunt *Na.c.* uoluunt *Sa.c.m2* 95 sulpur. *B* sulpor. *A,Na.c.* sulphor. *EW,Np.c.* sulphur. *cet.* uortex *CDVMUK,NSp.c.* 96 maxime *Va.c.* 97 regi (*mg.* christo) *U* 98 leta *ADN* *ante 99*: VIIII pudicitia gladium lauat in iordane flumine *C, imago picta in EUK cum inscr.:* ubi p. gl. suum lauit in i. *U* p. gl. lauat in i. fl. *E* p. gl. suum lauit in i. *K* 100 sanie*cui (c *in ras.*) *N* 101 macularat (rat *in ras.*) *N* maculauerat *Va.c.* 102 expi*t (a *s. ras. m2*) *B* labacro *Ba.c.m2* 103 lauem *Ba.c.* 104 iugulis *B,Wa.r.* contempta *Ba.c.* 105 ne sorde latenti *E* (*alt. lectio mg.*) 106 rubigo scabra nitorem (*alt. lectio mg.*) *E* *inter 106 et 107 spatium D* *ante 107*: X pudicitia gladium suum sub altare recondit *C; imago picta cum inscr.:* p. gl. s. subter altari r. *E* p. gl. s. in templo r. *K* 107 in *om. V, add. s.* diuino *Va.c.*

consecrat, aeterna splendens ubi luce coruscet.
Ecce modesta graui stabat Patientia uultu
110 per medias inmota acies uariosque tumultus
uulneraque et rigidis uitalia peruia pilis
spectabat defixa oculos et lenta manebat.
hanc procul Ira tumens, spumanti feruida rictu,
sanguinea intorquens subfuso lumina felle,
115 ut belli exsortem teloque et uoce lacessit
inpatiensque morae conto petit, increpat ore
hyrsutas quatiens galeato in uertice cristas:
'en tibi, Martis', ait, 'spectatrix libera nostri,
excipe mortiferum securo pectore ferrum
120 nec doleas, quia turpe tibi gemuisse dolorem'.
sic ait et stridens sequitur conuicia pinus
per teneros crispata notos et certa sub ipsum
defertur stomachum rectoque inliditur ictu,
sed resilit duro loricae excussa repulsu.
125 prouida nam uirtus conserto adamante trilicem

Def.PO,R usque ad u. 110 *inter 108 et 109 spatium D, quod m. rec. expleuit:* de pugna patientiae et irae *ante u. 109:* XI patientia inter uarias uirtutum (*sic!*) intrepida stat *C; imago picta cum inscr.:* ubi p. inter acies uitiorum i. st. *K* p. inter uarias acies uitiorum i. st. *E; in U duae imagines* (*quarum una in EK ante 107 exstat, altera ante 109*) *ante 109 sine inscr.* 111] *incipit R* erigidis *Ba.c.m2Wa.c.* 112 leta *Va.c.* *inter 112 et 113 spatium D* *ante 113:* XII ira patientiam conto percutit *C, imago picta in EK cum inscr.:* ira p. c. percutit 114 subfusa *A* suffuso *CDBVUK* suffusso *W* suffoso *Ra.c.* 115 exortem *VMSU,Dp.c.* expertem *CK,Da.c.* 117 hyrsutas *AUK* hirsutas *cet.* *inter 117 et 118 spatium D* *ante 118:* XIII ira patientiam increpat *C; imago picta in EUK* (*EK cum inscr.:* ira p. increpat) 118 expectatrix *V* (ex *del.*) 119 in pectore *K,Wp.c.* 120 ne *R* qua *Ba.c.m2Wa.c.* quae *Sa.c.m2* tibi est *Wp.c.* genuisse *CV,Da.c.* dolore *R,NSp.r.* *inter 120 et 121 spatium D* *ante 121:* XIIII ira lanceam suam iacit contra patientiam *C; imago picta in EUK* (*EK cum inscr.:* ira . . patientiam) 121 conuitia *CDVESK* 122 no*tos *N* nothos *CDVEMUW,Bp.c.m2 Sp.c.* 123 sthomacum *A,Na.c.m2* curectoque *Sa.c.* lecto *Cmg.* 124 repulso *V* *inter 124 et 125 spatium D* *ante 125:* XV iacula fracta iacent quae miserat ira contra patientiam *C; imago picta in EUK* (*in EK cum inscr.:* iacula [arma *K*] . . patientiam) 125 trilice* (*mg.* trilicem) *C*

induerat thoraca umeris squamosaque ferri
texta per intortos conmiserat undique neruos;
inde quieta manet Patientia, fortis ad omnes
telorum nimbos et non penetrabile durans,
130 nec mota est iaculo monstri sine more furentis
opperiens propriis perituram uiribus Iram.
scilicet indomitos postquam stomachando lacertos
barbara bellatrix inpenderat et iaculorum
nube superuacuam lassauerat inrita dextram,
135 cum uentosa leui cecidissent tela uolatu
iactibus et uacuis hastilia fracta iacerent,
uertitur ad capulum manus inproba et ense corusco
conisa in plagam dextra sublimis ab aure
erigitur mediumque ferit librata cerebrum.
140 aerea sed cocto cassis formata metallo
tinnitum percussa refert aciemque retundit
dura resultantem, frangit quoque uena rebellis
inlisum chalybem, dum cedere nescia cassos
excipit adsultus ferienti et tuta resistit.
145 Ira ubi truncati mucronis fragmina uidit
et procul in partes ensem crepuisse minutas,
iam capulum retinente manu sine pondere ferri
mentis inops ebur infelix decorisque pudendi

Def. PO 126 thoracha *W* thoracam *CDSK* toraca *V* humeris *CDVMKR, NSp.c.* humeros *U* 127 innumeros *U* commiserat *CDBNM,Sp.c.* cōmiserat *V* 129 penetrabilis (is *ex* es) *W* 130 monstris *V* monstri* *S* 131 perituris *A* 132 sthomacando *A,Na.c.m2* sthomachando *B* stomacando *Va.c.* 135 uentossa *W* 136 ictibus *Dp.r.* *inter 136 et 137 spatium D* *ante 137:* XVI ira patientiam gladio percutit *C; imago picta in EUK* (*in EK cum inscr.:* ira p. gl. [gladio *om. K*] p.) 137 et ense] et inse *A* et se *B* (n *s.* t), *Wa.c.* 138 conixa *R* dextram *W,Sa.r.* 140 set *A* et *E* informata *A* 143 illisu *Np.c.m2* inlisa *Sa.c.* chalybum *Np.c.m2* chalibem *R* calibem *CDVK* calbe* *W* cassis *CD,SKp.c.* 144 atsultus *C,Da.c.* *inter 144 et 145 spatium D* *ante 145:* XVII gladius ire frangitur in patientiae capite *C; imago picta in EUK* (*cum inscr.:* gl. i. fr. patientia intrepida perseuerante *E* gl. i. fr. in capitae patientiae *K*) 145 frā*min* *V* 146 ense *A* ensem (e *pr. et alt. in ras.*) *N* 148 inobs *BNW* epur *Ba.c.*

perfida signa abicit monumentaque tristia longe
150 spernit et ad proprium succenditur effera letum.
missile de multis, quae frustra sparserat, unum
puluere de campi peruersos sumit in usus:
rasile figit humi lignum ac se cuspide uersa
perfodit et calido pulmonem uulnere transit.
155 quam superadsistens Patientia: 'uicimus', inquit,
'exultans uitium solita uirtute sine ullo
sanguinis ac uitae discrimine; lex habet istud
nostra genus belli, furias omnemque malorum
militiam et rabidas tolerando extinguere uires.
160 ipsa sibi est hostis uaesania seque furendo
interimit moriturque suis Ira ignea telis.'
haec effata secat medias inpune cohortes
egregio comitata uiro; nam proximus Iob
haeserat inuictae dura inter bella magistrae,
165 fronte seuerus adhuc et multo funere anhelus,
sed iam clausa truci subridens ulcera uultu
perque cicatricum numerum sudata recensens
milia pugnarum, sua praemia, dedecus hostis.

163 cf. Hiob 1—3

Def. PO 149 monimentaque *UKR,DVNSWp.c.* 150 succendetur *A* suscenditur *N* laetum *DV* loetum *SW,BNEp.c.* *inter 150 et 151 spatium D* *ante 151:* XVIII ira gladio suo se interficit; *imago picta cum inscr.:* i. g. s. s. i. *E* ira se sagitta interficit *K* 151 frustransparserat *Ba.c.* *inter 154 et 155 spatium D* *ante 155:* XVIII pacientia uictrix iram mortuam increpat *C; imago picta in EUK* (*in EK cum inscr.:* patientia . . . increpat) 155 uincimus *Na.r.* inquid *AVSKW* 156 exsultans *V,Cp.c.* *post 156 pars fere dimidia paginae in N uacua est; insequens pagina, quae a u. 157 incipit, alio ductu uel alio saltem calamo, sicut et ceterae insequentes paginae, exarata est* 157 ac (c *in ras.*) *D* aut *C* 159 rapidas *C* tollerando *N* 160 uesania *CDVS,Ba.c.* *inter 161 et 162 spatium D* *ante 162:* XX (*om. V*) patiencia cum iob per medias acies transit *C,Vm2mg.*, *imago picta in EUK* (*in EK cum inscr.*: p. c. i. p. (*om. K*) m. a. t. 164 bella] tela *W* magistras *A* 165 securus *BWa.c.* funere] uulnere *CD*(*mg.* funere),*Vp.c.* 168 millia *B* *inter 168 et 169 spatium D*

illum diua iubet tandem requiescere ab omni
170 armorum strepitu captis et perdita quaeque
multiplicare opibus nec iam peritura referre.
ipsa globos legionum et concurrentia rumpit
agmina uulniferos gradiens intacta per imbres.
omnibus una comes uirtutibus adsociatur
175 auxiliumque suum fortis Patientia miscet.
nulla anceps luctamen init uirtute sine ista
uirtus et uidua est, quam non Patientia firmat.

Forte per effusas inflata Superbia turmas
effreni uolitabat equo, quem pelle leonis
180 texerat et ualidos uillis onerauerat armos,
quo se fulta iubis iactantius illa ferinis
inferret tumido dispectans agmina fastu.
turritum tortis caput adcumularat in altum
crinibus, exstructos augeret ut addita cirros
185 congeries celsumque apicem frons ardua ferret.
carbasea ex umeris summo collecta coibat
palla sinu teretem nectens a pectore nodum;
a ceruice fluens tenui uelamine limbus
concipit infestas textis turgentibus auras.

Def. PO *ante 169:* XXI patientia iob loquitur *C; imago picta in EUK* (*cum inscr.:* p. iob alloquitur *E* p. cum iob loquitur *K*) 169 diu *CDa.c.m2* *inter 171 et 172 spatium D* *ante 172:* XXII patientia deuictis uitiis uirtutibus sociatur *C; imago picta in EUK* (*cum inscr.:* p. d. u. ad uirtutes loquitur *K* p. d. u. u. adsociatur *E*) 172 globum *U* 173 imbris *Sp.c.* 176 ista *in ras. K* ipsa *CD* 177 et *eras. N* nam *CDE MUKR,Bp.c.m2VSp.c.* *inter 177 et 178 spatium D* (superbiae et humilitatis pugna *m. rec. D*) *ante 178:* XXIII superbia inter turmas uolitat equo *C* superbia *R; imago picta in EUK* (*in EK cum inscr.:* s. inter (inter *om. K*) t. effreni u. e.) 178 forte] morte *U* mentes *W* (turmas *s.*) 180 ornauerat *K* honerauerat *V* armis *V* 181 quos effulta *W* 182 tumidos *W* dispectans *AE* desp. *cet.* agmine *Va.c.* omnia *S* 183 accumularat *CDVNMSUK* 184 extructos *CDBVN EUK,W* (u *ex* a) auderet *BWa.c.* cyrros *UK* curros *Wa.c.* coros *S* 186 humeris *CDVMSUK,Np.c.* colecta *W* 188 lymbus *CD* 189 ingestas *MU,Sp.c.m2* *inter 189 et 190 spatium D* *ante 190:* XXIIII superbia equitat *C; imago picta in EKU* (*cum inscr. in EK:* superbia *E* superbia aequitat *K*)

190 nec minus instabili sonipes feritate superbit
inpatiens madidis frenarier ora lupatis,
huc illuc frendens obuertit terga negata
libertate fugae pressisque tumescit habenis.
hoc sese ostentans habitu uentosa uirago
195 inter utramque aciem supereminet et faleratum
circumflectit equum uultuque et uoce minatur
aduersum spectans cuneum, quem milite raro
et paupertinis ad bella coegerat armis
Mens Humilis, regina quidem sed egens alieni
200 auxilii proprio nec sat confisa paratu.
Spem sibi collegam coniunxerat, edita cuius
et suspensa ab humo est Opulentia diuite regno.
ergo Humilem postquam male sana Superbia Mentem
uilibus instructam nullo ostentamine telis
205 aspicit, in uocem dictis se effundit amaris:
'non pudet, o miseri, plebeio milite claros
adtemptare duces ferroque lacessere gentem
insignem titulis, ueteres cui bellica uirtus
diuitias peperit laetos et gramine colles
210 imperio calcare dedit? nunc aduena nudus
nititur antiquos, si fas est, pellere reges!
en qui nostra suis in praedam cedere dextris
sceptra uolunt, en qui nostras sulcare nouales
aruaque capta manu popularier hospite aratro

Def. PO 190 stabili *A* 192 hac *Ep.c.m2* illac *E* obuertiterga *W*, *Ba.c.m2* obuertittega *A* praessisque *BN* abenis *E*,*Va.c.m2* *inter 193 et 194 spatium D* *ante 194:* XXV s. cominatur turbis *C*; *imagines pictae cum inscr.:* s. comminatur turbis humilitas et spes intrepide stant *E* s. iraque (? *paene oblit.*) minatur turbis humilitas et spes intrepidae stant *K* 194 ostentas *Ba.c.* *u. 196 om. N, add. summo mg. al. m.* *inter 196 et 197 spatium DK* *ante 197:* XXVI humilitas *C* humilitas *R*, *imago picta sine inscr. U* 201 coniuxerat *B* 202 umo *S* *inter 202 et 203 spatium D* *ante 203:* XXVII superbia iterum *C* 203 male (e *in ras.* [*ex* a?]) *V* 204 extructam *R* 205 se fundit *R* se *om. W* 207 attemptare *V*,*Np.c.m2* 208 telis *U* ueteris *W*,*BNa.c.* 210 nudos *A*,*Va.c.Cmg.* 212 predam *A* caedere *CD*

215 contendunt duros et pellere Marte colonos!
nempe — o ridiculum uulgus! — natalibus horis
totum hominem et calidos a matre amplectimur artus
uimque potestatum per membra recentis alumni
spargimus et rudibus dominamur in ossibus omnes.
220 quis locus in nostra tunc uobis sede dabatur,
congenitis cum regna simul dicionibus aequo
robure crescebant? nati nam luce sub una
et domus et domini paribus adoleuimus annis,
ex quo plasma nouum de consaepto paradisi
225 limite progrediens amplum transfugit in orbem
pellitosque habitus sumpsit uenerabilis Adam,
nudus adhuc, ni nostra foret praecepta secutus.
quisnam iste ignotis hostis nunc surgit ab oris
inportunus, iners, infelix, degener, amens,
230 qui sibi tam serum ius uindicat, hactenus exul?
nimirum uacuae credentur friuola famae,
quae miseros optare iubet quandoque futuri
spem fortasse boni, lenta ut solacia mollem
desidiam pigro rerum meditamine palpent.
235 quid, ni illos spes palpet iners, quos puluere in isto
tirones Bellona truci non excitat aere
inbellesque animos uirtus tepefacta resoluit?
anne Pudicitiae gelidum iecur utile bello est,
an tenerum pietatis opus sudatur in armis?

226 cf. Gen. 3, 21

Def. PO 216 nempe* (hoc *add. s. ras. m2*) *S* nempe hoc *CMU,Da.c.* 220 nobis *W,Ba.c.* 221 cum genitis *C,Da.c.* 222 robure *AB* rubore *Wa.c.* robora *Na.c.* robore *cet.* nam *in ras. m2 D* nā* *N* cum *C* (nam *mg.*) 224 paradissi *A* paradysi *VEU* paradis *W* paradisi (si *in ras.*) *N* 226 pelliceosque *K* abitus *VE,Sp.c.* abitu *Sa.c.* 228 ignotus *Va.c.* nunc hostis *Dressel* 230 ius] ui* *N* uendicat *CDK* actenus *VNESK* 231 fribola *U* fribula *R* friuula *BVES, Na.c.* 232 iubent *U* quando (que *s. m2*) *N* 233 leta *S* laeta *NMU,Va.c.* laenta *Vp.c.* solatia *CDVNE* 235 ni *in ras.* n* *S* spes *om. CD* (*s. C eadem, D longe alia m.*) 236 tyrones *CDVNUW* 238 iecor *DBE*

240 quam pudet, o Mauors et Virtus conscia, talem
contra stare aciem ferroque lacessere nugas
et cum uirgineis dextram conferre choraeis,
Iustitia est ubi semper egens et pauper Honestas,
arida Sobrietas, albo Ieiunia uultu,
245 sanguine uix tenui Pudor interfusus, aperta
Simplicitas et ad omne patens sine tegmine uulnus
et prostrata in humum nec libera iudice sese
Mens Humilis, quam degenerem trepidatio prodit!
faxo ego, sub pedibus stipularum more teratur
250 inualida ista manus; neque enim perfringere duris
dignamur gladiis algenti et sanguine ferrum
inbuere fragilique uiros foedare triumfo.'

Talia uociferans rapidum calcaribus urget
cornipedem laxisque uolat temeraria frenis
255 hostem humilem cupiens inpulsu umbonis equini
sternere deiectamque supercalcare ruinam.
sed cadit in foueam praeceps, quam callida forte
Fraus interciso subfoderat aequore furtim,
Fraus detestandis uitiorum e pestibus una,
260 fallendi uersuta opifex, quae praescia belli
planitiem scrobibus uitiauerat insidiosis
hostili de parte latens, ut fossa ruentes
exciperet cuneos atque agmina mersa uoraret,
ac, ne fallacem puteum deprendere posset

Def. PO 242 chor*eis *N* choreis *CDVEMSUK,Np.r.* 244 subrietas *E* ieiunaque *K,Vp.c.m2 Wp.c.* 248 degener est *Ep.c.m2* 250 perstringere *R* 251 aligenti *S* albenti *Emg.* 252 foedera *Ba.c.m2* foederare *S* triumfo *cum A,Na.c.m2* *inter u. 252 et 253 spatium D ante 253:* XXVIII superbia inruere nititur super humilitatem et spem *C; imagines in EUK* (*in EK cum inscr.:* s. i. n. [uult *K*] s. h. et sp.) 253 urg*et *CE* 256 super calcare *VNEUK* ruinis *V,K s.* *inter 256 et 257 spatium D* *ante 257:* XXVIIII superbia cadit in foueam *C; imagines in EUK* (*in EK cum inscr.:* s. c. in f.) 257 calida *R,NWa.c.* 258 interfuso *AK,Cmg.* suffoderat *CDVU,Np.c.m2* 259 detestantis *CD* e *om. S* (*s. m2*),*R* 261 uitiauerat *A,Cmg.* uiolarat *R* uiolauerat (o *in ras. W*) *cet.* 263 adque *AV,Na.c.m2Ea.c.* uersa *ex* morsa *B* 264 deprehendere *NSR* possit *A*

265 cauta acies, uirgis adopertas texerat oras
et superinposito simularat caespite campum.
at regina humilis, quamuis ignara, manebat
ulteriore loco nec adhuc ad fraudis opertum
uenerat aut foueae calcarat furta malignae.
270 hunc eques illa dolum, dum fertur praepete cursu,
incidit et caecum subito patefecit hiatum.
prona ruentis equi ceruice inuoluitur ac sub
pectoris inpressu fracta inter crura rotatur.
at uirtus placidi moderaminis, ut leuitatem
275 prospicit obtritam monstri sub morte iacentis,
intendit gressum mediocriter, os quoque parce
erigit et comi moderatur gaudia uultu.
cunctanti Spes fida comes succurrit et offert
ultorem gladium laudisque inspirat amorem.
280 illa cruentatum correptis crinibus hostem
protrahit et faciem laeua reuocante supinat,
tunc caput orantis flexa ceruice resectum
eripit ac madido suspendit colla capillo.
extinctum uitium sancto Spes increpat ore:

Def. PO, U a u.284 265 causa *W* clara *R* 266 cespite *CDVUK* *inter 266 et 267 spatium D* *ante 267:* humilitas *R* XXX h. iterum *C; imagini spatium rel. K* 267 ad *A,Va.c.Na.c.m2* 270 hinc *E* huc *Ra.c.* 272 ac sub (csub *in ras. al. m.*) *B; post* inuoluitur *ras. in W; s. ras.* ac sub 273 *om. B* (*add. mg. al. m. litt. minusc.*) *W* (*add. mg.*) inpraessu *AB* *inter 273 et 274 spatium D* *ante 274:* XXXI humilitas deridit iacentem superbiam *C; imagines in EUK, in EK cum inscr.:* h. deridet s. [eam *E*] i. 274 at] ad *A,Sa.c.* ac *W* et *U* ut] et *CDa.c.* 275 prospicit *A, Rp.c.m2CDmg.* perspicit *cet.* 276 parte *D* 277 commi *CDmg.* co*mi *S* comi* *W* com *A* (commoderatur) *inter 277 et 278 spatium D* *ante 278:* XXXII superbia iacet humilitati spes offert gladium *C; imagines in EUK* (*in EK cum inscr.:* s. i. h. sp. o. gl.) 279 gaudium *W,Ba.c.m2* *inter 279 et 280 spatium D* *ante 280:* XXXIII humilitas caput superbiae amputat *C; imagines in EUK* (*in EK cum inscr.:* h. a. c. s.) 280 cruentatam *BVNMSUR* 281 laeua *AM,Bp.c.* leua* *K* leua *cet.* *supinat *W* sopinat *C,Da.c.m2* *inter 281 et 282 spatium D* *ante 282:* XXXIIII humilitas caput superbiae offert spei *C; imagines in EUK* (*in EK cum inscr.:* h. c. [kaput *K*] s. o. sp. 283 ac] et *VNR* *inter 283 et 284 spatium D* *a u. 284 def. U* *ante 284:*

285 'desine grande loqui, frangit deus omne superbum,
magna cadunt, inflata crepant, tumefacta premuntur.
disce supercilium deponere, disce cauere
ante pedes foueam, quisquis sublime minaris!
peruulgata uiget nostri sententia Christi
290 scandere celsa humiles et ad ima redire feroces.
uidimus horrendum membris animisque Golian
inualida cecidisse manu: puerilis in illum
dextera funali torsit stridore lapillum
traiectamque cauo penetrauit uulnere frontem.
295 ille minax, rigidus, iactans, truculentus, amarus,
dum tumet indomitum, dum formidabile feruet,
dum sese ostentat, clipeo dum territat auras,
expertus, pueri quid possint ludicra parui,
subcubuit teneris bellator turbidus annis.
300 me tunc ille puer uirtutis pube secutus
florentes animos sursum in mea regna tetendit,
seruatur quia certa mihi domus omnipotentis
sub pedibus domini meque ad sublime uocantem
uictores caesa culparum labe capessunt.'
305 dixit et auratis praestringens aëra pinnis
in caelum se uirgo rapit. mirantur euntem
uirtutes tolluntque animos in uota uolentes

285 cf. I Petr. 5, 5. Iac. 4, 6 290 cf. Matth. 23, 12 291 cf. I Reg. 17, 4 sq.

Def. *POU* XXXV superbiam extinctam spes increpat *C; imagines in EUK* (*in EK cum inscr.:* s. e. sp. i.) 284 sancta *K* 286 pr*emuntur *A* 288 sublimi** *S* 289 peruultata *D,Ca.c.* 290 et *om. B* 291 goliam *DBVNER* 292 inuada *Ba.c.m2* 293 fundali *CDK,Bp.c.VMSp.c.m2* retorsit *B* intorsit *W* 295 auarus *W* 296 terret *CD* (*mg.* l feruet), *MSp.c.* 297 auras] ense *E* 298 possit *A,Ca.c.* possent *BVNSKW,Cp.c.Ma.c.* ludrica *AE,Ca.c.* ludi*ca (r s. c) *W* 299 succubuit *CDVEMS,Np.c.m2* 302 seruatus *W,Ba.c.m2* qua *CDVNSKp.c.* quo (o *in ras.*) *M* que *Sa.c.* q* *R* *inter 304 et 305 spatium D ante 305:* XXXVI humilitas ascendit in caelum uirtutes mirantur eam *C; imagines in EK cum inscr.*: h. a. i. c. u. m. e. 305 peraestringens *Aa.c.* perstringens *M* aere *W* pennis *CDVKR,BNESp.c.m2*

ire simul, ni bella duces terrena retardent.
confligunt uitiis seque ad sua praemia seruant.
310 Venerat occiduis mundi de finibus hostis,
Luxuria extinctae iam dudum prodiga famae,
delibuta comas, oculis uaga, languida uoce,
perdita deliciis, uitae cui causa uoluptas,
elumbem mollire animum, petulanter amoenas
315 haurire inlecebras et fractos soluere sensus.
ac tunc peruigilem ructabat marcida cenam,
sub lucem quia forte iacens ad fercula raucos
audierat lituos atque inde tepentia linquens
pocula lapsanti per uina et balsama gressu
320 ebria calcatis ad bellum floribus ibat.
non tamen illa pedes, sed curru inuecta uenusto
saucia mirantum capiebat corda uirorum.
o noua pugnandi species! non ales harundo
neruum pulsa fugit nec stridula lancea torto
325 emicat amento, frameam nec dextra minatur,
sed uiolas lasciua iacit foliisque rosarum
dimicat et calathos inimica per agmina fundit.

Def. POU 308 retardanter *W* *inter 309 et 310 spatium D* (*quod compleuit m. rec.:* luxuriae et sobrietatis pugna) *ante 310:* luxuria *SR* luxoria *Nmg.* sobrietas contra luxuriam *M* XXXVII luxoria in caena sedet *C* (*mg.* luxuria); *imagines in EK cum inscr.:* l. in c. s. 311 luxoria *CW*, *DSa.c.m2* 312 delibata *A* dilibuta *CD* uaga *om. W* 313 diliciis *CDK,Bp.c.m2* *inter 315 et 316 spatium D* *ante 316*: XXXVIII luxoria auditis tubis ad bellum currit *C*; *imagines in EK cum inscr.:* l. a. t. ad b. c. 316 at *R* tum *CK* caenam *DK* 317 raucos] mortis *W* 318 adque *A,NEa.c.m2* at *Sa.c.m2* inde *om. W* liquens *N,Ba.c.m2* 319 labsanti *ABN* uinea *Ba.c.* *inter 320 et 321 spatium D* *ante 321:* XXXVIIII luxoriam mirantur in curru *C*; *imagines in EK cum inscr.:* l. m. uiri in c. 322 minantum *Ba.c.W* (m *alt. in ras.*) *inter 322 et 323 spatium D* *ante 323:* XL luxoria blandimentis uirtutes decipit *C*; *imagines in EK cum inscr.:* l. b. u. d. 323 o] en *W* alis *BEW* hales *M* arundo *VK,Sa.c.m2* 324 neruu* *NS* neruo *KR,Dp.c.m2BVEMp.c.CDmg.* stridola *CBEW*, *Da.c.m2* lancia *B* lantia *W* 325 admento *W,Ba.c.* framea *VR* 327 fudit *W*

inde eblanditis uirtutibus halitus inlex
inspirat tenerum labefacta per ossa uenenum
330 et male dulcis odor domat ora et pectora et arma
ferratosque toros obliso robure mulcet.
deiciunt animos ceu uicti et spicula ponunt
turpiter, heu, dextris languentibus obstupefacti,
dum currum uaria gemmarum luce micantem
335 mirantur, dum bratteolis crepitantia lora
et solido ex auro pretiosi ponderis axem
defixis inhiant obtutibus et radiorum
argento albentem seriem, quam summa rotarum
flexura electri pallentis continet orbe.
340 et iam cuncta acies in deditionis amorem
sponte sua uersis transibat perfida signis
Luxuriae seruire uolens dominaeque fluentis
iura pati et laxa ganearum lege teneri.
ingemuit tam triste nefas fortissima uirtus
345 Sobrietas dextro socios decedere cornu
inuictamque manum quondam sine caede perire.
uexillum sublime crucis, quod in agmine primo
dux bona praetulerat, defixa cuspide sistit
instauratque leuem dictis mordacibus alam

Def. POU 328 balitus *W* alitus *Ka.c.m2* i*lex *R* illex *K,CDMp.c.* 331 toro- subliso *A* toros subliso *K,Cmg.* thoros obliso *Ep.c.S* (o *ult. in ras.*) robure *A* rubore *EW* robore *cet.* *inter 331 et 332 spatium D* *ante 332:* XLI uiri deiectis armis sequuntur luxoriam *C; imagines in EK cum inscr.:* u. d. a. s. l. 333 eu *MW* dextrix *Ba.c.m2* 334 lucem *Ba.c.* 335 libratteolis *Ba.r.* librat telis *W* bra teolis *KR, Mp.r.* bracteolis *Dressel* 336 praetiosi *B* 337 optutibus *CBNSW* 338 quem *W,Ca.c.DBa.c.m2* 339 orbem *CDmg.* orbe* *MR* *inter 339 et 340 spatium D* *ante 340:* XLII cuncta acies uersis signis ad deditionem transit *C; imagines in EK cum inscr.:* c. a. u. s. ad d. t. 342 luxoriae *C,Da.c.m2,S* (ae *ex* a) uolens (ol *in ras. m2*) *B* 343 ganeorum *Np.c.m2* sanctarum *W* *inter 343 et 344 spatium D* *post 343:* sobrietas *R,Smg.* s. iuncta castitati *Nmg.m2* XLIII s. increpat acies suadens eis ne sequantur luxoriam *C; imagines in EK cum inscr.:* s. i. a. s. (dicens *K*) eis (*om. K*) ne s. l. 344 tam triste] amor iste *W* 346 cede *DVE,Ba.c.* 347 agmine (g *in ras.*) *B* 348 defixo *M* (e *et* o *in ras.*)

350 exstimulans animos nunc probris, nunc prece mixta:
'quis furor insanas agitat caligine mentes,
quo ruitis, cui colla datis, quae uincula tandem —
pro pudor — armigeris amor est perferre lacertis,
lilia luteolis interlucentia sertis
355 et ferrugineo uernantes flore coronas?
his placet adsuetas bello iam tradere palmas
nexibus, his rigidas nodis innectier ulnas,
ut mitra caesariem cohibens aurata uirilem
conbibat infusum croceo relegamine nardum,
360 post inscripta oleo frontis signacula, per quae
unguentum regale datum est et chrisma perenne,
ut tener incessus uestigia syrmate uerrat
sericaque infractis fluitent ut pallia membris
post inmortalem tunicam, quam pollice docto
365 texuit alma Fides dans inpenetrabile tegmen
pectoribus lotis, dederat quibus ipsa renasci,
inde ad nocturnas epulas, ubi cantharus ingens
despuit effusi spumantia damna Falerni
in mensam cyathis stillantibus, uda ubi multo
370 fulcra mero ueterique toreumata rore rigantur?
excidit ergo animis eremi sitis, excidit ille
fons patribus de rupe datus, quem mystica uirga
elicuit scissi salientem uertice saxi?

371 cf. Exod. 17, 3—6

Def. POU 350 extimulans *R,Dmg.* et stimulans *V* instimulans *C* (*mg.* exstim.) *D*(*mg.* extim.) *K,MSp.c.* praece *B* 351 insanus *E* 353 armieris *R,Sa.c.* 358 mithra *S,Ma.r.* 359 infusam *MS* relegamine *AW,Ba.c.m2Ea.c.* religamine *cet.* 360 inscribta *AB* 361 ungentum *CDE* chresma *A* crisma *CDEW,Sa.c.* 364 docto] caro *Mp.r.* 367 inde (de *in ras.*) *R* i*e *C* (*ex* inde) *M* ite *K,Dp.c.m2* aepulas *CBE* cantarus *CDV* cantah*rus *S* 368 dexpuit *M* dispuit *BEW, Va.c.m2Na.c.* disspuit *Np.c.* deposuit fusi *CDmg.* 369 cyahis *Ba.c.* cyatis *CEM,S in ras. Na.r.* ciathis *VRW* ciatis *K,Np.r.Ds.m2* cratis *D* histillantibus *B* unda (a *in ras.*) *M* undam *R* da *W,Ba.c.* simulto *W,Ba.c.* 370 fulchra *M* fulcha (r *s.* ha) *S* riga*tur *W* 371 animi *Na.c.m2* heremi *CDVEMSK,N* (here *in ras. m2*) erimi *A* 372 f*rons *NS* mistica *BVSW*

angelicusne cibus prima in tentoria uestris
375 fluxit auis, quem nunc sero felicior aeuo
uespertinus edit populus de corpore Christi?
his uos inbutos dapibus iam crapula turpis
Luxuriae ad madidum rapit inportuna lupanar,
quosque uiros non Ira fremens, non idola bello
380 cedere conpulerant, saltatrix ebria flexit!
state, precor, uestri memores, memores quoque Christi;
quae sit uestra tribus, quae gloria, quis deus et rex,
quis dominus, meminisse decet: uos nobile Iudae
germen ad usque dei genetricem, qua deus ipse
385 esset homo, procerum uenistis sanguine longo.
excitet egregias mentes celeberrima Dauid
gloria continuis bellorum exercita curis,
excitet et Samuel, spolium qui diuite ab hoste
adtrectare uetat nec uictum uiuere regem
390 incircumcisum patitur, ne praeda superstes
uictorem placidum recidiua in proelia poscat.
parcere iam capto crimen putat ille tyranno,
at uobis contra uinci et subcumbere uotum est.
paeniteat, per siqua mouet reuerentia summi
395 numinis, hoc tam dulce malum uoluisse nefanda
proditione sequi; si paenitet, haud nocet error.
paenituit Ionatham ieiunia sobria dulci

374 cf. Exod. 16, 14—15 389 cf. I Reg. 15, 33 397 cf. I Reg. 14, 43 sq.

Def. POU 374 angelicus necibus *CDVESRW,Na.c.* 375 fluxit] inclusit *W* quam *W* 376 uespertinos — populos *Na.c.m2* 378 luxoriae *CSW* ad] an *W,Ba.c.m2* inporna *A(mg.m2* inportuna) 381 praecor *B* memores *alt. om. BMW* christi *om. Na.c.* 383 meminisset *B* docet *D,Ca.c.* 384 genitricem *CDVK* 385 homo et *W* longe *W* *u. 388 om. Km1* samuhel *CDVERW* sumuhel *K* diui*te (te *in ras.*) *V* 389 attractare *CD,Va.c.m2* attrectare *NKR* 390 nec *B* 391 recidiua (ci *in ras.*) *M* rediuiua *K* prelia *DV* 392 imputat *W* 393 ad *AW,Ba.c.m2* succumbere *VNK,S* (re *s.*) sucumbere *D,Ca.c.* 394 poeniteat *CDK* per *om. D* (*s. m2*), *eras. C* moueat *CD* 395 uouisse *W* uobisse *Ba.c.m2* 396 poenitet *CD* haut *W*, *Ma.c.m2Ra.c.Sp.c.m2* aut *AE,Va.c.Sa.c.m2* aut* *Na.c.* 397 poenituit *CD* paenitui *Ba.c.m2* ionathan *CDVSKR*

conuiolasse fauo sceptri mellisque sapore,
heu, male gustato, regni dum blanda uoluptas
400 oblectat iuuenem iurataque sacra resoluit.
sed quia paenituit, nec sors lacrimabilis illa est
nec tinguit patrias sententia saeua secures.
en ego Sobrietas, si conspirare paratis,
pando uiam cunctis uirtutibus, ut malesuada
405 Luxuries multo stipata satellite poenas
cum legione sua Christo sub iudice pendat.'
Sic effata crucem domini feruentibus offert
obuia quadriiugis lignum uenerabile in ipsos
intentans frenos. quod ut expauere feroces,
410 cornibus obpansis et summa fronte coruscum
uertunt praecipitem caeca formidine fusi
per praerupta fugam. fertur resupina reductis
nequiquam loris auriga comamque madentem
puluere foedatur, tunc et uertigo rotarum
415 inplicat excussam dominam; nam prona sub axem
labitur et lacero tardat sufflamine currum.
addit Sobrietas uulnus letale iacenti
coniciens silicem rupis de parte molarem.
hunc uexilliferae, quoniam fors obtulit, ictum
420 spicula nulla manu sed belli insigne gerenti

Def. POU 401 poenituit *CD* nesors *A* sors *om. Dressel* 402 tinguat *Ma.c.* tinxit *S* 404 ut] et *CD* (ut *mg.*) malasuada *V* 405 luxories *CSW,Da.c.m2* spata *W,Ba.c.m2* *inter 406 et 407 spatium D ante 407:* XLIIII sobrietas crucem domini offert currui luxuriae *C; imagines in EK cum inscr.:* s. c. d. o. c. l. 407 et fata *W,Ba.c.m2* 408 quadrigis *CDKR,MSWp.c.* 409 intentas *CD* feroces] coruscum *CDmg.* 410 oppansis et *ACDVK,SWp.c.* opansis et *Sa.c.* oppansi sed *Wa.c.* obpaxis ex *Mp.c.* ob pannis et *Ea.c.* choruscum *S,Ma.r.* renitens *CDmg.* 413 nequi*quam *NSR* 414 foedat* (um *s. ras.*) *M* foedatum *W* fedat *R* fedat humi *S* (*sed totus u. in ras.*) et] per *in ras. R* 415 axe *R,Na.c.m2* 416 subflamine *MSKR* suflamine *W* cursum *W* *inter 416 et 417 spatium D* *ante 417:* XLV sobrietas lapidem iacit et percutit os luxoriae *C; imagines in EK cum inscr.:* s. l. i. et p. os l. 417 se sobrietas *W* loetale *K,ENSp.c.* laetale *V* 418 lapidem (*s. l* silicem) *K* 419 uexilli ferre *W,Ba.c.m2* sors *Kp.c.*

casus agit saxum, medii spiramen ut oris
frangeret et recauo misceret labra palato.
dentibus introrsum resolutis lingua resectam
dilaniata gulam frustis cum sanguinis inplet.
425 insolitis dapibus crudescit guttur et ossa
conliquefacta uorans reuomit, quas hauserat offas.
'ebibe iam proprium post pocula multa cruorem',
uirgo ait increpitans, 'sint haec tibi fercula tandem
tristia praeteriti nimiis pro dulcibus aeui,
430 lasciuas uitae inlecebras gustatus amarae
mortis et horrificos sapor ultimus asperet haustus!'
caede ducis dispersa fugit trepidante pauore
nugatrix acies: Iocus et Petulantia primi
cymbala proiciunt; bellum nam talibus armis
435 ludebant resono meditantes uulnera sistro.
dat tergum fugitiuus Amor, lita tela ueneno
et lapsum ex umeris arcum faretramque cadentem
pallidus ipse metu sua post uestigia linquit.

Def. POU 421 ait *Ba.c.* ut *om. S* ut oris] uto *al. m., litteris priscis uetustate abolitis A* odoris *E,Cmg.* 422 et] ut *Rp.c.* 424 delaniatam gulam *W* dilaniata*gulam *N* dilaniamagubam *Ba.c.m2* frustris *EW,Ba.c.* 425 guttor *Na.c.m2* 426 remouit *CD* auserat *RW,Sa.c.* *inter 426 et 427 spatium D* *ante 427:* XLVI sobrietas increpat luxuriam extinctam *CE* 428 ait *om. S* 429 tristitia *S* tristicia *W* tristi*a *VMR* nimis *D* dulcibus *in ras. S* ducibus *Na.c.* luxibus *MKR,DBNp.c.m2* 430 inlecebras *in ras. D* inlacebris *Ba.c.* 431 horrifico *DBVM,Aa.c.m2CNa.c.* orrifico *RW* orrifico* (h *s.* or) *S* asperat *BMS,Aa.c.m2NWa c.* asper et *VE* haustu *DBVMS,Ca.c. Np.c.* hostu *R* austu *Wp.c.* austo *Wa.c.* *inter 431 et 432 spatium D* *ante 432:* XLVII iocus cymbala proiciens fugit *C*; *imagines in EK cum inscr.:* i. c. p. f. 432 pudore *M* 433 nugatrex *Ba.c.* iocos *CDa.c.* petulentia *C,Da.c.m2* 434 cimbala *BW* bello *NVa.c.m2* 435 ludebat *MSa.c.* meditates *Ba.c.* systro *CD* *inter 435 et 436 spatium D* *ante 436:* XLVIII amor qui et cupido faretram arcum et sagittas dimisit fugit *C*; *imagines in EK cum inscr.:* amor qui et cupido sagittas uel faretram seu arcum linquens (faretrum arcum et sagittas dimittens *K*) fugit 437 labsumeris *A* labsum *B* humeris *CDVSKR* pharetramque *KMS* 438 linquid *AS,V,Ma.c.* linqui* *R* *inter 438 et 439 spatium D*

Pompa, ostentatrix uani splendoris, inani
440 exuitur nudata peplo, discissa trahuntur
serta Venustatis collique ac uerticis aurum
soluitur et gemmas Discordia dissona turbat.
non piget adtritis pedibus per acuta frutecta
ire Voluptatem, quoniam uis maior acerbam
445 conpellit tolerare fugam, formido pericli
praedurat teneras iter ad cruciabile plantas.
qua se cumque fugax trepidis fert cursibus agmen,
damna iacent: crinalis acus, redimicula, uittae,
fibula, flammeolum, strofium, diadema, monile.
450 his se Sobrietas et totus Sobrietatis
abstinet exuuiis miles damnataque castis
scandala proculcat pedibus nec fronte seueros
coniuente oculos praedarum ad gaudia flectit.
Fertur Auaritia gremio praecincta capaci,
455 quidquid Luxus edax pretiosum liquerat, unca
corripuisse manu pulchra in ludibria uasto
ore inhians aurique legens fragmenta caduci

Def. POU *ante 439:* XLVIIII pompa ornamenta sua proiciens fugit *C; imagines in EK cum inscr.:* p. ornamentis suis se exuens fugit *E* p. o. s. pr. f. *K* 439 ostentrix *D* inanti *Ka c.* uani (i *in ras.*) *N* 440 disscissa *C,Dp.c.* 442 dissonat turbat *W* *inter 442 et 443 spatium D* *ante 443:* L uoluptas laceratis pedibus per spinas fugit *C; imagines in EK cum inscr.:* u. l. p. p. sp. f. 443 adtristis *W,Ba.r.* 444 ira *W* 447 que se *in ras. N* 448 iaceat *Ba.c.m2* acuus *B* uitae *K, Sa.c.m2* uite *MWa.c.* uictae *C* 449 fibulam *B,Wa.c.* flamdeolomque *B* flambeolumque *Wa.c.* flameolium *Wp.c.* strophium *CDVKR* munile *MS* *inter 449 et 450 spatium D* *ante 450:* LI sobrietas uel cetere uirtutes abstinent se ab spoliis *C; imagines in EK cum inscr.:* s. u. c. (et alie *K*) u. a. se ab (a *K*) sp. 451 exsuuiis miles *V* exubiis miles *E* exuutisimiles *Ba.r.* exutis miles *Bp.r.* exuti similes *W* damnataque costis *Ba.c.m2* damnata metalli *Wa.c.* 452 per*culcat (per *in ras.*) *M* 453 coniuente (ni *in ras.*) *C* conibente *E* coni*bente *S* conhibente *W* cohibente *Amg. rec. m.* *inter 453 et 454 spatium D* *ante 454:* auaritia *S,Nmg.m2* elemosyna contra auaritiam *M* LII auaritia aurum inter harenas legit *C; imagines in EK cum inscr.:* a. a. i. h. l. 455 praetiosum *BNa.c.* praeciosum *E* preciosum *VS* linquerat *D,CENa.c.* 456 ludebria *A* 457 inians *VR* fracmenta *V,Ba.c.m2* *inter 457 et 458 spatium D*

inter harenarum cumulos nec sufficit amplos
inpleuisse sinus, iuuat infercire cruminis
460 turpe lucrum et grauidos furtis distendere fiscos,
quos laeua celante tegit laterisque sinistri
uelat opermento; uelox nam dextra rapinas
abradit spoliisque ungues exercet aënos.
Cura, Famis, Metus, Anxietas, Periuria, Pallor,
465 Corruptela, Dolus, Commenta, Insomnia, Sordes,
Eumenides uariae monstri comitatus aguntur.
nec minus interea rabidorum more luporum
crimina persultant toto grassantia campo,
matris Auaritiae nigro de lacte creata.
470 si fratris galeam fuluis radiare ceraunis
germanus uidit conmilito, non timet ensem
exerere atque caput socio mucrone ferire
de consanguineo rapturus uertice gemmas.
filius extinctum belli sub sorte cadauer
475 aspexit si forte patris, fulgentia bullis
cingula et exuuias gaudet rapuisse cruentas:
cognatam ciuilis agit discordia praedam
nec parcit propriis amor insatiatus habendi
pigneribus spoliatque suos famis inpia natos.

Def. POU *ante 458:* LIII auaritia spolia sub latere sinistro tegit *C; imagines in EK cum inscr.:* a. sp. s. l. s. t. (in sinistro latere protegit *K*) 458 arenarum *VK,Sa.c.* 459 infarcire *CD,KWp.c.* crumenis *R,CDB VMKp.c.* 460 turpilucrum *W* destindere *Ba.c.* confundere *W* 462 uelato permento *S,Na.c.m2Ea.c.* uelato perimento *V* uelat operimento (o *s.* e *pr. m2*) *R* uelat operimento *Mp.c.* uelat oper mento *D* 463 exercetaaenos *AB* exercit aenos *E,Mp.c.* *inter 463 et 464 spatium D* *ante 464:* LIIII multitudo uitiorum quae auaritia nicro lacte creat *C; imagines in EK cum inscr.:* m. u. q. a. nigro l. cr. *E* multitudinem uitiorum auaritia nigro lacte nutrit *K* 464 cufamis (*mg. m2* cura) *A* cura fames *CDKR,BMp c.VNp.c.m2Sa.c.* ancxietas *CD* 465 insomniae (mniae *in ras.*) *E* 466 euminides (ni *add. p.c.*) *B* uarie *BS* 467 rapidorum *CV* 468 crassantia *BVMW* 470 puluis *W* 471 conmilite *Bp.c.m2* 472 exserere *E* adque *A,Na.c.m2* soci* (i *s. ras. add.*) mucrone *E* *u. 473 om. W, add. summo mg.* 474 exinctum *B* sorte *in ras. SW* 479 pignoribus *SR,VKp.c.* fames *CDKR,VNp.c.m2MSp.c.* improba *E* *inter 479 et 480 spatium D*

480 Talia per populos edebat funera uictrix
orbis Auaritia sternens centena uirorum
milia uulneribus uariis: hunc lumine adempto
effossisque oculis uelut in caligine noctis
caecum errare sinit perque offensacula multa
485 ire nec oppositum baculo temptare periclum;
porro alium capit intuitu fallitque uidentem
insigne ostentans aliquid, quod dum petit ille,
excipitur telo incautus cordisque sub ipso
saucius occulto ferrum suspirat adactum.
490 multos praecipitans in aperta incendia cogit
nec patitur uitare focos, quibus aestuat aurum,
quod petit, arsurus pariter, peculator auarus.
omne hominum rapit illa genus, mortalia cuncta
occupat interitu neque est uiolentius ullum
495 terrarum uitium, quod tantis cladibus aeuum
mundani inuoluat populi damnetque gehennae.
quin ipsos temptare manu, si credere dignum est,
ausa sacerdotes domini, qui proelia forte
ductores primam ante aciem pro laude gerebant
500 uirtutum magnoque inplebant classica flatu.
et fors innocuo tinxisset sanguine ferrum,

Def. *POU* *ante 480:* LV auaritia plurimos sternit alios cems (*sic!*) errare sinit *C.* *imagines in EK cum inscr.:* a. pl. (multos *K*) st. a. cecos e. s. 481 auaritiae *E* 483 effosisque *NKW,ERa.c.* effosis (*in ras.*) que *D* 484 offendicula *A* 485 neconpositum *A* baculo] ferro *W* *inter 485 et 486 spatium D* *ante 486:* LVI auaritia dum aliquid ostendit iaculo percutere uult *C; imagines in EK cum inscr.:* a. d. a. (a. boni *K*) o. i. p. u. 486 capti* *SR* intuitu* *CD* intuitū *Bp.c.* *inter 489 et 490 spatium D* *ante 490:* LVII auaricia multos precipitat in incendia *C; imagines in EK cum inscr.:* a. m. pr. in i. (in ignem *K*) 492 peculatur *Ba.c.m2* speculatur *W,Np.c.(m2?)Sa.c.* speculator *KR,Ca.r.Na.c.m2DBMp.c.m2 VSp.c.* amarus (m *in ras.*) *C* 494 neque enim est *Ma.c.* neque ea *coni. Heinsius* 496 damnesque *Ba.c.m2* damnisque *W* 497 manus *BSa.c.* 498 sacerdotis domini *Na.c.m2* sacerdotealumini *W,Ba.c.m2* praelia *VN* 500 inplebat *W* implebant *EM* cassica *Na.c.* olamca *Ba.c.m2* nolamca *W* 501 forinnocuo *A* *inter 501 et 502 spatium D*

ni Ratio armipotens, gentis Leuuitidis una,
semper fida comes, clipeum obiectasset et atrae
hostis ab incursu claros texisset alumnos.
505 stant tuti Rationis ope, stant turbine ab omni
inmunes fortesque animi; uix in cute summa
praestringens paucos tenui de uulnere laedit
cuspis Auaritiae. stupuit Luis inproba castis
heroum iugulis longe sua tela repelli,
510 ingemit et dictis ardens furialibus infit:
'uincimur, heu, segnes nec nostra potentia perfert
uim solitam, languet uiolentia saeua nocendi,
sueuerat inuictis quae uiribus omnia ubique
rumpere corda hominum; nec enim tam ferrea quemquam
515 durauit natura uirum, cuius rigor aera
sperneret aut nostro foret inpenetrabilis auro.
ingenium omne neci dedimus, tenera, aspera, dura,
docta, indocta simul, bruta et sapientia, nec non
casta, incesta meae patuerunt pectora dextrae.
520 sola igitur rapui, quidquid Styx abdit auaris
gurgitibus, nobis ditissima tartara debent,
quos retinent populos; quod uoluunt saecula, nostrum est,
quod miscet mundus, uaesana negotia, nostrum.
qui fit, praeualidas quod pollens gloria uires
525 deserit et cassos ludit fortuna lacertos?

520 cf. Hiob 28, 3

Def. PO, U usque ad u. 520 *ante 502:* LVIII ratio *C* 502 formipotens *Ba.c.m2* formis potens *W* leuuitidis *AB,VNSa.r.* leuitidis *cet.* 503 clypeum *CDV* arte *in ras. N* 506 fortisque *Va.c.m2* anim* (i. *s. ras.*) *M* 507 perstringens *M,C* (ns *in ras.*) prestringens (re *et* ns *in ras.*) *D* 508 lues *CDMSKR,BVp.c.m2 Np.c.* *ante 510:* auaritia *R* 510 ingemuit *B* *inter 510 et 511 spatium D* *ante 511:* LVIIII auaritia iterum *C* 511 signes *Ba.c.m2* 513 que *D* (*mg.* quia), *Na.c.* quae (ae *in ras.*) *C* (*mg.* quia) 515 durauit *CD* (*mg.* formauit), *Bp.c.m2* formauit *cet.* (*in ras. M*). rigora era *N,Ma.r.* rigora aera *R* uigor aera *CD* (*in Ds.m2* l rigor) 519 incasta *W,Ba.c.m2* 520 rapuit *A,Ca.c.* stix *CDKRW,Ma.c.* *a. u. 521 iterum incipit U* 523 quod] aut *U* uesana *CDVS* 524 quid fit *BRW,Np.c.m2* quid sit *C* (*mg.* qui fit) *U*

sordet christicolis rutilantis fulua monetae
effigies, sordent argenti emblemata et omnis
thensaurus nigrante oculis uilescit honore.
quid sibi docta uolunt fastidia? nonne triumfum
530 egimus ex Scarioth, magnus qui discipulorum
et conuiua dei, dum fallit foedere mensae
haudquaquam ignarum dextramque parabside iungit,
incidit in nostrum flammante cupidine telum,
infamem mercatus agrum de sanguine amici
535 numinis, obliso luiturus iugera collo?
uiderat et Iericho propria inter funera, quantum
posset nostra manus, cum uictor concidit Achar.
caedibus insignis murali et strage superbus
subcubuit capto uictis ex hostibus auro,
540 dum uetitis insigne legens anathema fauillis
maesta ruinarum spolia insatiabilis haurit.
non illum generosa tribus, non plebis auitae
iuuit Iuda parens, Christo quandoque propinquo
nobilis et tali felix patriarcha nepote.
545 quis placet exemplum generis, placeat quoque forma
exitii: sit poena eadem, quibus et genus unum est.
quid moror aut Iudae populares aut populares

530 cf. Matth. 26, 14 sq. 532 cf. Marc. 14, 20. Ioh. 13, 26 sq. 535 cf. Act. 1, 18 537 cf. Ios. 7, 1. 21. 25 543 cf. Ios. 7, 16

Def. PO 526 cristicolis *S,Da.c.* christicolas *Wa.c.* rutilantuis *Ba.c.* rutilatuis *W* rutulantis *U* 527 sordet *W* arcenti *B* emblemate *W* cet *B* omnes *A,BEWa.c.* 528 thensuirus *Ba.c.* thesaurus *CDV ESKR* tesaurus *N* 529 dicta *C,Da.c.m2* fastigia *MR,Np.c.Sa.c.* triumfum *cum ADB,Na c.m2* 530 exscariot *W* exscharioth *B* ex charioth *K* escarioth *DU,Ca.c.* magnus] summus *U,CDmg., s. in E, BSm2* 531 foedera *C,DKa.c.m2* 532 hautquaquam *BSUK,DNa.c.* autquaquam *W* haudquamquam *Ca.c.* haut *M* dextraque *A,Ba.c.m2 Ea.c.* parapside *VESUKR* 533 flammate *B* 536 hiericho *ESMUKW* ihericho *R* hierico *CV,Dp.c.* ierico *DBa.c.* funes *W* 537 decidit *Sp.c.* acar *Va.c.* acan *Cmg.* 538 morali *A,BWa.c.* 539 succubuit *CDS,Np.c.* 540 anathematauillis *A* 541 aurit *VM, Sa c.m2* 545 ueneris *A* 546 uenus *A* 547 miror *Bp.c.*

sacricolae summi — summus nam fertur Aaron —
fallere fraude aliqua Martis congressibus inpar?
550 nil refert, armis contingat palma dolisue'.
Dixerat et toruam faciem furialiaque arma
exuit inque habitum sese transformat honestum:
fit Virtus specie uultuque et ueste seuera,
quam memorant Frugi, parce cui uiuere cordi est
555 et seruare suum, tamquam nil raptet auare:
artis adumbratae meruit ceu sedula laudem.
huius se specie mendax Bellona coaptat,
non ut auara Lues sed Virtus parca putetur,
nec non et tenero pietatis tegmine crines
560 obtegit anguinos, ut candida palla latentem
dissimulet rabiem diroque obtenta furori,
quod rapere et clepere est auideque abscondere parta,
natorum curam dulci sub nomine iactet.
talibus inludens male credula corda uirorum
565 fallit imaginibus, monstrum ferale sequuntur,
dum credunt uirtutis opus, capit inpia Erinys
consensu faciles manicisque tenacibus artat.
attonitis ducibus perturbatisque maniplis

548 cf. Num. 3, 6—10

Def. P O 548 aaroo *Ba.c.m2* aarco *W* 549 fraude aliquem *W* inpo *W,Ba.c.* 550 contingit *Sa.c.* *inter 550 et 551 spatium D* *ante 551:* LX auaritia se transformat in habitum honestum *C; imagines in EK cum inscr.:* a. se tr. in h. h. 551 furialique *B* 553 ueste] uoce *Dressel* 554 cordiae *W,Ba.c.m2* auaitur *W,Ba.c.m2* 556 adhumbrate *VW* sedola *A* s*edula *B* *inter 556 et 557 spatium D* *ante 557:* LXI auaritia fallit *C; imagines in EK cum inscr.:* a. f. 558 lues *omnes codd.* (*non* luis) 560 anguineos *MR, Bp.c.m2SKp.r.* 561 rabicem *Ba.c.* formam *U* famam *Cmg.* direque *S,Rp.c.* diroque (ro *in ras.*) *M* obtecta *VK* 563 curae *Np.c.* dulcis *N* iactat (cta *in ras.*) *M,Rp.c.m2* *inter 563 et 564 spatium D* *ante 564:* LXII auaritia hos quos fallit ligat *C; imagines in EK cum inscr.:* a. h. q. f. l. 565 monstrumque *CDKR* sequntur *D,Ea.c.* secuntur *VURW* 566 erinis *KRW,Na.c.Ep.c.* erynis *CDV MU,NSp.c.* rynis *ESa.c.* rinys *A* 567 que *om. DN, add. m2 C* *inter 567 et 568 spatium D* *ante 568:* LXIII uirtutes dubitant auaritiam

nutabat uirtutum acies errore biformis
570 portenti ignorans, quid amicum credat in illo
quidue hostile notet. letum uersatile et anceps
lubricat incertos dubia sub imagine uisus,
cum subito in medium frendens Operatio campum
prosilit auxilio sociis pugnamque capessit,
575 militiae postrema gradu sed sola duello
inpositura manum, ne quid iam triste supersit.
omne onus ex umeris reiecerat, omnibus ibat
nudata induuiis multo et se fasce leuarat
olim diuitiis grauibusque obpressa talentis,
580 libera nunc miserando inopum, quos larga benigne
fouerat effundens patrium bene prodiga censum.
iam loculos ditata fidem spectabat inanes
aeternam numerans redituro faenore summam.
horruit inuictae Virtutis fulmen et inpos
585 mentis Auaritia stupefactis sensibus haesit
certa mori. nam quae fraudis uia restet, ut ipsa
calcatrix mundi mundanis uicta fatiscat

Def. PO non plene cognoscens uirtutum acies *C; imagines cum inscr.:* uirtutum acies dubitat auaritiam non plene cognoscens *E* uirtutes dubitant auaritiam non plene cognoscentes *K* 571 laetum *BVEW* loetum *KR, Np.c.m2* 572 incertus *BEUW,CDa.c.Np.c.m2* incestus *Va.c.* *inter 572 et 573 spatium DS* *ante 573:* largitas *R* LXIIII largitas pugnat (contra *add. mg.*) auariciam et spolia eius pauperibus erogat *C* elemosyna siue caritatis largitio *M; imagines in EK cum inscr.:* l. p. c. a. et sp. e. p. e. 573 in *om. V, add. s.* 574 capescit *UR* 575 posttremo *A* gradui *Ba.r.* 577 honus *V,Ra.r.* humeris *CDVS, Np.c.m2* 578 nuda in diuitiis *C,Da.c.m2* nudata indubiis *W,Sa.r.* multo se fasce *DU* multo et fasce *B* multoque et fasce *W* 579 oppressa *CDBESK* 580 miserendo *UR,VNEKp.c.* 581 prodiga (g *in ras.*) *M* prodita *Ea.c.* 582 luculos *W,Ba.c.* didata *S,Ma c.* dicata *W* fide* *NES* fides *K,Cp.c.* fide *DBVR,Ca.c.m2* 583 foenore *CDVNK* foenere *Sa.c.m2* *inter 583 et 584 spatium D* *ante 584:* LXV auaritia stupefacta fatescit *C; imagines in EK cum inscr.:* a. st. f. 584 fulmine compos *Ca.c.* 585 auaritiae *WK* stupefactus *A* acsit *W* 586 fraudi *R* restat *CDU,Np.c.* 587 uita *W* fatescat *CDVa.c.Ep c.m2*

inlecebris spretoque iterum sese inplicet auro?
inuadit trepidam Virtus fortissima duris
590 ulnarum nodis obliso et gutture frangit
exsanguem siccamque gulam, conpressa ligantur
uincla lacertorum sub mentum et faucibus artis
extorquent animam, nullo quae uulnere rapta
palpitat atque aditu spiraminis intercepto
595 inclusam patitur uenarum carcere mortem.
illa reluctanti genibusque et calcibus instans
perfodit et costas atque ilia rumpit anhela.
mox spolia exstincto de corpore diripit, auri
sordida frusta rudis nec adhuc fornace recoctam
600 materiam, tiniis etiam marsuppia crebris
exesa et uirides obducta aerugine nummos
dispergit seruata diu uictrix et egenis
dissipat ac tenues captiuo munere donat.
tunc circumfusam uultu exultante coronam
605 respiciens alacris media inter milia clamat:
'soluite procinctum, iusti, et discedite ab armis!

Def. PO *inter 588 et 589 spatium D* *ante 589:* largitas *R* LXVI largitas auaritiam ligat *C; imagines cum inscr. in EK:* l. a. l. 590 guttore *A,Na.c.m2* guture *S* 591 exanguem *BSU* legantur *W,Ba.c.* liguntur *Na.c.* ligabant *UR,Bp.c m2* 593 nulloque *DVNR,Ba.c.m2 CESKa.c.* nullo quoque *Ep.c.* rapto *Vp.c.m2* raptam *Ep.c.* r*pt* (u *s. pr.*, o *s. alt. ras.*) *N* 594 adque *AW,DNEa.c.* 595 inlusam *Aa.c.m2Cp.r.* inclusam (nc *in ras. al. m.*) *D* *inter 595 et 596 spatium D* *ante 596:* LXVII largitas auaritiam cenibus (*sic*) et calcibus perfodit *C; imagines in EK cum inscr.:* l. a. genibus et c. p. 597 adque *AW,Na.c.* *inter 597 et 598 spatium D* *ante 598:* LVIII (*sic*) largitas spolia auaritiae pauperibus dat *C; imagines cum inscr.:* l. de spoliis auaritiae pauperibus (*sic*) recreat *E* l. sp. a. p. d. *K* 598 exuncto *A,Cmg.* aure *Va.c.* auro *Ma.c.* 599 frustra *CDVK* recocta *EW,Ba.c.m2* 600 materiem *CDVEMK* tineis *CDMKRW,BN Vp.c m2* tintis *VNa.c.* tiniis (i *med. p.c.*) *S* marsuppiam *Wa.c.* marsupia *VMKR,Sa.c.* 601 uerides *A,Ba.c.m2Wp.c.* ueridas *Wa.c.* uirides (es *p.c.*) *N* subducta *N,CDmg.* *inter 603 et 604 spatium D* *ante 604:* LVIII (*sic*) largitas cum gaudio turbas alloquitur *C; imagines in EK cum inscr.:* l. c. g. t. a. 604 circumfusum *R* clamat] coronam *W* 606 discite *D,Ca.c.m2* discedite (e *pr. p.c.*) *N* ab *om. S*

causa mali tanti iacet interfecta; lucrandi
ingluuie pereunte licet requiescere sanctis.
summa quies nil uelle super, quam postulet usus
610 debitus, ut simplex alimonia, uestis et una
infirmos tegat ac recreet mediocriter artus
expletumque modum naturae non trahat extra.
ingressurus iter peram ne tollito neue
de tunicae alterius gestamine prouidus ito
615 nec te sollicitet res crastina, ne cibus aluo
defuerit: redeunt escae cum sole diurnae.
nonne uides ut nulla auium cras cogitet ac se
pascendam praestante deo non anxia credat?
confidunt uolucres uictum non defore uiles
620 passeribusque subest modico uenalibus asse
indubitata fides dominum curare potentem,
ne pereant; tu, cura dei, facies quoque Christi,
addubitas, ne te tuus umquam deserat auctor?
ne trepidate, homines! uitae dator et dator escae est.
625 quaerite luciferum caelesti dogmate pastum,
qui spem multiplicans alat inuitiabilis aeui,
corporis inmemores: memor est qui condidit illud,
subpeditare cibos atque indiga membra fouere.'

613 cf. Matth. 10, 10 615 cf. Matth. 6, 34 617 cf. Matth. 6, 26. 620 cf. Matth. 10, 29

Def. PO 607 militanti *Na.c.m2Ea.c.* militandi *Np.c.m2* (a *sub* mi *add. al. m.*) *Ep.c.* 608 in*luie *C* inglue *Na.c.* illuuie *U* 611 recreat *R* recre *Ba.c.m2W* artui *W* 612 natura *S* 613 per omne tollito *Na c.* peram tollito *W,Ba.c.m2* 614 tonicae *EU* tonice *V* iti *Da.c.m2* esto *MR* 615 neccibus *BRW,Ea.r.* 616 diurno *Ep.c.* 618 credit *K,Vp.c.m2* 620 que *om. N* 623 at dubitas *CDVUR,Ea.c. BNSp.c.* andubitas *MKp.c.m2* et dubitas *Sa.c.m2* 624 trepidante *AB,SWa.r.* dato et *W* dator est *U* est *om. SU* 625 lucifluum *S* docmate *AV* 626 inuitabilis *W,Cmg.* inuitibilis *Ba.c.* inmutabilis (muta *in ras.*) *M* inuiolabilis *R* 627 illum *S,Ua.c.* 628 adque *A,Na.c.m2* indita *E* *inter 628 et 629 spatium DS*

His dictis curae emotae, Metus et Labor et Vis
630 et Scelus et placitae fidei Fraus infitiatrix
depulsae uertere solum. Pax inde fugatis
hostibus alma abigit bellum, discingitur omnis
terror et auulsis exfibulat ilia zonis.
uestis ad usque pedes descendens defluit imos
635 temperat et rapidum priuata modestia gressum.
cornicinum curua aera silent, placabilis inplet
uaginam gladius sedato et puluere campi
suda redit facies: liquidae sine nube diei
purpuream uideas caeli clarescere lucem.
640 agmina casta super uultum sensere Tonantis
adridere hilares pulso certamine turmae
et Christum gaudere suis uictoribus arce
aetheris ac patrium famulis aperire profundum.
dat signum felix Concordia reddere castris
645 uictrices aquilas atque in tentoria cogi.
numquam tanta fuit species nec par decus ulli

642 cf. Apoc. 3, 21

Def. PO, U a u. 641 *ante 629:* LXX pax uenit effugiunt metus et labor et uis *C* calcatis uictis triumphalis caelo attollitur laus *M; imagines in EK cum inscr.:* p. u. et fugiunt m. et l. et u. 630 placidae *R* placide *K* placid* (d *in* t *corr.*) *M* scelus et placitae] scaelasembaestae *Ba.c.m2* scel*sembeste *W* infitiatris *W* inficiatrix *VESU* 631 depolsae *Ba.c.m2* facatis *Ba.c.* f*datis *W* 632 abiit *S* habigit *W* discingitur (c *in ras.*) *BW* discinditur *R,Up.c.* 633 exfibula *Na.c.* fibulat *W,Ba.c.m2* elazonis *A* *u. 634 om. W* 635 rabidum *W* medium (*s.* uelocem ł rapidum) *K* gradum *W,Ba.c.m2* *inter 635 et 636 spatium D* *ante 636:* LXXI tubae silent gladii reconduntur in uaginis *C; imagines cum inscr. in EK:* t. s. gl. conduntur (reconduntur in uaginas *K*) 636 placidus *U* *inter 638 et 639 spatium D* *ante 639:* LXXII uirtutum legio gaudet uicto cartamine (*sic*) *D; imagines in EK cum inscr.:* u. l. g. u. certamine 640 fasta *ex* fatta *W* super] simul *E* *a u. 641 def. U* 641 adride *A* 642 arcem *EMR,Bp.c.m2Sa.c.* *inter 643 et 644 spatium D* *ante 644:* concordia *R* LXXIII concordia iubet reducere uixilla in castris *C; imagines in EK cum inscr.:* c. i. r. signa (uexilla *K*) in c. 645 adque *A,Na.c.m2* *inter 645 et 646 spatium D* *ante 646:* LXXIIII turme psallentium equitum ac pedestrum (*sic!*) *C; imagines in EK cum inscr.:* turme (turba *K*) ps. e. et (ac *K*) pedestrium 646 spescies *Aa.c.*

militiae, cum dispositis bifida agmina longe
duceret ordinibus peditum psallente caterua,
ast alia de parte equitum resonantibus hymnis.
650 non aliter cecinit respectans uictor hiantem
Istrahel rabiem ponti post terga minacis,
cum iam progrediens calcaret litora sicco
ulteriora pede stridensque per extima calcis
mons rueret pendentis aquae nigrosque relapso
655 gurgite Nilicolas fundo deprenderet imo
ac refluente sinu iam redderet unda natatum
piscibus et nudas praeceps operiret harenas.
pulsauit resono modulantia tympana plectro
turba dei celebrans mirum ac memorabile saeclis
660 omnipotentis opus liquidas inter freta ripas
fluctibus incisis et subsistente procella
crescere suspensosque globos potuisse teneri.
sic expugnata uitiorum gente resultant
mystica dulcimodis uirtutum carmina psalmis.
665 Ventum erat ad fauces portae castrensis, ubi artum
liminis introitum bifori dant cardine claustra.
nascitur hic inopina mali lacrimabilis astu

650 sq. cf. Exod. 14

Def. POU *u. 647 om. N, add. summo mg.* 648 psallente] stipere *W* cateruas *W* 649 ast (st *in ras.*) *M* est *W,Ba.c.* himnis *R* ymnis *VEMSW* 651 istrahel *A,Na.r.* israel *S* israhel *cet.* pontis *W,Ba.r.* posterga *BESK* minaces *A,Cmg.a.c.Dmg.* *inacis *W* minantis *CD* 652 cumia *A* calceret *D* calcar* (rat *s. ras. m2*) *M* littora *VNM* 654 relabso *BM* relapsu *W,Va.c.* relaxo *A,CDmg.* 655 niliuolas *W* nyliacos *C*(*mg.* nilicolas) *D* depraenderet *B* dependeret *CEa.c.* deprehenderet *R* 657 praecens *Ba.c.m2* precens *W* harenarum *Ka.c.* 658 resont *Ba.c.* resonant *W* tymphana *S,Np.c.* 659 saecli* *M* 661 illisis *Mp.c.* 663 genere pulset *W* 664 mistica *CDVSKRW* dulcimodis] l multimodis *CDmg.* *inter 664 et 665 spatium D ante 665:* LXXV uirtutes ingrediuntur urbem *C; imagines in EK cum inscr.:* u. u. i. 666 luminis *D* *inter 666 et 667 spatium DS ante 667:* discordia *R* amor fraterne dilectionis contra inuidiam *M* LXXVI discordia occulte uulnerat concordiam *C; imagines in EK cum inscr.:* d. o. u. c. 667 hinc *RW,BNp.c.Ea.c.* hic* (c *in ras.*) *C* mali (*in ras. m2*) *B*

tempestas, placidae turbatrix inuida Pacis,
quae tantum subita uexaret clade triumfum.
670 inter confertos cuneos Concordia forte
dum stipata pedem iam tutis moenibus infert,
excipit occultum uitii latitantis ab ictu
mucronem laeuo in latere, squalentia quamuis
texta catenato ferri sub tegmine corpus
675 ambirent sutis et acumen uulneris hamis
respuerent rigidis nec fila tenacia nodis
inpactum sinerent penetrare in uiscera telum.
rara tamen chalybem tenui transmittere puncto
commissura dedit, qua sese extrema politae
680 squama ligat tunicae sinus et sibi conserit oras.
intulit hoc uulnus pugnatrix subdola uictae
partis et incautis uictoribus insidiata est;
nam pulsa culparum acie Discordia nostros
intrarat cuneos sociam mentita figuram.
685 scissa procul palla structum et serpente flagellum
multiplici media camporum in strage iacebant,
ipsa redimitos olea frondente capillos
ostentans festis respondet laeta choraeis.
sed sicam sub ueste tegit, te, maxima Virtus,
690 te solam tanto e numero, Concordia, tristi
fraude petens; sed non uitalia rumpere sacri
corporis est licitum, summo tenus extima tactu
laesa cutis tenuem signauit sanguine riuum.
exclamat Virtus subito turbata: 'quid hoc est?
695 quae manus hic inimica latet, quae prospera nostra

Def. BP *a uersu 668 def. BW* 668 placida *A* 669 triumfum *cum A, OUW Na.c.m2* 674 subtecmine *Vp.c.* subtemine *E,Na.c.m2* 675 abirent *E, Ka.c.* amis *CDK* 678 chalibem *SR* calibem *V* calybem *CDEK* 679 conmissura *S* 680 tonicae *NM* tonice *Va,c.m2* *inter 680 et 681 spatium D* *ante 681:* LXXVII discordia uirtutibus insidiatur et capitur *C; imagines in EK cum inscr.:* d. u. i. et c. 681 subdola] sordida *Cmg.* 685 scisso *Aa.c.* 686 iacebat *R,VEMp.c.* 687 oleo *CDa.c.* 688 respondit *ESKR,Np.c.* choreis *CDVESK* 689 siccam *R,Ca.r.* 690 et solam *Sp.c.* christi (*mg.* tristi) *C* 692 ex*stimat actum (m *del.*) *S* estimat actu *R*

uulnerat et ferrum tanta inter gaudia uibrat?
quid iuuat indomitos bello sedasse furores
et sanctum uitiis pereuntibus omne receptum,
si Virtus sub Pace cadit?' trepida agmina maestos
700 conuertere oculos, stillabat uulneris index
ferrata de ueste cruor. mox et pauor hostem
comminus adstantem prodit; nam pallor in ore
conscius audacis facti dat signa reatus
et deprensa tremunt languens manus et color albens.
705 circumstat propere strictis mucronibus omnis
uirtutum legio exquirens feruente tumultu
et genus et nomen, patriam sectamque, deumque
quem colat et missu cuiatis uenerit. illa
exsanguis turbante metu: 'Discordia dicor,
710 cognomento Heresis, deus est mihi discolor,' inquit,
'nunc minor aut maior, modo duplex et modo simplex,
cum placet, aërius et de fantasmate uisus,
aut innata anima est, quotiens uolo ludere numen;
praeceptor Belia mihi, domus et plaga mundus.'
715 non tulit ulterius capti blasfemia monstri
uirtutum regina Fides, sed uerba loquentis
inpedit et uocis claudit spiramina pilo
pollutam rigida transfigens cuspide linguam.
carpitur innumeris feralis bestia dextris;
720 frustatim sibi quisque rapit, quod spargat in auras,
quod canibus donet, coruis quod edacibus ultro

Def. *BPOUW* 697 ferro *CD* (*mg.* bello) *K* 702 quominus (quo *in ras.*) *V* astantem *E* asstantem *Sp.c.* 704 trem* *R* tremit (it *in ras.*) *M* tremit* *Sa.c.* tremet (*mg.* tremunt) *CD* *inter 704 et 705 spatium D* *ante 705:* LXXVIII discordiam circumdant uirtutes si rictis (*sic*) mucronibus *C; imagines in EK cum inscr.:* d. c. u. strictis m. 710 inquid *AV,Na.c.* 713 aut] haud *R* 714 bella mihi *S* belial mihi *KR,Vp.c.m2* mihi belial *C* domo *Dressel contra codd. et sensum* *inter 714 et 715 spatium D* *ante 715:* LXXVIIII fides discordiam percutit *C; imagines in EK cum inscr.:* f. d. p. 715 blasfemia *cum AN* *post 715:* fides *R* *inter 717 et 718 spatium D* *ante 719:* LXXX uirtutes diuidunt discordiam *C; imagines in EK cum inscr.:* u. d. d. 719 feralis (*mg.* ferialis l furialis) *C* 720 spargit *A*

offerat, inmundis caeno exhalante cloacis
quod trudat, monstris quod mandet habere marinis.
discissum foedis animalibus omne cadauer
725 diuiditur, ruptis Heresis perit horrida membris.
Conpositis igitur rerum morumque secundis
in commune bonis tranquillae plebis ad unum
728—9 sensibus in tuta ualli statione locatis
730 exstruitur media castrorum sede tribunal
editiore loco, tumulus quem uertice acuto
excitat in speculam, subiecta unde omnia late
liber inoffenso circum inspicit aëre uisus.
hunc sincera Fides, simul et Concordia, sacro
735 foedere iuratae Christi sub amore sorores,
conscendunt apicem, mox et sublime tribunal
par sanctum carumque sibi supereminet aequo
iure potestatis, consistunt aggere summo
conspicuae populosque iubent adstare frequentes.
740 concurrunt alacres castris ex omnibus omnes,
nulla latet pars mentis iners, quae corporis ullo
intercepta sinu per conceptacula sese

Def. BPOUW 722 coeno *V* exalante *VEK,Na.c.m2Sa.c.* 724 discissumque feris *Sp.c.* 725 eresis *et* orrida *Na.c.m2* *inter 725 et 726 spatium DS ante 726:* LXXXI uirtutes aedificant tribunal *C* fides et concordia post acceptam uictoriam plebem allocuntur sacram *M; imagines in EK cum inscr.:* u. a. t. *727—730 ita, ut supra edidimus, exstant in AVR,NMS (mg. aliter) Emg.;* in commune bonis postquam intra tuta morari | contigit ac statione frui ualloque foueri | pacificos sensus et in otia soluere curas | sensibus in tuta ualli statione locatis | exstruitur *etc. CD* (fouere) *K,Vmg.Nmg.* (tueri) *Mmg.m2; eodem modo sed omisso uersu* sensibus . . locatis *E* (fouere; o *in* pacificos *et* sensus *in ras.; 730—732 in ras. excepto uerbo* late) 730 extruitur *CDVNM* 731 tumulis *Va.c.m2* quem in *Kp.c.* 732 speluncam *Ra.c.m2* inde *R* 733 circuminspicit *A* circumspicit *cet.* *inter 733 et 734 spatium D ante 734:* LXXXII fides et caritas conscendunt tribunal *C; imagines in EK cum inscr.:* f. et c. c. t. 734 hinc *CD,EKp.c.* huc *A,Ea.c.* 736 suble *A* *inter 739 et 740 spatium D* *ante 740:* concurrunt turba ab omnibus castris *C; imagines in EK cum inscr.:* concurrunt turmae (turbe *K*) ex (ab *K*) omnibus castris 742 intercoepta *A*

degeneri languore tegat, tentoria apertis
cuncta patent uelis, reserantur carbasa, ne quis
745 marceat obscuro stertens habitator operto.
auribus intentis expectant contio, quidnam
uictores post bella uocet Concordia princeps,
quam uelit atque Fides uirtutibus addere legem.
erumpit prima in uocem Concordia tali
750 adloquio: 'cumulata quidem iam gloria uobis,
o patris, o domini fidissima pignera Christi,
contigit. extincta est multo certamine saeua
barbaries, sanctae quae circumsaepserat urbis
indigenas ferroque uiros flammaque premebat,
755 publica sed requies priuatis rure foroque
constat amicitiis. scissura domestica turbat
rem populi titubatque foris, quod dissidet intus.
ergo cauete, uiri, ne sit sententia discors
sensibus in nostris, ne secta exotica tectis
760 nascatur conflata odiis, quia fissa uoluntas
confundit uariis arcana biformia fibris.
quod sapimus, coniungat amor, quod uiuimus, uno
conspiret studio; nil dissociabile firmum est.
utque homini atque deo medius interuenit Hisus,
765 qui sociat mortale patri, ne carnea distent
spiritui aeterno sitque ut deus unus utrumque,
sic, quidquid gerimus mentisque et corporis actu,
spiritus unimodis texat conpagibus unus.

753 cf. Hebr. 12, 22 756 cf. Matth. 12, 25

Def. BPOUW 743 langore *VR* 745 sternens *ESa.c.m2* *inter 745 et 746 spatium D ante 746*: LXXXIIII caritas uirtutum turmas alloquitur *C; imagines in EK cum inscr.:* c. u. t. (turbas *K*) a. 746 expectat *DVESKR,Ca.c. Np.c.m2* 748 adque *A,Na.c.m2* 751 patres *A,EKa.c.Np.c.m2* o *alt. in ras. R* pignora *VMSR,Cmg.* 752 concidit *Np.c.m2* hoc habet *Ma.c., S*(*mg.* contigit) 753 sanctas *Mp.c.* circumrepserat *Mp.c.* 758 caueto *V* 759 nec *S* 760 scissa *Mp.c.* 761 uariis] aliis *Va.c.* arcana (c *in ras.*) *N* archana *VEK,Dp.c.m2* 763 confirmet *Dp.c.m2* 764 atque homini *R* adque *AN* ysus *in ras. K* ihs *cet.* 767 quidquid *A, Sa.r.* quicquid *cet.* que *om. N*

pax plenum uirtutis opus, pax summa laborum,
770 pax belli exacti pretium est pretiumque pericli,
sidera pace uigent, consistunt terrea pace.
nil placitum sine pace deo: non munus ad aram
cum cupias offerre, probat, si turbida fratrem
mens inpacati sub pectoris oderit antro,
775 nec si flammicomis Christi pro nomine martyr
ignibus insilias seruans inamabile uotum
bile sub obliqua, pretiosam proderit Hisu
inpendisse animam, meriti quia clausula pax est.
non inflata tumet, non inuidet aemula fratri,
780 omnia perpetitur patiens atque omnia credit,
numquam laesa dolet, cuncta offensacula donat,
occasum lucis uenia praecurrere gestit,
anxia ne stabilem linquat sol conscius iram.
quisque litare deo mactatis uult holocaustis,
785 offerat in primis pacem: nulla hostia Christo
dulcior, hoc solo sancta ad donaria uultum
munere conuertens puro oblectatur odore.
sed tamen et niueis tradit deus ipse columbis
pinnatum tenera plumarum ueste colubrum
790 rimante ingenio docte internoscere mixtum
innocuis auibus; latet et lupus ore cruento
lacteolam mentitus ouem sub uellere molli,
cruda per agninos exercens funera rictus.
hac sese occultat Fotinus et Arrius arte,
795 inmanes feritate lupi; discrimina produnt

772 cf. Matth. 5, 24 775 cf. I Cor. 13, 3 779 cf. I Cor. 13, 4—8 782 cf. Eph. 4, 26 787 cf. Eph. 5, 2 788 cf. Matth. 10, 16 791 cf. Matth. 7, 15

Def. *BPOUW* 777 ihu *A* ihu *NMS* ihu *cet.* 780 adque *A,Na.c.m2* 781 contra (*mg.* cuncta) *E* 783 concius *A* 787 puro] liquido *VS,CDE* (*mg.* puro) *N*(*s.* puro) 788 tradidit *Mp.c.m2* tra*dit *N* 789 pennatum *CDVK, NMRp.c.* plumarum] plus gnarum *Np.c.m2* 790 rimantem ingenio docte internosse meatum *CD in textu,* 1 rimante ingenio docte inter noscere mixtum *summo mg. add.* 791 ouibus *CVEK,Da.c.* (auibus *Cmg. Vm2s.*) 794 ac *CDNa.c.* occultant *DVp.c.Ep c.m2* ocultant *SR* occultans (*mg.* tat) *C,Da.c.* 795 inmanis *E,Ca.c.m2*

nostra recensque cruor, quamuis de corpore summo,
quid possit furtiua manus.' gemitum dedit omnis
uirtutum populus casu concussus acerbo.
tum generosa Fides haec subdidit: 'immo secundis
800 in rebus cesset gemitus. Concordia laesa est,
sed defensa Fides, quin et Concordia sospes
germanam comitata Fidem sua uulnera ridet.
haec mea sola salus, nihil hac mihi triste recepta.
unum opus egregio restat post bella labori,
805 o proceres regni, quod tandem pacifer heres
belligeri armatae successor inermus et aulae
instituit Solomon, quoniam genitoris anheli
fumarat calido regum de sanguine dextra;
sanguine nam terso templum fundatur et ara
810 ponitur auratis Christi domus ardua tectis.
tunc Hierusales templo inlustrata quietum
suscepit iam diua deum, circumuaga postquam
sedit marmoreis fundata altaribus arca.
surgat et in nostris templum uenerabile castris,
815 omnipotens cuius sanctorum sancta reuisat!
nam quid terrigenas ferro pepulisse falangas
culparum prodest, hominis si filius arce
aetheris inlapsus purgati corporis urbem
intret inornatam templi splendentis egenus?

805 cf. III Reg. 5, 3—5 810 cf. III Reg. 6, 22 813 cf. III Reg. 8, 6

Def. BOUW, P *usque ad u. 811*

797 credit *C* (*mg.* al dedit), *Da.c.* *inter 798 et 799 spatium D ante 799:* LXXXV item fides uirtutum turmas alloquitur *C; imagines in EK cum inscr.:* item (*om. K*) f. u. t. (turbe *K*) a. 799 tunc *VR* 802 comita *A,Ra.c.m2* 803 nil *R* ac *VS,CDNa.c.m2* 804 egregium *MR,Sa.c.* aegregium *Ep.c.* (um *ex* o *uel* om) aestat (*mg.* l restat) *E* 806 inhermus *V* inermis *K,Ca.c.NMSp.c.* 807 salomon *DVESK,Ca.c. Np.c.* salamon *R* 811 hierusalem *CDMSR,VNEp.c.Ka.r.* ierusalem *Kp.r.* *a u. 812 incipit P* 813 archa *Vp.c.m2* arcae *Pp.c.* arc*e *E* 814 castris] sacris *C* (*mg.* castris) *D* (*s.* castris *gloss.*) 815 reuiset *Ca.c.* 816 numquid *DP,Ca.c.Ep.c.m2* repulisse *C* falanges *VER* phalanges *DK* phalangas *M,Sp.c.* 817 arcae *V,Ea.r.* 818 inlabsus *AM* inlapsu *P* 819 intrat *K*

820 hactenus alternis sudatum est comminus armis,
munia nunc agitet tacitae toga candida pacis
atque sacris sedem properet discincta iuuentus!'
Haec ubi dicta dedit, gradibus regina superbis
desiluit tantique operis Concordia consors
825 metatura nouum iacto fundamine templum.
aurea planitiem spatiis percurrit harundo
dimensis, quadrent ut quattuor undique frontes,
ne commissuris distantibus angulus inpar
argutam mutilet per dissona semetra normam.
830 Aurorae de parte tribus plaga lucida portis
inlustrata patet, triplex aperitur ad austrum
portarum numerus, tris occidualibus offert
ianua trina fores, totiens aquilonis ad axem
panditur alta domus; nullum illic structile saxum,
835 sed caua per solidum multoque forata dolatu
gemma relucenti limen conplectitur arcu
uestibulumque lapis penetrabile concipit unus.
portarum summis inscripta in postibus auro
nomina apostolici fulgent bis sena senatus.
840 spiritus his titulis arcana recondita mentis
ambit et electos uocat in praecordia sensus,

826 cf. Apoc. 21, 15 sq. 830 cf. Apoc. 21, 13 838 cf. Apoc. 21, 14

Def. 820 actenus *NS* est *om. K* 821 agitet] agite et *DMK,Cp.c.*
BOUW agi*te* (*s. l* tet) *S* agiten *E* 822 adque *A,Na c.* *edem *K* distincta *AE,VSa.c.* discinta *K* *inter 822 et 823 spatium DS* *ante 823:* LXXXVI fides et caritas metiuntur locum ubi templum domini aedificetur *C* fides et concordia construunt templum quadrangulum et triangulum quod mystica ex subsequenti intellegitur lectione *M; imagines in EK cum inscr.:* f. et c. m. l. u. t. d. a. 824 concors *PS* 826 arundo *AP* 827 dimissis *Cmg.* 828 nec omissuris *Na.c.* nec commissuris *CD,Ea.r.* ne commissuri *Ma.c.* 829 semita *CD* (*mg.* semetra) *P,Ka c.m2* semitra *Kp.c.* *inter 829 et 830 spatium D* *ante 830:* LXXXVII hic templum domini *C; imagines in EK cum inscr.:* templum (hic templum *K*) domini 832 tres *CDPER,Sp c.Ka.c.* 834 strictile *E* 835 secat per *P* dolatu forata *K* dolata foratu *P,C* (*mg.* forata dolatu) *Da.c.* forata dolatu* *N* 836 reculenti *A* lumen *Va.r.* arcus *C* (*s. l* actu) *P* actu *A* 837 concepit *Dp.c.* 838 inscribta *A* 840 archana *V*

quaque hominis natura uiget, quam corpore toto
quadrua uis animat, trinis ingressibus aram
cordis adit castisque colit sacraria uotis,
845 seu pueros sol primus agat, seu feruor efybos
incendat nimius, seu consummabilis aeui
perficiat lux plena uiros, siue algida borrae
aetas decrepitam uocet ad pia sacra senectam;
occurrit trinum quadrina ad conpeta nomen,
850 quod bene discipulis disponit rex duodenis.
quin etiam totidem gemmarum insignia textis
parietibus distincta micant animasque colorum
uiuentes liquido lux euomit alta profundo:
ingens chrysolitus natiuo interlitus auro
855 hinc sibi sappirum sociauerat, inde beryllum,
distantesque nitor medius uariabat honores;
hic calcedon hebes perfunditur ex yacinthi
lumine uicino; nam forte cyanea propter
stagna lapis cohibens ostro fulgebat aquoso.
860 sardonicem pingunt ametystina, pingit iaspis

854 cf. Apoc. 21, 19—20 858 cf. Apoc. 4, 6

Def. BOUW 842 quam] qua *DMSR,Vp.c.Ep.r.* 843 animae *CPK,SRp.c.* anime *DM,Ep.c.m2* 845 sol primus] supremus *A*, l subpremus *Emg.* efybos *A,Cmg.* efibos (feruore fibos) *Ea.c.* effybos *Na.c.* effebos (ffe *in ras. et m2*) *N* ephibos *Va.c.* ephoebos *P* efoebos *CK* ephebos *DMSR,Vp.c.* 846 consumabilis *VES* 847 perficiet *V* seu *Np.c.m2* borree *S* boręe *Ep.c.m2* (ręe *m2 in ras.*) boreae *C* (*mg.* l borrae) *DPKR,VNp.c.m2* 848 aetas] acta est *P* decrepitum *P* uocem *P* 849 conpita *S,NEa.c.* compita *VER* numen *CDVEK,NSp.c.m2* *inter 850 et 851 spatium D ante 851:* LXXXVIII de gemmis *C* 852 colonum *D,Ka.c.* polorum *Pa.c.* 853 profundum *P* 854 chrysolitus *ANE* crysolitus *P* chryssolitus *CD* chrisolitus *VSR* chrissolitus *K* chrisolithus *M* 855 sappirum *A,Na.c.* sappyrum *S* sapphirum *M,Np.c.* saphirum *ER* saphyrum *PK* sapphyrum *CD* saffirum *V* berillum *VPK* birillum *R* 856 uariarat *E,VNp.c.* 857 hinc *CDMSR* calcedon *CD,VPEK* calchedon *cet.* haebes *E* ebes *S* habes *P* yacinthi *ANR* hyacinthi *Mp.c.* ycinethi *Sp.c.* hiacincti *K* hyacinctis *P* iacincti *E* iacinti *V,Da.c.* hiacinti *C,Dp.c.* 860 sardonycem *N* sardonychem *MS* sardonichem *CPR,Da.c.* ametystina *ANMS* ametistina *VK* amethistina *D* ametistum *P* amethistum (*mg.* l ametisthina) *C* ama***tina *E* amethystina *R* hiaspis *V*

sardium iuxta adpositum pulcherque topazon.
has inter species smaragdina gramine uerno
prata uirent uoluitque uagos lux herbida fluctus.
te quoque conspicuum structura interserit, ardens
865 chrysoprase, et sidus saxis stellantibus addit.
stridebat grauidis funalis machina uinclis
inmensas rapiens alta ad fastigia gemmas.
at domus interior septem subnixa columnis
crystalli algentis uitrea de rupe recisis
870 construitur, quarum tegit edita calculus albens
in conum caesus capita et sinuamine subter
subductus conchae in speciem, quod mille talentis
margaritum ingens opibusque et censibus hastae
addictis animosa Fides mercata pararat.
875 hoc residet solio pollens Sapientia et omne
consilium regni celsa disponit ab aula
tutandique hominis leges sub corde retractat.
in manibus dominae sceptrum non arte politum
sed ligno uiuum uiridi est, quod stirpe reciso
880 quamuis nullus alat terreni caespitis umor,

868 cf. Prou. 9, 1 873 sq. cf. Matth. 13, 46

Def. *BOUW* 861 sardoum *C* (*mg.* sardium), *Mp.c.* sard*um (oni *s. ras. m2*) *S* sardonium *CDPK,Sp.c.m2* 862 smarag dina (s *et* g *in ras.*) *N* smragdina *Aa.c.* zmaragdina *CDESK* gramina *E* 863 uerent *A* 864 in structura *V* 865 chrysoprasse *CDV* chrisso prasse *K* stillantibus *ACPER* 866 grauides *Dp.c.m2* fundalis *Dp.c.m2Vp.c. Ka c.* *inter 867 et 868 spatium D* *ante 868:* LXXXVIII domus ubi sapientia sedet *C; imagines in EK cum inscr.:* d. interior u. s. s. 868 ad *A,Na.c.m2* subnexa *P* columbis *P* 869 cristalli *PR* christalli *CDV,Ka.c.* chrystalli *NEMS,Kp.c.* albentis *P,Ep.c. Sp.c.m2* 870 quadrum *E* 871 quonum *V,Ea.c.* caesus] cedunt *P, Cmg.* 872 ductos concarum *P* subductus concae *CN,Da.c.* 873 uiribus *DVNPMSKR,CE* (*mg.* censibus) haustae *C* (*mg.* astae) *D,PSp.c.* hausta *Ep.c.m2* arte *MR* 874 parabat *MS* *inter 874 et 875 spatium DK* *ante 875:* XC sapientia iterum *C* 877 corda *V* retractans *P* 878 domine *Aa.c.* 879 lignum *Ep.c.m2* ligni *P* (*et fort. E*) *a.c.* uirid-quod (i est *s.*) *A* uiride est quod *P* recisos *Aa.c.* reciso* (um *s.* o) *M* recisum *CDPR,NKp.c.Ep.c m2* 880 humor *CDVK*

fronde tamen uiret incolumi, tum sanguine tinctis
intertexta rosis candentia lilia miscet
nescia marcenti florem submittere collo.
huius forma fuit sceptri gestamen Aaron
885 floriferum, sicco quod germina cortice trudens
explicuit tenerum spe pubescente decorem
inque nouos subito tumuit uirga arida fetus.
Reddimus aeternas, indulgentissime doctor,
grates, Christe, tibi meritosque sacramus honores
890 ore pio — nam cor uitiorum stercore sordet —:
tu nos corporei latebrosa pericula operti
luctantisque animae uoluisti agnoscere casus.
nouimus ancipites nebuloso in pectore sensus
sudare alternis conflictibus et uariato
895 pugnarum euentu nunc indole crescere dextra,
nunc inclinatis uirtutibus ad iuga uitae
deteriora trahi seseque addicere noxis
turpibus et propriae iacturam ferre salutis.
o quotiens animam uitiorum peste repulsa
900 sensimus incaluisse deo, quotiens tepefactum
caeleste ingenium post gaudia candida taetro
cessisse stomacho! feruent bella horrida, feruent,
ossibus inclusa fremit et discordibus armis
non simplex natura hominis; nam uiscera limo
905 effigiata premunt animum, contra ille sereno

885 cf. Num. 17, 8. Hebr. 9, 4

Def. OU, BW usque ad u. 892 881 incolomi *CDESKR* 883 summittere *CD* 884 forma* (fuit *s. ras.*) *M* 885 florigerum *Pa.c. E in ras. Sp.c.m2* germen *VK*, *Ea.c.m2* 886 decorum *Dressel* 887 f*etus *N* foetus *K* *inter 887 et 888 spatium DS* *ante 888:* XCI prudentius gratias agit deo *C,Pmg.* redd* (un *s. ras.*) tur hic grates communes omnium christo *M; imagines in EK cum inscr.:* prudentius (*om. E*) gratias deo agit (agit deo *E*) 891 latebrasa *Aa.c.* *a u. 893 denuo incipiunt BW* 894 suda*re *B* et] ac *BW* 895 nunc] ne *W* dextram *CDVPSR,BNp.c.* dextram (m *in ras.*) *K* 896 uirt.] ceruicibus *VNMR,CDmg.* ceruitibus *S* 897 detriora *BWa.c.* dexteriora *P* 900 sensibus *D,Cp.c.* inclausisse *E* 901 tetro *CDV*, *Np.r.* 902 sthomaco *AN* *alt.* feruet *S* ferue*t *B* 905 praemunt *B,Ca.r.* animam *A* illa *P,Ea.c.*

editus adflatu nigrantis carcere cordis
aestuat et sordes arta inter uincla recusat.
spiritibus pugnant uariis lux atque tenebrae
distantesque animat duplex substantia uires,
910 donec praesidio Christus deus adsit et omnes
uirtutum gemmas conponat sede piata
atque, ubi peccatum regnauerat, aurea templi
atria constituens texat spectamine morum
ornamenta animae, quibus oblectata decoro
915 aeternum solio diues Sapientia regnet.

908 cf. Gal. 5, 17

Def. OU *906 om. BW; in B add. imo mg. m2 (IX uel X saec.), quae lacunas codicis suppleuit* afflatum *P* carce *Va.c.* corpore *Ma.c.* 907 sor*es *A* inter uincla recusat *al. m.* (*non m2 saec. IX—X*) *B* ntnimum contra ille sereno *W* 908 adque *A,Na.c.m2* 909 animae *P* abstantia *W*, *Ba.c.m2* 910 asstat et *P* adstat et *Cmg.* adsistet *MSa.r.* omnis *Dressel* 911 beata *C,D* (piata *s.*) 912 adque *A,NKa.c.m2* aura *Ba.c.* 915 regnat *P* *915 deest in W*

post 915 add.: explicit psycomachya (psychomachya *p.c.m2*) *C* explicit psychomachya prudentii *D* explicit psychomachia *E* ΕΞΠΛΙΧΙΓΨΙΚΟΜΑΚΗΑ *P* exp. psychomacia. liber III feliciter *B* (*alia m.*) finit liber III psychomachia incipit contra orationem symmachi liber I *V* finit liber III psychomacia (psychomachia *p.c.m2*) incipit contra orationem symmaci (symmachi *p.c.m2*) liber I *N* finit liber III bsycomacia contra orationi symachi liber I incipit pfacio *S* aureli* prudens uirtutum praelia clemens cum uitiis cepit (*sic!*) metrica scolaticus (*sic!*) arte explicit libellus prudentii primus per quinquennia iam decem *cet.* (*initium Praefationis et libri Cathemerinon*) *R* incipit ars capri de ortografia *W; deest subscr. in AMK* (*W*)

V.

CONTRA ORATIONEM SYMMACHI LIBRI DVO.

CODICES:

A = *Parisinus lat. 8084 saec. VI* (‘*Puteaneus*‘).
C = *Cantabrigiensis Corp. Chr. 223 saec. IX—X.*
D = *Dunelmensis B 4. 9. saec. X.*

B = *Ambrosianus D 36 sup. saec. VII.*
V = *Vaticanus Reg. 321 saec. X.*
N = *Parisinus lat. 8305 saec. X.*

P = *Parisinus lat. 8086 saec. X.*
E = *Leidensis Burm. Q. 3 saec. X.*

M = *Casinensis 374 saec. IX.*
O = *Oxoniensis Oriel 3 saec. X.*
S = *Sangallensis 136 saec. IX uel X ineuntis.*
U = *Bernensis bibl. urbanae 264 saec. IX.*

CONTRA ORATIONEM SYMMACHI LIBER PRIMUS.

⟨PRAEFATIO.⟩

Paulus, praeco dei, qui fera gentium
primus corda sacro perdomuit stilo,
Christum per populos ritibus asperis
inmanes placido dogmate seminans,
5 inmansueta suas ut cerimonias
gens pagana deo sperneret agnito,
actus turbinibus forte nigerrimis
hibernum pelagus iam rate debili
et uim nauifragi pertulerat noti,
10 sed cum caerulei proelia gurgitis
iussisset domini dextra quiescere,
ad portum fluitans cumba relabitur
exponitque solo litoris uuidi
contractos pluuio frigore remiges.
15 tunc de litoreis saepibus algidi
arentum propere bracchia palmitum
conuectant, rapidos unde focos struant:
fascem quisque suum congerit ignibus
expectans calidi luxuriam rogi.

1 sq. cf. Act. 27. 28

Def. A incipit contra orationem symmaci (symachi *D*) liber I *DB* incipit contra orationem simachi liber primus incipit pre phatio *M* contra orationem symmachi aur̄. prudentii cl. liber I incipit praefatio *U* incipit liber primus contra symmachum *O* incipit contra simmachon (simmacon *E* symmacon *C*) liber primus *CPE*; *de VNS cf. ad Ps 915*; *in D quintus quisque Praefationis uersus, in P quartus quisque a maiore litt. initiali incipit; in A libri duo contra Symmachum toti deficiunt*

1 preco *CBPM* 2 istilo *Ba.c.* 4 inmanens *B* placito *CDP*, *Ep.c.* docmate *V,Na.c.* 5 suas] uanas *Cmg.* caerim. *CE* cerem. *D,VNp.c.m2* 9 naufragi *PEO* naufragii *Cmg.* naufragio *M* nothi *CDVU,Np.c.m2Pp.c.* 11 destra *B* quiesceret *B* 12 ad] at *D* cymba *CDP,ESp.c.Np.c.m2* kymba *U* cimba *O* cupa *Sa.c.* 13 littoris *V* 15 *e *S* 16 brachia *CDVPMOSU,Ep.r.* 17 trudant *B* 19 exspectans *D* expectant *PE*

20 Paulus dum fragiles cogere surculos
et densere foci congeriem studet,
incautam cumulis inseruit manum,
torpebat glacie pigra ubi uipera
sarmentis laqueos corporis inplicans.
25 quae postquam intepuit fomite fumeo
laxauitque ferox colla rigentia,
iam flecti facilis rettulit ad manum
uibrato capite spicula dentium;
haerentem digiti uulnere mordicus
30 pendentemque gerens Paulus inhorruit.
exclamant alii, quod cute liuida
uirus mortiferum serpere crederent.
at non intrepidum terret apostolum
tristis tam subiti forma periculi.
35 adtollens oculos sidera suspicit
Christum sub tacito pectore murmurans
excussumque procul discutit aspidem.
abiectus coluber uerberat aëra
atque oris patuli soluit acumina.
40 mox omnis sanies deserit et dolor
ceu nullo laceram uulnere dexteram
siccatusque perit uipereus liquor;
hydrum praecipitem dum rotat inpetus,
arsurum mediis intulit ignibus.
45 Sic nunc post hiemem uimque trucis freti,
quo iactata ratis tunc Sapientiae est,
cum sub sacricolis territa regibus

20 cf. Act. 28, 3—6

Def. A 20 congere *E,Pa.r.* surgulos *B* 21 densare *U* 23 glatiae *DE* glatie *CPU* glaties *Na.c.* 27 retulit *CDVPO,Sp.r.* 28 bibrato *B* 33 ad non *B,NEa.c.m2* 35 adtoll. *B* attoll. *cet.* 37 discutit *BPE, Cmg.* decutit *cet.* 39 adque *Na.c.m2* 40 omnes *Ba.c.* 41 lacerum *C,Pa.c.m2Ea.c.* dextram *S,Va.c.* 43 hidrum *V* praecepitem *B* inpetus *cum B* 46 quod *M* sapienti*(e *s.* i *alt.*) *C* sapientia *MOS* 47 sacrilegis *Smg.*

uix panso poterat currere carbaso
adflictosque suos turbine saeculi
50 uectarat rabidis fluctibus innatans,
morsum uulnificum lex pia pertulit.
occultabat enim se prius abditum
uirus nec grauidum protulerat caput
contentum inuolucris atque cubilibus
55 subter conprimere clausa silentia.
sed dum forte latens inpietas riget,
dextram iustitiae pigra momorderat
succensi stomacho fellis inaestuans.
heu quam catholicam nil prope profuit
60 puppem nasse sacri remigio stili,
quem Paulus uariis gentibus edidit!
uix portu placido tuta quieuerat,
uictrix edomitis mille furoribus
uix adstricta suis iam retinaculis
65 uectores stabili condiderat solo,
erumpit subito triste periculum.
nam dum praecalidos igniculos sibi
soluendis adolent et senio et gelu,
dum uirgas steriles atque superfluas
70 flammis de fidei palmite concremant,
ut concreta uagis uinea crinibus
siluosi inluuiem poneret idoli,
palpauit nimius perniciem tepor,
seps insueta subit serpere flexibus
75 et uibrare sagax eloquii caput,

Def. A 48 c̄currere *V* 50 uectaret *DO* rapidis *ES* rauidis *B* 52 additum *N* 54 uolucris *Ba.c.* inuoluc*is (l *s. ras.*) *V* adque *Na.c.* 55 quo premeret *DO,Sa.r.* quo premere *M,Sp.r.* 57 momordeat (r *s.* ea *m2*) *D* 58 sthomaco *B* 59 propero (u *s.* ro) fuit *E* propero fuit *C,DPa.c.* pro pe ro fuit (*mg.* al. prope profuit) *S* prospero fuit *O* 60 pumpem *B,Vp.c.* pupem *O,Va.c.* puppim *U,Sp.c.* 61 auariis *B* 65 uictores *N,VOa.c.* 69 uirga *BM* adque *Na.c.m2* 70 de *om. B, s. m2* 72 siluoso *Va.c.* inlubiem *B* 74 seps *Weitzius* spes *codd.* 75 eloqui *B*

sed dextra inpatiens uulneris inritos
oris rhetorici depulit halitus,
effusum ingenii uirus inaniter
summa christicolis in cute substitit.
80 Saluator generis Romulei, precor,
qui cunctis ueniam das pereuntibus,
qui nullum statuis non operis tui
mortalem, facili quem releues manu,
huius, si potis est, iam miserescito,
85 praeruptam in foueam praecipitis uiri!
spirat sacrilegis flatibus inscius
erroresque suos indocilis fouet.
obtestor, iubeas, ne citus inpetus
arsurum mediis inferat ignibus.

Credebam uitiis aegram gentilibus urbem
iam satis antiqui pepulisse pericula morbi
nec quidquam restare mali, postquam medicina
principis inmodicos sedarat in arce dolores.
5 sed quoniam renouata luis turbare salutem
temptat Romulidum, patris inploranda medella est,
ne sinat antiquo Romam squalere ueterno
neue togas procerum fumoque et sanguine tingui.
inclytus ergo parens patriae moderator et orbis
10 nil egit prohibendo, uagas ne pristinus error
crederet esse deum nigrante sub aëre formas

Def. A 77 rhetorici *P* rethorici *cet.* alitus *CVPE,DNa.c.m2* 79 cristicolis *CO* subsistit *DBMO,VNa.c.* 84 es *Na.c.m2* misereres cito *B,V ex* miseres cito 85 praecepitis *B* 86 fluctibus (*mg.* al. flatibus) *U* 88 inpetus *cum B* *post 88:* finit praefatio *CDO* (*in D add. al. m.:* poeta loquitur) finit praephatio *M* finit prologus *N* finit praefatio incipit liber primus *S* incipit liber prior aduersus symmachum aur. prud. cl. *U; in cet. nullae subscriptiones uel inscriptiones*

3 quidquam *Na.c.* quicquam *cet.* renouat aluis *VNa.c.m2* luis *BM,Sa.c.m2* lues *cet.* 6 medela *CPSU* 7 sinant *B* 9 inclitus *CVPE,Ua.c.* moderatorbis *B* 10 uagus *EO,CDa.c.Pa.c.m2* 11 nigrantes ubere *M,Na.c.m2* nigrante sub ęre *Np.c.m2*

aut elementorum naturam, quae patris ars est
omnigeni, summa pro maiestate sacraret,
uir solus, cui cura fuit, ne publica morum
15 plaga cicatricem summa leuiter cute clausam
duceret et latebram tabentis uulneris alte
inpressam penitusque putri de pure peresam
iuncta superficies medico fallente foueret,
sed studuit, quo pars hominis generosior intus
20 uiueret atque animam letali peste piatam
nosset ab interno tutam seruare ueneno?
illa tyrannorum fuerat medicina uidere,
quis status ante oculos praesentibus ac perituris
conpeteret rebus nec curam adhibere futuris.
25 heu, male de populo meriti, male patribus ipsis
blanditi, quos praecipites in tartara mergi
cum Ioue siuerunt multa et cum plebe deorum!
ast hic imperium protendit latius aeuo
posteriore sŭis cupiens sancire salutem.
30 nimirum pulchre quidam doctissimus: 'esset
publica res', inquit, 'tunc fortunata satis, si
uel reges saperent uel regnarent sapientes.'
estne ille e numero paucorum, qui diadema
sortiti aetheriae coluerunt dogma sophiae?
35 contigit ecce hominum generi gentique togatae
dux sapiens; felix nostrae res publica Romae
iustitia regnante uiget: parete magistro
sceptra gubernanti! monet, ut deterrimus error

30 cf. Plato, Res publ. V p. 473 CD

Def. A 12 elimentorum *E,Pa.c.Np.r.* 15 cecatricem *B* 16 ducere *PEa.c.* tauentis *B* altae *B,Na.r.* alta *S* 17 pure *om. P, s. m2; s.* l de carne *E* per escam *O,DVa.c.* 18 fauente *E* 20 adque *Na.c.m2* loetali *CDNPMOS,Ep.c.* piatum *V,Ea.c.* 23 qui *VNMOSU* 26 praecepites *B* praecipitis *P,NEa.c.* mergit (t *in ras.*) *M* 28 protendi *N* 30 quidem *E,Pa.c.m2* 31 inquid *BV, MNSa.c.* 32 regnaret *Ba.c.* 33 e *om. BDM,OSa.c.* 34 aetheria *Pa.c.* (*et fort. NEa.c.*) aethereae *Ep.c.* 38 gubernante *Pp.c.m2* teterrimus *MS,Up.c.*

utque superstitio ueterum procul absit auorum
40 nec putet esse deum, nisi qui super omnia summus
emineat magnique inmensa creauerit orbis.
Num melius Saturnus auos rexisse Latinos
creditur, edictis qui talibus informauit
agrestes animos et barbara corda uirorum?
45 'sum deus, aduenio fugiens, praebete latebras,
occultate senem nati feritate tyranni
deiectum solio. placet, hic fugitiuus et exul
ut lateam, genti atque loco Latium dabo nomen.
uitibus incuruum, si qua est ea cura, putandis
50 procudam chalybem nec non et moenia uestri
fluminis in ripa statuam Saturnia uobis.
uos nemus adpositasque meo sub honore sacrantes
— sum quia nam caelo genitus — celebrabitis aras.'
inde deos, quorum patria spectata sepulcra
55 scimus, in aere hebetes informauere minores,
aduena quos profugus gignens et equina libido
intulit Italiae: Tuscis namque ille puellis
primus adhinniuit simulato numine moechus.
Mox patre deterior siluosi habitator Olympi
60 Iuppiter incesta spurcauit labe Lacaenas,
nunc boue subuectam rapiens ad crimen amatam,
nunc tener ac pluma leuior blandosque susurros
in morem recinens suaue inmorientis oloris,

Def. A 40 putat *Np.c.m2* *ante 42:* de saturno *CDMOSU* 42 auus *DNE,CPa.c.* 43 quis *Dressel* 46 semnem *B* 47 et] ut *B* exsul *PE* 48 adque *Na.c.m2* 50 chalybem (y *in ras.*) *N* chalibem *Ua.c.* chabilem *D* calibem *V,Ca.c.m2* calybem *O,Cp.c.m2* 52 nemos *B* nemihi (ihi *in ras. m2*) *N* 53 genito *B* 54 patrias pectata *VN* patrias spectata *U* patriaspeccata *B* patria spectate (*mg.* speccare) *C* p*atria spectare *P* patria spectare *DE* sepulchra *CDVNPOSU,Ma.r.* 55 haebites *B,E* (i *in* e *m2*) habetes *D* 58 adhinnuit *Ba.c.* adinniuit *V* nomine *PE* *ante 59:* de ioue *CDMOSU* 59 olimpi *VO* 60 iupiter *DV* incesta spurgauit *M* incestas purgauit *N,VSUa.c.* incestas spurcauit *O* incesta spurchauit *Vp.c.* clade *ex* claue *V* labu *C* lacaenas *N* lacaenus *C* lacenas *cet.* 61 uobe *B* subtectam *U* subiectam *U* 62 teneratpluma *B* tenera pluma *DOSU* mirros (*add. minoribus litt.* usorros) *B* 63 more *V*

capta quibus uolucrem uirguncula ferret amorem,
65 nunc foribus surdis, sera quas uel pessulus artis
firmarat cuneis, per tectum diues amator
imbricibus ruptis, undantis desuper auri
infundens pluuiam gremio excipientis amicae,
armigero modo sordidulam curante rapinam
70 conpressu inmundo miserum adficiens catamitum
pelice iam puero magis indignante sorore.
haec causa est et origo mali, quod saecla uetusto
hospite regnante crudus stupor aurea finxit,
quodque nouo ingenio uersutus Iuppiter astus
75 multiplices uariosque dolos texebat, ut illum,
uertere cum uellet pellem faciemque, putarent
esse bouem, praedari aquilam, concumbere cycnum
et nummos fieri et gremium penetrare puellae.
nam quid rusticitas non crederet indomitorum
80 stulta uirum, pecudes inter ritusque ferinos
dedere sueta animum diae rationis egenum?
in quamcumque fidem nebulonis callida traxit
nequitia, infelix facilem gens praebuit aurem.
Successit Iouis imperio corruptior aetas,
85 quae docuit rigidos uitiis seruire colonos.
expertes furandi homines hac inbuit arte
Mercurius Maia genitus; nunc magnus habetur
ille deus, cuius dedit experientia fures.

Def. A 64 uoluerem *B* 65 sordis *B* era *B* passulus *B* 66 firmarant *BNVPE* curneis *B* 67 inbricibus *CD* 69 causante *DPE,Vp.c.m2* 70 a*ffigens *N* (f *pr. p.c.*) camitum *Ea.c.Pp.c(m2* iterum *in* catamitum *corr.*) 71 paelice *CPEM,Na.c.* paelicae *D* 72 saecula *B,Ea.c.* 76 uerteret *B* 77 uobem *B* confingere *DO* concinne (re *s.* e) *S* cicnum *E,Cp.c.Pa.c.* cignum *DMOSU,Ca.c.Pp.c.* cygnum *V* 78 fieri] fer*er (et *s.* er *alt.*) *S* serere *MU* 79 numquid *B* 80 pecudis *Ep.c.* inter*rictosque (c *in ras.*, u̯ *s.* o) *S* inter rictusque *MOU,Dp.c.* ferinus *PEa.c.* 81 degere *B* die *CDB* diuae *MOU,N*(a *m2*)*Sp.c.* 82 quacumque *CDPO* traxit] struxit *C*(*mg.* traxit)*PE* *ante 84:* de mercurio *CDMOSU* 84 successi *B* iobis *Ba.c.m2* uis *N* aestas *B* 85 regidos *PEa.c.* ridos *Ba.c.* colones *O*

nec non Thessalicae doctissimus ille magiae
90 traditur extinctas sumptae moderamine uirgae
in lucem reuocasse animas, Cocytia leti
iura resignasse sursum reuolantibus umbris,
ast alias damnasse neci penitusque latenti
inmersisse chao. facit hoc ad utrumque peritus
95 ut fuerit geminoque armarit crimine uitam;
murmure nam magico tenues excire figuras
atque sepulcrales scite incantare fauillas,
uita itidem spoliare alios ars noxia nouit.
artificem scelerum simplex mirata uetustas
100 supra hominem coluit simulans per nubila ferri
aligerisque leues pedibus transcurrere uentos.

Ecce deum in numero formatus et aeneus adstat
Graius homo augustaque Numae praefulget in arce.
strenuus exculti dominus quidam fuit agri
105 hortorumque opibus memorabilis, hic tamen idem
scortator nimius multaque libidine suetus
rusticulas uexare lupas interque salicta
et densas saepes obscena cubilia inire;
indomitum intendens animum semperque paratum
110 ad facinus numquam calidis dabat otia uenis.
hic deus e patrio praenobilis Hellesponto
uenit ad usque Italos sacris cum turpibus hortos,
sinum lactis et haec uotorum liba quotannis

Def. A 89 thessalonicae *PEa.c.* 91 cocitia *DO* laeti *V,Pp.c.* loeti *CDO,Pa.c.NESp.c.* 93 alia *E,Pa.c.m2* 94 cao *Ba.c.* 95 que *om. N* de *s.* crimine *N* 96 maico *V* 97 adque *Na.c.m2* sepulchrales *CDNPU,MSa.c.* fauillis *BNa.c.* 98 idem *E,Pa.c. Da.c.m2* 101 aligeresque *PEa.c.* *ante 102:* de priapo *CDMOSU* 102 astat *U* asstat *V* 103 Numae praef. in arce] numen in arce (*post add. min. litt.* perfulget in arce) *B* 107 rusticolas *CDVE,Np.c.* rusticola*s (*mg.* al. ruricolas) *P* salecta *BM,VNESa.c.* 108 obscena *cum CDBNOS* 109 que *om. B* (*s. min. litt.*), *S* (*add. s.*) 111 e] et *MOSU* de e *Ea.c.* ellesponto *V* hellespontum *B* 112 cum turibus *Ba.c.* cultoribus *PE* (*s. et mg.* al. cum turpibus) 113 quod annis *M,NEa.c.* quod requiris (*add. min. litt.* annis) *B*

accipit ac ruris seruat uineta Sabini,
115 turpiter adfixo pudeat quem uisere ramo.
Herculeus mollis pueri famosus amore
ardor et in transtris iactata efferbuit Argo
nec maris erubuit Nemea sub pelle fouere
concubitus et Hilan pereuntem quaerere caelebs;
120 nunc Saliis cantuque domus Pinaria templum
collis Auentini conuexa in sede frequentat.
Thebanus iuuenis superatis fit deus Indis,
successu dum uictor ouans lasciuit et aurum
captiuae gentis reuehit spoliisque superbus
125 diffluit in luxum cum semiuiro comitatu
atque auidus uini multo se proluit haustu
gemmantis paterae spumis mustoque Falerno
perfundens biiugum rorantia terga ferarum.
his nunc pro meritis Baccho caper omnibus aris
130 caeditur et uirides discindunt ore chelydros,
qui Bromium placare uolunt, quod et ebria iam tunc
ante oculos regis satyrorum insania fecit
et fecisse reor stimulis furialibus ipsas
maenadas inflammante mero in scelus omne rotatas.
135 hoc circumsaltante choro temulentus adulter
inuenit expositum secreti in litoris acta

Def. A 115 puderat *PEa.c.* *ante 116:* de hercule (herculo *D*) *CDMOSU* 116 herculeos *E,Pa.c.* 117 iactatae feruuit *E,Pa.c.* taetataeferuuit *B* iactatae fer*buit *N* iactate ferbuit *V* 119 hilan *cum CDBNPE* celebs *BVMO,DNa.c.m2* celeps *PE* 120 nunc * cantuque (*mg.* saliis *m2*) *P* nunc saliis * cantuque *S* nunc saliis cantoque *B* phinaria *Dp.c.m2* *ante 122:* de libero qui et bacchus (bachus *SU*) *MSU* de libero qui et bachus d[icitu]r *O* de liber (*sic!*) qui et bacus *D* 122 thebanus hinc iuuenis *M,SUa.c.* 126 adque *Na c.m2* 127 multoque *VOSU* 128 uiiugum *B* rotantia *P* 129 bacho *OSU* bacco *BP,Da.c.m2Ea.c.* 130 uerides *B* ui*rides *N* uiridis *Pa.c.m2* discend. *M,Na.c.m2* descend. *O,Sa.c.* descind. *E,Da.c.m2Pa.c.* chelidros *VO,Dp.r.* chelindros *Da.r.Sp.c.* celyndros *ex* cylindros *U* celydros *NM* 134 menadas *VS* moenadas *U* mae*das (na *add. mg.* d *in ras.*) *P* maedanas *B,Ea.c.* medanas *D* rotatus *E,Pa.c.* 135 choro] diorho *B* themulentus *DB* 136 li*toris *N* acta (*s.* antro) *E*

corporis egregii scortum, quod perfidus illic
liquerat incesto iuuenis satiatus amore.
hanc iubet adsumptam feruens post uina Neaeram
140 secum in deliciis fluitantis stare triumfi
regalemque decus capitis gestare coronam;
mox Ariadneus stellis caelestibus ignis
additur: hoc pretium noctis persoluit honore
Liber, ut aetherium meretrix inluminet axem.
145 Tantum posse omnes illo sub tempore reges
indocilis fatui ducebat ineptia uulgi,
ut transire suis cum sordibus induperator
posset in aeternum caeli super ardua regnum.
regia tunc omnis uim maiestatis et omnis,
150 parua licet, caeli imperium retinere potestas
credita, ture etiam ducibus paruoque sacello
inpertitus honos, quem dum metus aut amor aut spes
adcumulant, longum miseris processit in aeuum
mos patrius, coepit falsae pietatis imago
155 ire per ignaros nebuloso errore nepotes.
tum quia, quae uiuis ueneratio regibus ante
contigerat, functis eadem iam munere lucis
cessit et ad nigras altaria transtulit urnas,
inde puellarum ludibria, pignera, partus
160 et furtiuus amor iuuenum et deprensa iugalis
corruptela tori, quoniam regalibus aula

Def. A 138 ingesto *B,VNEa.c.Pp.c.* 139 neaeram (am *in ras.*) *S* neaetram *U* ne*erem (e *ult. in* a *corr.*) *P* neaerem *CDB,VEa.c.Na.c.m2* 140 fluitantes *PEa.c.* fluitantem *Ep.c.* triumfi *B* tryumphi *S* triumphis *D* triumphi *cet.* 142 arianneus *Ep.c.* arrianneus *B,NPEa.c.* igni *B* 143 praetium *DBNP* honorem *B* 144 meritrix *Np.c.m2* 145 illo *om. O* illos *Pa.c.* *inter 147 et 148 in U inuenitur u. 121:* collis auentini conuexa in sede frequentat *ultimus in pagina uersus et signo ad locum suum (post 120) delegatus* 148 possit *MOSU* 151 tura *PE* parumque *B* paruusque *PE* 152 amor] honor *PE* 153 accumulant *CDVMO,Np.r.* 154 mors *O,DSa.c.* *in mg. ad u. 154 unc. litt.* exegesis *V* 156 tunc *V* 159 pignora *VNU* 160 deprehensa *DPE* depraehensa *M* 161 thori *VU,Dp.c.m2*

feruere tunc uitiis solita est nec perdita luxu
diuorum subolis sancti meminisse pudoris.
Atque ut, Roma, tuos caelesti ex sede parentes,
165 quis te semideam iactant auctoribus ortam,
praestringam breuiter, Gradiuum uel Cytheream,
ille sacerdotem uiolat, contra illa marito
subcumbit Frygio. coitus fuit inpar utrique:
nec terrestre deam decuit mortalis obire
170 coniugium nec caelicolam discendere ephybum
uirginis ad uitium furtiuoque igne calere.
sed Venus augusto de sanguine femina uili
priuatoque uiro uetitum per dedecus haesit;
et si Rhea sacram lasciui Martis amore
175 lusa pudicitiam fluuiali amisit in ulua,
crediderim generosae aliquem stirpis sed eundem
moribus infamem conpressa uirgine per uim
se dixisse deum, ne stuprum numinis ullus
obicere auderet turpi miseraeque puellae.
180 haec Italos induxit auos uel fama uel error,
Martia Romuleo celebrarent ut sacra campo,
utque Palatinis Capitolia condita saxis
signarent titulo proaui Iouis atque Pelasgae

Def. A 162 ne *Va.c.m2* 163 sobolis *Sa.c.* soboles *CDOU,PSp.c.m2* *ante 164:* de marte et uenere iunone et cybele (cibele *U* cybile *D*) *CDMOSU* 164 adque *Na.c.m2* roma tuus *E,Pa.c.* romanus *S* 165 ianstant (*s.* abie) *B* orbam *Ma.c.* ostam *Pa.c.* auctam *ex* austam *N* 166 perstringam *V,Np.c.m2* cytherean *BV* cytherei *S* citheream *CDP* *citeream (h *s.* t) *E* 168 succumbit *CDVMOU,S* (*pr.* u *m2*) *Np.c.m2* isdicum (*mg.* subcumbit) *B* frigio *VNP* prigio *B* phrigio *OSU* 169 ***estre (*s.* ne terrester) *B* docuit *P*(*s.m2* licuit),*E.a.c.* mortales obire *PEa.c.* mortale subire *NPSp.c.* mortalis adire *Ep.c.* mortalis obire (is *et* o *in ras.*) *U* 170 coniugum *O* discendere *cum CE,Pa.c.* ephybum *BE,VNa.c.m2* phybum *Pa c.m2* phebum *Pp.c.m2* ephoebum *CDU* ephebum *cet.* 171 furtiuo *O,S* (ue *s.m2*) 172 augusta *PE* femine *V* feminae *Na.c.* 174 et] at *DO* sihrea *O* sir hea *S* syrhea (*s.* citherea) *P* sir*ea *C,E* (*s.* citherea) 175 nisalusa *O* **lusa *S* lusa (*mg.* nisa) *M* fluuialia misit *CDOU, VSa.c.* fluuialiamisit *N* fluuialia misi (t *s.*) *P* 179 obiceret *B* auderet *om. B* (audire *s. min. litt.*) 183 adque *Na.c.m2*

Palladis et Libyca Iunonem ex arce uocarent,
185 cognatos de Marte deos, Veneris quoque nudum
accirent proceres Erycino e uertice signum,
utque deum mater Frygia ueheretur ab Ida,
Bacchica de uiridi peterentur ut orgia Naxo.
facta est terrigenae domus unica maiestatis
190 et tot templa deum Romae quot in orbe sepulcra
heroum numerare licet, quos fabula manes
nobilitat, noster populus ueneratus adorat.
hos habuere deos Ancus, Numitor, Numa, Tullus,
talia Pergameas fugerunt numina flammas,
195 sic Vesta est, sic Palladium, sic umbra penatum,
talis et antiquum seruauit terror asylum.
ut semel obsedit gentilia pectora patrum
uana superstitio, non interrupta cucurrit
aetatum per mille gradus. tener horruit heres
200 et coluit, quidquid sibimet uenerabile cani
monstrarant ataui; puerorum infantia primo
errorem cum lacte bibit, gustauerat inter
uagitus de farre molae, saxa inlita ceris
uiderat unguentoque lares umescere nigros;
205 formatum Fortunae habitum cum diuite cornu
sacratumque domi lapidem consistere paruus
spectarat matremque illic pallere precantem.
mox umeris positus nutricis triuit et ipse

Def. A 184 libica *CDVO* libicam *P* lioucam *B* lybica *NESU* lybyca *M* 185 de more *Ep.c.* nurum *O,Da.c.m2* 186 acciperent *MO,Sa.r.* accingerent *PEa.c.* ericino *V* ericyno *U* e *om. MOU,Sa.c.* 187 frigia *CVPESU,Mp.r.* frigida *Ma.r.* ab Ida] auida *B* 188 bhacchica *Ma.r.* bacchicha *V,Ep.c.* bachica *OU* bachia *Cp.r.* bachida *Ca.r.* bacchida *PEa.c.* 190 quod *DBVM,NPESa.c.* in *om. B* (*s. al. m.*) urbe *BPE* sepulchra *CDVPMOSU* 191 manens *D,CPEa.c.* 193 angus *B* nomitor *N* tillus *B* 195 pennatum *O,PEa.c.* 196 terror seruauit *Sichardus et plerique edd. contra codd.* asilum *D,Ua.c.* *ante 197:* unde error (horror *O*) inualuit *CDMOSU* 200 quidquid *cum B* sibi (met *om.*) *B* uenerauile *B* 201 prima *MOSU* 203 caeris *CDU* 204 ungentoque *E,PMa.c.m2* humescere *OU,Dp.c.* 205 habitu *B* 206 paruos *E,PMa.c.* 208 humeris *CDVPOU*

inpressis silicem labris, puerilia uota
210 fudit opesque sibi caeca de rupe poposcit
persuasumque habuit, quod quis uelit, inde petendum.
numquam oculos animumque leuans rationis ad arcem
rettulit, insulsum tenuit sed credulus usum
priuatos celebrans agnorum sanguine diuos.
215 iamque domo egrediens, ut publica festa diesque
et ludos stupuit celsa et Capitolia uidit
laurigerosque deum templis adstare ministros
ac sacram resonare uiam mugitibus ante
delubrum Romae — colitur nam sanguine et ipsa
220 more deae nomenque loci ceu numen habetur
atque Vrbis Venerisque pari se culmine tollunt
templa, simul geminis adolentur tura deabus —,
uera ratus, quaecumque fiant auctore senatu,
contulit ad simulacra fidem dominosque putauit
225 aetheris, horrifico qui stant ex ordine uultu.
illic Alcides spoliatis Gadibus hospes
Arcadiae fuluo aere riget, gemini quoque fratres
corrupta de matre nothi, Ledeia proles,
nocturnique equites, celsae duo numina Romae,
230 inpendent retinente ueru magnique triumfi
nuntia suffuso figunt uestigia plumbo.
adsistunt etiam priscorum insignia regum:
Tros, Italus Ianusque bifrons genitorque Sabinus

Def. A 209 inpressit *BE,Pa.c.* impressit *C* (*ex* impressis?) *D* 210 opemque *U* 212 animamque *PE* 213 retulit *CVPOS,Da.c.m2* detulit *Dp.c.m2* 215 namque *M,Sa.c.* 216 eludos *B* et ludus *P* stipuit *D* 217 astare *U* asstare *V* *ante 219:* de simulacro romae et uariis (aliis *CDOS*) simulacris (*om. CDO*) *CDMOSU* 220 logi *B* luci *Va.c.* 223 senatu auctore probantur *C* (*mg.* fiant auctore senatu), *B* (fiant *s.* senatu), *P* senatu auctore probentur *VNE,D in ras. m2* (*mg.* fiant auctore senatu *m2*) 225 stabant *M* 226 illi*g*ides (c *s. ras. pr.* d *s. ras. alt.*) *E* illic alides *Pa.c.* 227 archadiae *VU* archadie *CDP* arcadia *MS* aererigit *E,Pa.c.m2* geminis *B* 228 noti *MO* 230 retinentque *U,Sp.c.* uiro *B* uerum *M* solo *CPE,Dp.c.m2* triumfi *cum B* 231 suffoso *P* suffosso *E* 233 dros *D* dus *B* dux *CVSU,N* (duxit alus *a.c.*) italus] salius *ex* aliis *S* genitus que *N*

Saturnusque senex maculoso et corpore Picus,
235 coniugis epotum sparsus per membra uenenum.
omnibus ante pedes posita est sua cuique uetusta
arula; Iano etiam celebri de mense litatur
auspiciis epulisque sacris, quas inueterato
— heu miseri! — sub honore agitant et gaudia ducunt
240 festa kalendarum. sic obseruatio creuit
ex atauis quondam male coepta, deinde secutis
tradita temporibus serisque nepotibus aucta;
traxerunt longam corda inconsulta catenam
mosque tenebrosus uitiosa in saecula fluxit.
245 Hunc morem ueterum docili iam aetate secuta
posteritas mense atque adytis et flamine et aris
Augustum coluit, uitulo placauit et agno,
strata ad puluinar iacuit, responsa poposcit;
testantur tituli, produnt consulta senatus
250 Caesareum Iouis ad speciem statuentia templum.
adiecere sacrum, fieret quo Liuia Iuno
non minus infamis thalami sortita cubile,
quam cum fraterno caluit Saturnia lecto.
nondum maternam partu uacuauerat aluum
255 conceptamque uiri subolem paritura gerebat
pronuba, iam grauidae fulcrum et geniale parantur,
iam sponsus saliente utero nubentis amicos
aduocat, haud sterilem certus fore iam sibi pactam:
uitricus anteuenit tardum praeferuidus ortum
260 priuigni nondum geniti, mox editur inter

Def. A 235 epoto *Np.c.m2* ueneno *Np.c.m2* 236 positasuaestsua *B* posita est sa *PEa.c.m2* uetustas *E,PMUa.r.* sordens *C* (*mg.* uetustas) *S* 237 arula] agna *E,Cmg.* ianoque *Ep.c.m2* 238 auspicits *B* auspicuis *VNa.r.* 239 miseris *DO,CPESa.c.* dicunt *DMOS* 240 kal. *CVPEMO* cal. *cet.* 241 coepta (*m2*) *B* 244 moxque *VO, Ea.c.* *ante 245:* de simulacro augusti *CDMOSU* 246 mensae *CP, Ea.c.* mensa *Ep.c.* adque *Na.c.m2* aditis *CDVOU,Np.c.m2* 250 specimen *Np.c.m2* *ante 251:* de simulacro liuiae uxoris augusti *CDMOSU* 251 adiacere *V* libia *O,DPa.c.m2Na.c.Ep.c.* libya *B* 254 parto *B* 255 sobolem *CDMOSU,Pp.c.* 256 fulchrum *DVNPU* et *eras. U* 258 haut *BMU,Na.c.* 259 uittricus *N,Va.r.*

fescennina nouo proles aliena marito;
idque deum sortes, id Apollinis antra dederunt
consilium: numquam melius nam cedere taedas
responsum est, quam cum praegnans noua nupta iugatur.
265 hanc tibi, Roma, deam titulis et honore sacratam
perpetuo Floras inter Veneresque creasti!
nec mirum; quis enim sapiens dubitauerat illas
mortali de stirpe satas uixisse et easdem
laude uenustatis claras in amoribus usque
270 ad famae excidium formae nituisse decore?
Quid loquar Antinoum caelesti in sede locatum,
illum delicias nunc diui principis, illum
purpureo in gremio spoliatum sorte uirili
Hadrianique dei Ganymedem, non cyathos dis
275 porgere sed medio recubantem cum Ioue fulcro
nectaris ambrosii sacrum potare Lyaeum
cumque suo in templis uota exaudire marito?
ergo his auspicibus Traianus, Nerua, Seuerus
et Titus et fortes gesserunt bella Nerones,
280 quos terrena uiros inlustres gloria fecit
et uirtus fragilis prouexit in ardua famae
adscitae terris sub religione iacentis!
quam pudet hoc illis persuasum, talibus ut se
Romanasque acies censerent Martis amore
285 posse regi, dum se Paphiae male blandus adulter

Def. A 262 atque *PE* id] et *CDPE* 263 cedere thaedas *C* credere thaedas *P* (b *s. d*) *E* credere (pre *s.* cre) tedas *V* cedere t*ędes *D* cedere tedis *S* 264 pregnax *B* nubta *B* iugator (u *s.* o; *mg.* copulator coniugii) *PE* uocatur *O,Sa.c.* iugum *M* 266 flores *CD* creata *B* 267 dubitauerit *Obbarius cod. Guelferbytano Aug. 56. 18* (*fam. Ba*) *fultus* 270 fama *PEa.c.* forme *B* enituisse *E* *ante 271:* de cultura adriani et catamiti eius *CDMSU* de cultura adriani *O* 272 delictans *B* nunc] uno (n *s.* o) *B* 274 hadrianenque deam *Ep.c.m2* hadrianique deis *B* ganimedem *CDVPEMU* ganimeden *Sp.c.* ganymidem *O* cyatos *CDBVSU* 275 por*gere *V* pergere *C* fulchro *VNU* 276 portare *DE,CPUa.c.* lyeum *SU,Op.c.* lieum *V* liaeum *N* lyerum *Oa.c.* 277 in *om. P* 282 relligione *CDNU* relegione *Ea.c.m2* regione *B* iacentes *BVN,DSp.c.*

uenditat Aeneadasque suos successibus auget!
felices, si cuncta deo sua prospera Christo
principe disposita scissent, qui currere regna
certis ducta modis Romanorumque triumfis
290 crescere et inpletis uoluit se infundere saeclis!
sed caligantes animas et luce carentes
in Iouis Augustique adytis templisque duarum
Iunonum Martisque etiam Venerisque sacellis
mactatas taetro leti inmersere baratro
295 supremum regimen crassis in partibus orbis
esse rati mersoque poli consistere fundo.
Quidquid humus, quidquid pelagus mirabile gignunt,
id duxere deos: colles, freta, flumina, flammas;
haec sibi per uarias formata elementa figuras
300 constituere patres hominumque uocabula mutis
scripserunt statuis uel Neptunum uocitantes
oceanum uel Cyaneas caua flumina Nymfas
uel siluas Dryadas uel deuia rura Napaeas.
ipse ignis, nostrum factus qui seruit ad usum,
305 Vulcanus perhibetur et in uirtute superna
fingitur ac delubra deus et nomine et ore
adsimulatus habet nec non regnare caminis
fertur et Aeoliae summus faber esse uel Aethnae.

Def. A 286 suos] uos *B* 289 triumfis *B* triumphis *CDPE* triumphos *cet.* 290 inpletis *cum BNES* 291 caligantes falso animas *CPEa.c.* 292 aditis *CDVPEO,Ua.c.m2* 294 mactatis *E* iactatas *D* loeti *CDPOS,NEp.c.* laeti *VM* 295 suppremum *CDO,PEp.c.* suppremom *Pa.c.* rigimen *B* *ante 297:* de culturis (coloribus *CDO*) elementorum sub specie quorundam non deorum sed demonum (hominum *CDO*) *CDMOSU* 297 quidquid *cum Na.c.m2* gignit *Vp.c.* 298 induxere *DOSU* 299 format *Va.c.* formant *CPE,Vp.c.* elimenta *CPE* 301 scribserunt *B* 302 cianeas *VO* nimfas *S* nimphas *VO* nymphas *MU* 303 dryaras *M* driadas *DVNU,Ca.c.* napeas *CDOSU* naepaeas *Ma.c.* napheas *BPE* naphaeas *N* (h *in ras.*) 304 factas *D,PEa.c.* 307 adsimilatus *C* 308 aethnae *cum CPEOSU* aethnat *B* aethne *D* ethne *M* *ethnae (nae *in ras. m2*) *N*

Est qui conspicuis superos quaesiuit in astris,
310 ausus habere deum solem, cui tramite certo
condicio inposita est uigilem tolerare laborem
uisibus obiectum mortalibus, orbe rutundo
praecipitem teretique globo per inane uolantem
et, quod nemo negat, mundo caeloque minorem.
315 area maior enim, quam qui percurrit in illa,
et longe campi spatium diffusius, in quo
emicat ac uolucri feruens rota uoluitur axe.
quamuis nonnullis placeat terram breuiorem
dicere circuitu, quam sit pulcherrimus ille
320 circulus, et flammas inmensi sideris ultra
telluris normam porrecto extendere gyro,
numne etiam caeli minor et contractior orbis,
cuius planitiem longo transmittere tractu
circinus excurrens meta interiore laborat?
325 ille deus uerus, quo non est grandior ulla
materies, qui fine caret, qui praesidet omni
naturae, qui cuncta simul concludit et inplet;
solem certa tenet regio, plaga certa coërcet,
temporibus uariis distinguitur: aut subit ortu
330 aut ruit occasu, latet aut sub nocte recurrens,
nec torquere facem potis est ad signa trionum
orbe nec obliquo portas aquilonis adire
nec solitum conuersus iter reuocare retrorsum.
hic erit ergo deus praescriptis lege sub una
335 deditus officiis? libertas laxior ipsi
concessa est homini, formam cui flectere uitae

Def. A *ante 309:* de cultura solis quem putant apollinem *CDMOSU* 309 conspicuus *P,Ea.c.m2* conspicuos *Ep.c.m2* superis *Pp.c.m2* 311 conditio *VNU* 312 rutundo *B,Na.c.* rot. *cet.* 318 breuiore *CDVN* 320 inmensis *D,CPEa.r.* 321 cyro *B* giro *Ma.c.* gyros *Pp.c.m2* 322 caelo *Pp.c.* orbi (i *in ras.*) *P* 323 longe *DO* 324 circulus *Ep.c.* 325 qui *CPEa.c.* cui *Ep.c.* 327 concludet *B* inplet *cum B* 328 cohercet *PEMOU,Sa.r.* 334 praescribtis *B* prescriptus *O* 336 concensa *D* hominis *CDM,ESa.c.* cui] cum *O* uitas *M*

atque uoluntatis licitum est, seu tramite dextro
scandere seu laeuo malit decurrere campo,
sumere seu requiem seu continuare laborem,
340 seu parere deo siue in contraria uerti.
ista ministranti regimen sollemne dierum
haudquaquam soli datur a factore potestas,
sed famulus subiectus agit, quodcumque necesse est.
hoc sidus currum rapidasque agitare quadrigas
345 commenti et radios capitis et uerbera dextrae
et frenos falerasque et equorum pectora anhela
aeris inaurati uel marmoris aut oricalci
iusserunt nitido fulgere polita metallo.
post trabeas et eburnam aquilam sellamque curulem
350 cernuat ora senex barbatus et oscula figit
cruribus aenipedum, si fas est credere, equorum,
inmotasque rotas et flecti nescia lora
aut ornat redimita rosis aut ture uaporat.
Hoc tamen, utcumque est, tolerabile. quid, quod et ipsae
355 dant tibi, Roma, deos inferni gurgitis umbrae?
Eumenidum domina Stygio caput exerit antro,
rapta ad tartarei thalamum Proserpina regis
et, si quando suos dignatur adire Quirites,
placatur uaccae sterilis ceruice resecta
360 et regnare simul caeloque ereboque putatur,
nunc bigas frenare boues, nunc saeua sororum
agmina uipereo superis inmittere flagro,
nunc etiam uolucres caprearum in terga sagittas

Def. A,Ba *u. 337—560 def. B* 337 adque *Na.c.m2* 340 parare *PE* *u. 337* 341 solemne *DPES* sollempne *N* 342 hautquaquam *OU,Na.c.* hautquamquam *M* 345 uerbere *DO,CEa.c.Pa.c.m2* 346 faleresque *Da.c.m2* faleres quae *Ea.c.* pectora anhelat *O* rectora anhela *Ea.c.* rector anhelat *P* 347 aut] et *P,Sa.r.* (aut *s.*) *orichalchi *N* oricalchi *U,SOp.c.* auricalchi *V* 350 cernuaque *CDMO,Sa c.m2* cernuat (t *in ras.*) *U* 351 aeripedum *NPE* aequorum *DV,Na.c.* *ante 354:* de lunae cultura quam et dianam (edianam *D* et diane *M*) dicunt *CDMOSU* 356 stigio *DVU* stigyo *S* antros *Sp.c.* 357 regi *M* 358 dignatus *CD,PEa.c.m2* 360 hereboque *MOU,NSp.c.m2*

spargere terque suas eadem uariare figuras.
365 denique, cum Luna est, sublustri splendet amictu,
cum subcincta iacit calamos, Latonia uirgo est,
cum subnixa sedet solio, Plutonia coniunx
imperitat Furiis et dictat iura Megaerae.
si uerum quaeris, Triviae sub nomine daemon
370 tartareus colitur, qui te modo raptat ad aethram
sidereoque deum uenerandum suadet in astro,
per siluas modo mortiferi discurrere mundi
erroresque sequi subigit nemorumque putare
esse deam, quae corda hominum pauitantia figat
375 quaeque feras perimat letali uulnere mentes,
depressos modo subter humum formidine sensus
obruit, inplorent ut numina lucis egena
seque potestati committant noctis opertae.
Respice terrifici scelerata sacraria Ditis,
380 cui cadit infausta fusus gladiator harena,
heu, male lustratae Flegetontia uictima Romae!
nam quid uaesani sibi uult ars inpia ludi,
quid mortes iuuenum, quid sanguine pasta uoluptas,
quid puluis caueae semper funebris et illa
385 amphitheatralis spectacula tristia pompae?
nempe Charon iugulis miserorum se duce dignas
accipit inferias placatus crimine sacro.
hae sunt deliciae Iouis infernalis, in istis

Def. AB 366 succincta *NU* iacet *CE,Pa.c.* calamus *CPEa.c.Op.c.* *inter 366 et 367* (*in MOU inter 367 et 368*) *add.:* cum rapitur furia est et torui plutonis uxor *CDMOSU* 367 coniux *O,NESa.c.* 368 megera *Va.c.m2* megerae *CDNPOU,Vp.c.m2* megere *E* 369 quaeras *SU* queras *DVMO* doemon *U* demon *DN* 373 erroremque *PE* 375 laetali *D* loetali *VPOS,NEp.c.* 376 depraen*sos *N* 377 obruant *Pp.c. m. rec.* 378 operte (*s.* opace) *P* *ante 379:* quod uenerabantur (quid *CDMOU*, uenerabatur *CDOSU*) in spectaculis *CDMOSU* 380 cadat *P* 381 lustrata *DVMO,Na.c.* flegetontica (ca *in ras. m2*) *N* uictime *V* 382 nam] sed *DPE,Cmg.* uesani *DPOSU* inpia *cum EMU* 385 amfitheatralis *NS* amphiteatralis *U* tristitia *V,Sa.r.* 386 digna *Sp.c.* dig* *N* 387 crimine] munere *P* 388 haec *M,Na.r.* erunt *V* inferialis *C*

arbiter obscuri placidus requiescit Auerni.
390 nonne pudet regem populum sceptrisque potentem
talia pro patriae censere litanda salute,
religionis opem subternis poscere ab antris?
euocat, heu, poenis tenebrosa ex sede ministrum
interitus, speciosa hominum cui funera donet.
395 in cassum arguere iam Taurica sacra solemus:
funditur humanus Latiari in munere sanguis
consessusque ille spectantum soluit ad aram
Plutonis fera uota sui. quid sanctius ara,
quae bibit egestum per mystica tela cruorem?
400 anne fides dubia est tibi sub caligine caeca
esse deum, quem tu tacitis rimeris in umbris?
ecce, deos manes cur infitiaris haberi?
ipsa patrum monumenta probant: DIS MANIBVS illic
marmora secta lego, quacumque Latina uetustos
405 custodit cineres densisque Salaria bustis.
dic, quibus hunc scribis titulum, nisi quod trucis Orci
imperium uerae ceu maiestatis adoras?
en quibus inplicita squalebat regia summi
imperii tractis maiorum ab origine sacris,
410 cum princeps gemini bis uictor caede tyranni
pulchra triumfali respexit moenia uultu!
nubibus obsessam nigrantibus aspicit urbem
noctis obumbratae caligine turbidus aër
arcebat liquidum septena ex arce serenum;

Def. AB 389 obscuro . . . auerno *C* 390 populo *U* populis *CDPE,VNp.c.* potentum *Mp.c.* 392 relligionis *CDU,Np.c.m2* 393 et uocat *C* (*mg.* euocat) *MO,Ua.c.* ministri *M,Sa.c.m2* ministros *Da.c.m2* 394 spatiosa *V* donet] soluat *C* (*mg.* donet) *NSU,Mp.c.* soluiat *V* soluet *M* 396 latiali *Ps.* 397 consensusque *Pp.c.m2* concessusque *Ep.c.* concessosque *PEa.c.* soluit ad aram (soluit ad *in ras. m2*) *D* plutonis ara est *O* 398 santius *CE,Pa.c.* 402 inficiaris *CVMOS* 404 quaecumque *OSU* 405 dissensisque *N* *ante 406:* romam alloquitur *CDMOSU* 406 hinc scribis *CE,Pa.c.* ho scribis *D* inscribis *Pp.c.* adscribis *Ma.c.m2* 409 tractus *PEa.c.* 410 bis uictor] uictor *P* (bis *add. mg.*) *E* (de *add. m2*) de (uictor *om.*) *O* 411 trihumphali *V* triumph*ali (ph*al *in ras.*) *N* 413 umbratae *C,Da.c.m2*

415 ingemuit miserans et sic ait: 'exue tristes,
fida parens, habitus! equidem praediuite cultu
inlustrata cluis spoliisque insigne superbis
attollis caput et multo circumfluis auro,
sed nebulis propter uolitantibus obsitus alti
420 uerticis horret apex, ipsas quoque liuida gemmas
lux hebetat spissusque dies et fumus ob ora
subfusus rutilum frontis diadema retundit.
obscuras uideo tibi circumferrier umbras
caeruleasque animas atque idola nigra uolare.
425 censeo: sublimem tollas super aëra uultum
sub pedibusque tuis nimbosa elementa relinquas.
omne, quod ex mundo est, tibi subiacet; hoc deus ipse
constituit, cuius nutu dominaris et orbi
imperitas et cuncta potens mortalia calcas.
430 non decet, ut submissa oculos regina caducum
contemplere solum maiestatemque requiras
circa humiles rerum partes, quibus ipsa superstas.
non patiar, ueteres teneas ut me duce nugas,
ut cariosorum uenereris monstra deorum.
435 si lapis est, senio dissoluitur aut crepat ictu
percussus tenui; mollis si brattea gypsum
texerat, infido rarescit gluttine sensim;
si formam statuae lamnis conmisit aënis
lima terens, aut in partem caua membra grauato
440 pondere curuantur, scabra aut aerugo peresam
conficit effigiem crebroque foramine rumpit.

Def. AB 415 mirans *V* 417 clues *CE,Pa.c.* cl*uis *N* 419 praeter *Np.c.m2* 421 hebitat *E,Pa.c.* habetat *V* ebetat *MO* abor *C* (*ex* ab ore) 422 suffusus *DVPU,CNp.c* subfussus *Na.c.* 423 circumferier *VEP Ua.c.* 424 adque *Na.c.m2* 426 elimenta *PE,Np.c.m2* 429 calcans *PEa.c.* 430 summissa *NU* 431 contemplare *Vp.c.m2Na.c.* 436 bractea *M* bratea *V* 437 glutine *VNMU* 438 statua *M* laminis *VOU,NSp.c.DPp.c.m2* lammis *E* conmisit *cum DPE* auenis *PEa.c.* 439 parte *P,Ea.c.* pacte *Ep.c.* grauata *VPp.c.m2* cauato *OU,Sa.c.m2* 440 aerugo *O* erugo *cet.* 441 contigiem *PEa.c.* contiguam *Ep.c.* contegit *Pp.c.*

nec tibi terra deus, caeli nec sit deus astrum,
nec deus oceanus nec uis, quae subter operta est,
infernis triste ob meritum damnata tenebris,
445 sed nec uirtutes hominum deus aut animarum
spirituumue uagae tenui sub imagine formae.
absit, ut umbra deus tibi sit geniusue locusue
aut deus aërias uolitans fantasma per auras.
sint haec barbaricis gentilia numina pagis,
450 quos penes omne sacrum est, quidquid formido tremendum
suaserit, horrificos quos prodigialia cogunt
credere monstra deos, quos sanguinolentus edendi
mos iuuat, ut pinguis luco lanietur in alto
uictima uisceribus multa inter uina uorandis;
455 at te, quae domitis leges ac iura dedisti
gentibus instituens, magnus qua tenditur orbis,
armorum morumque feros mansuescere ritus,
indignum ac miserum est in religione tenenda
hoc sapere, inmanes populi de more ferino
460 quod sapiunt nullaque rudes ratione sequuntur.
seu nos procinctus maneat, seu pace quietas
dictemus leges, seu debellata duorum
colla tyrannorum media calcemus in urbe,
agnoscas, regina, libens mea signa necesse est,
465 in quibus effigies crucis aut gemmata refulget
aut longis solido ex auro praefertur in hastis.
hoc signo inuictus transmissis Alpibus ultor
seruitium soluit miserabile Constantinus,
cum te pestifera premeret Maxentius aula.
470 lugebas longo damnatos carcere centum,
ut scis ipsa, patres. aut sponsus foedera pactae
intercepta gemens diroque satellite rapta

Def. AB 442 austrum *CO,DVNPa.c.* 443 nec sit deus *O* 444 inferni *MO* 446 tenues *O* 450 quidquid *cum Na.c.* 452 sanguinulentus *PM, Na.c.* edendus *O* 453 lucu *E,Cp.c.Pa.c.* 454 morandis *P* 455 at] ad *Na.c.m2* et iura *MSU* actura *O* 458 relligione *CDU* 460 secuntur *DV,Ua.c.m2* 466 inastis *DVEMOS,Ua.c.m2* *ante 467:* de potentia crucis *CDMOSU* 467 ultro *PEO* 472 raptae *P*

inmersus tenebris dura inter uincla luebat,
aut, si nupta torum regis conscendere iussa
475 coeperat inpurum domini oblectare furorem,
morte maritalis dabat indignatio poenas.
plena puellarum patribus ergastula saeui
principis; abducta genitor si uirgine mussans
tristius ingemuit, non ille inpune dolorem
480 prodidit aut confessa nimis suspiria traxit.
testis christicolae ducis aduentantis ad urbem
Muluius exceptum Tyberina in stagna tyrannum
praecipitans, quanam uictricia uiderit arma
maiestate regi, quod signum dextera uindex
485 praetulerit, quali radiarint stemmate pila:
Christus purpureum gemmanti textus in auro
signabat labarum, clipeorum insignia Christus
scripserat, ardebat summis crux addita cristis.
ipse senatorum meminit clarissimus ordo,
490 qui tunc concreto processit crine catenis
squalens carcereis aut nexus conpede uasta
conplexusque pedes uictoris ad inclyta flendo
procubuit uexilla iacens. tunc ille senatus
militiae ultricis titulum Christique uerendum
495 nomen adorauit, quod conlucebat in armis.
ergo caue, egregium caput orbis, inania post haec
prodigia esse deos solito tibi fingere cultu
atque experta dei uirtutem spernere ueri!

Def. AB 473 ludebat *VNa.r.* 474 thorum *OSU,Ma.r.* 476 maritali *O,Da.c.m2* 480 conuexa nimis *MO,DUa.c.* conuexa animis *SUp.c.* confessa nimis (fess *in ras. m2*) *D* confessa animis *Dressel, qui falso dicit V hoc exhibere post 480 uersum sine dubis spurium add.:* uim libertatis (pubertatis *DOU*) nimiam (nimiae *MOSU*) patriumque dolorem *CDMOSU,Pmg.* 481 cristicolae *CO* 482 moluius *DPOU,Va.c.Sp.c.* molbius *VNp.c.* tyberina *cum CDNPEMU* 486 gemmati *P,Ea.c.* 487 lauarum *VNPa.c.Ep c.* lauacrum *Ea.c.* (*mg.* flatum infestum mouentem) 488 scribserat *NM* cristis *D in ras. m2* christis *VMS, Na.c.* et christus *O* 492 inclita *VMOSU,Np.c.Ea.c.* 493 uixilla *E,NPa.c.* 496 posthac *CN* 497 et esse deos *C* et laruas *P,D in ras. m2* soli* *V* soli *N* stolido *OSU,M in ras.* cultum *N*

deponas iam festa uelim puerilia, ritus
500 ridiculos tantoque indigna sacraria regno.
marmora tabenti respergine tincta lauate,
o proceres! liceat statuas consistere puras,
artificum magnorum opera; haec pulcherrima nostrae
ornamenta fiant patriae nec decolor usus
505 in uitium uersae monumenta coinquinet artis'.
Talibus edictis urbs informata refugit
errores ueteres et turbida ab ore uieto
nubila discussit iam nobilitate parata
aeternas temptare uias Christumque uocante
510 magnanimo ductore sequi et spem mittere in aeuum.
tunc primum senio docilis sua saecula Roma
erubuit, pudet exacti iam temporis, odit
praeteritos foedis cum religionibus annos.
mox ubi contiguos fossis muralibus agros
515 sanguine iustorum innocuo maduisse recordans
inuidiosa uidet tumulorum milia circum,
tristis iudicii mage paenitet ac dicionis
effrenis nimiaeque sacris pro turpibus irae.
conpensare cupit teterrima uulnera laesae
520 iustitiae sero obsequio ueniaque petenda;
ne tanto imperio maneat pietate repulsa
crimen saeuitiae, monstrata piacula quaerit
inque fidem Christi pleno transfertur amore.
laurea uictoris Marii minus utilis urbi,
525 cum traheret Numidam populo plaudente Iugurtham,
nec tantum Arpinas consul tibi, Roma, medellae
contulit extincto iusta inter uincla Cethego,

Def. AB 501 lauare *CDPE,Vp.c.m2* 504 fiunt *Sa.c.* (*mg.* cluant) fuant *NE,C* (u *in ras.*) *Vp.c.Pa.c.* cluant *U* 505 monimenta *D,PSp.c.* 507 uigeto *U,Sp.c.m2* uegeto *Np.c.m2* 509 uocantem *OU,Dp.c.* 510 doctores equi *V,Na.c.* *eum (*cum glossa* christum) *N* 513 religionibus *VPEOS,Na.c.m2* rell. *cet.* 517 ditioni *Ep.c.* dictionis *D* ditionibus *C,Ea.c.* dictionibus *Pa.c.* uisionis *Ma.c.* 519 teterrimae *Ma.c.* deterrima *Np.c.m2* 520 ueniamque *Pp.c.m2* 525 iugurtam *CVPE* 526 medelae *CPU,NSp.c.* 527 cetego *V* cetheo *E,Pa.c.*

quantum praecipuus nostro sub tempore princeps
prospexit tribuitque boni: multos Catilinas
530 ille domo pepulit, non saeua incendia tectis
aut sicas patribus, sed tartara nigra animabus
internoque hominum statui tormenta parantes.
errabant hostes per templa, per atria passim
Romanumque forum et Capitolia celsa tenebant,
535 qui coniuratas ipsa ad uitalia plebis
moliti insidias intus serpente ueneno
consuerant tacitis pestem miscere medullis.
ergo triumfator latitanti ex hoste togatus
clara tropea refert sine sanguine remque Quirini
540 adsuescit supero pollere in saecula regno.
denique nec metas statuit nec tempora ponit,
imperium sine fine docet, ne Romula uirtus
iam sit anus, norit ne gloria parta senectam.
Exultare patres uideas, pulcherrima mundi
545 lumina conciliumque senum gestire Catonum
candidiore toga niueum pietatis amictum
sumere et exuuias deponere pontificales.
iamque ruit paucis Tarpeia in rupe relictis
ad sincera uirum penetralia Nazareorum
550 atque ad apostolicos Euandria curia fontes,
Amniadum suboles et pignera clara Proborum.
fertur enim ante alios generosus Anicius urbis
inlustrasse caput — sic se Roma inclyta iactat —,
quin et Olibriaci generisque et nominis heres

Def. AB 529 catilenas *E,VPa.c.* 531 siccas *PMSa.c.* 535 quin *Ep.c.* plebes *CE,Pa.c.* 536 mollitae (molliti *m2*) *N* 537 consueuerant *N* 538 triumphator *V* togator *Pa.c.m2* *gator (ne *s. ras.*) *E* 539 thropea *Ma.c.* trophea *CDPOSU* resque *Ep.c.* 540 aduescit *M,PSa.c.* 543 parte *Dp.c.m2* *inter 543 et 544 spatium D* *ante 544:* de senatus conuersione *MOSU,Ca.c.Vmg.* de conu. sen. *Cp.c.* 547 et *om. C* 548 retectis (*mg.* relictis) *C* 549 nazarenorum *Vp.c.Pp.c.m2* noxa reorum *Pa.c.m2Cmg.* noxa*rorum (e *s.* r *pr.*) *E* 550 euuandria *E,Na.c.* 551 anniadum *CDMO* aeneadum *SUp.c.* soboles *CPOU, VSa.c.Mp.c.* subules *Ea.c.* pignora *D,Up.c.m2* 552 amicius *V* anitius *P* 553 inclita *CDEO* 554 oblibriaci *V* olybriaci *MOSU*

555 adiectus fastis, palmata insignis abolla,
martyris ante fores Bruti submittere fasces
ambit et Ausoniam Christo inclinare securem.
non Paulinorum, non Bassorum dubitauit
prompta fides dare se Christo stirpemque superbam
560 gentis patriciae uenturo attollere saeclo.

Iam quid plebicolas percurram carmine Gracchos
iure potestatis fultos et in arce senatus
praecipuos simulacra deum iussisse reuelli
cumque suis pariter lictoribus omnipotenti
565 suppliciter Christo se consecrasse regendos?
sescentas numerare domos de sanguine prisco
nobilium licet ad Christi signacula uersas
turpis ab idolii uasto emersisse profundo.
si persona aliqua est aut si status urbis in his est,
570 si formam patriae facit excellentior ordo,
hi faciunt, iuncta est quotiens sententia plebis
atque unum sapiunt plures simul et potiores.
respice ad inlustrem, lux est ubi publica, cellam,
uix pauca inuenies gentilibus obsita nugis
575 ingenia obtritos aegre retinentia cultus,
et quibus exactas placeat seruare tenebras
splendentemque die medio non cernere solem.

Posthinc ad populum conuerte oculos! quota pars est,
quae Iouis infectam sanie non dispuat aram?
580 omnis, qui celsa scandit cenacula uulgus
quique terit silicem uariis discursibus atram
et quem panis alit gradibus dispensus ab altis,

Def. A,B usque ad u. 561 555 insignis ab aula *MOSU,Da.c.* 556 summittere *U,N* (sum *in ras.*) 557 ausonia *N* securim *U,SVNp.c.m2* 560 adtollere *V* *a u. 561 denuo incipit B* grachos *V,Sa.c.m2* graccos *CD* graios *O* graecos *B* grecos *E,Pa.c.Cmg.* 564 que *om. B* 565 congregasse *CPE* 568 profano *PE,Cmg.* 569 si *alt. om. B* 570 forma *D* 571 hii *BS,NMa.c.* 575 obstrictos *CDPE* 577 non *om. B* *ante 578:* de credulitate plebis *C,D* (*al. m.*) *MOSU,Bmg. al. m. Vmg.* 579 sanio *B* sania *V* disputat *E,P* (despuat *m2*) disput *Ba.c.* dispuit *U* 580 caenacula *VO,Np.c.m2* 581 discussibus *CE,Dp.c.m2* *Pa.c.m2*

aut Vaticano tumulum sub monte frequentat,
quo cinis ille latet genitoris amabilis obses,
585 coetibus aut magnis Laterani adcurrit ad aedes,
unde sacrum referat regali chrismate signum.
et dubitamus adhuc Romam tibi, Christe, dicatam
in leges transisse tuas omnique uolentem
cum populo et summis cum ciuibus ardua magni
590 iam super astra poli terrenum extendere regnum?
nec moueor, quod pars hominum rarissima clausos
non aperit sub luce oculos et gressibus errat.
quamlibet inlustres meritis et sanguine clari
praemia uirtutum titulis et honoribus aucti
595 ardua rettulerint fastorumque arce potiti
annales proprio signarint nomine chartas
atque inter ueteres cera numerentur et aere,
adtamen in paucis iam deficiente caterua
nec persona sita est patriae nec curia constat,
600 et, quodcumque fouent studii, priuata uoluntas
ac iam rara tenet, sed publica uota reclamant
dissensu celebri trepidum damnantia murmur.
si consulta patrum subsistere conscriptorum
non aliter licitum prisco sub tempore, quam si
605 ter centum sensisse senes legerentur in unum,
seruemus leges patrias; infirma minoris
uox cedat numeri paruaque in parte silescat.
Aspice, quam pleno subsellia nostra senatu

Def. A 583 uaticano (c *in ras.*) *DV* uatigano *O* uatecano *B* quicumque cauo *Np.c.m2* 584 amabilis *om. B* olsos *B* 585 magni *Vp.c.* lateram *B* lateran*as *Sp.c.* lateranas *U* accurrit *CDVMO,Np.c.Sa.c.* currit *U,Sp.c.* 586 crismate *VO* 588 lege *B* uolantem *DO* 589 uicibus *CD,PEa.c.* 595 retulerint *CDVPOS* 596 charthas *N* carthas *BV, Up.c.m2* cartas *CDS,Ua.c.m2* 597 adque *Na.c.m2* caera *NU* certa (*s.* al. caera) *S* carta *DO* 598 adt. *BV,Ea.c.NSa.c.m2* att. *cet.* 600 fouet *VPSp.c.* 601 hoc iam *Sp.c.* 602 discensu *Bp.c.* 603 sic *CDP* conscribtorum *B* 605 senes *om. V* senes *s.* consules *N* 606 minores *BM,Sa.c.m2* *inter 607 et 608 spatium D* *ante 608:* symmachum (simmachum *M* symmacum *V*) *CVMOSU* .

decernant infame Iouis puluinar et omne
610 idolium longe purgata ex urbe fugandum!
qua uocat egregii sententia principis, illuc
libera cum pedibus tum corde frequentia transit
nec locus inuidiae est, nullum uis aspera terret,
ante oculos sic uelle patet cunctique probatum,
615 non iussum sola capti ratione sequuntur.
denique pro meritis terrestribus aequa rependens
munera sacricolis summos inpertit honores
dux bonus et certare sinit cum laude suorum
nec pago inplicitos per debita culmina mundi
620 ire uiros prohibet, quoniam caelestia numquam
terrenis solitum per iter gradientibus obstant.
ipse magistratum tibi consulis, ipse tribunal
contulit auratumque togae donauit amictum,
cuius religio tibi displicet, o pereuntum
625 adsertor diuum, solus qui restituendos
Vulcani Martisque dolos Venerisque peroras
Saturnique senis lapides Phoebique furores,
Iliacae matris Megalesia, Bacchica Nysi,
Isidis amissum semper plangentis Osirim
630 mimica ridendaque suis sollemnia caluis
et quascumque solent Capitolia claudere laruas.
O linguam miro uerborum fonte fluentem,
Romani decus eloquii, cui cedat et ipse
Tullius, has fundit diues facundia gemmas!
635 os dignum, aeterno tinctum quod fulgeat auro,
si mallet laudare deum, cui sordida monstra

Def. A 609 descernant *D* desternant *O* discernant *CE,Pa.c.* 611 uacat *C* uocant *Ba.c.* 612 tunc *CU* *u. 614 om. B, add. mg. m. saec. IX—X* 615 capit *PEa.c.* capitis *Ep.c.* secuntur *EU* 619 nepago *O* inplicitus *B* 622 sibi *CPE,Da.c.m2* 624 huius *D* relligio *CDU, EMp.c.Np.c.m2* 625 solis *PE* *626 et 627 litt. minoribus scr. N* 627 lapidis *P,Ea.c.* poebique *U,Na.c.* foebique *D* phebique *S,Ep.c.* febique *P,Va.c.* fybique *B* (*a. c. m. rec.*) *Ea.c.* 628 megalisia *Bp.c.* bacchica nisi *E,Va.c.m2* bachica nisi *CDP* bachica (ica *in ras.*) nysi *U* bacchinysi *Sa.c.* baccia nisi *O* 629 osirin *Sp.c.* 630 sollempnia *VN* solemnia *DPS* 633 caedit *U*

praetulit et liquidam temerauit crimine uocem.
haud aliter, quam si rastris quis temptet eburnis
caenosum uersare solum limoque madentes
640 excolere aureolis si forte ligonibus uluas:
splendorem dentis nitidi scrobis inquinat atra
et pretiosa acies squalenti sordet in aruo.
Non uereor, ne me nimium confidere quisquam
arguat ingeniique putet luctamen inire;
645 sum memor ipse mei satis et mea friuola noui,
non ausim conferre pedem nec spicula tantae
indocilis fandi coniecta lacessere linguae.
inlaesus maneat liber excellensque uolumen
obtineat partam dicendi fulmine famam,
650 sed liceat tectum seruare a uulnere pectus
oppositaque uolans iaculum depellere parma.
nam si nostra fides saeclo iam tuta quieto
uiribus infestis hostilique arte petita est,
cur mihi fas non sit lateris sinuamine flexi
655 ludere uentosas iactu pereunte sagittas?
Sed iam tempus iter longi cohibere libelli,
ne tractum sine fine ferat fastidia carmen.

Def. A 638 haut *DBO,CPEp.c.Na.c.m2* aut *S,CPEa.c.* si] cum *VN* cum si *S,Bm2* temptat *VN,Bp.c.m2* 639 limique *Ep.c.* 643 ne me *om. N* necme *Ep.c.* nimium ne me *V* quisque *D* (*mg.* quam), *OS* 645 friuula *V,Na.c.* fribula *B* 648 inlesus *CDBVNP* illesus *U* illaesus *S* 649 optineat *B,Np.c.m2* patriam *Bp.c. m. rec.* dicenti *B* 650 a *om. D* (*s. add. m2*), *S* 652 saecla *C* 656 cohiberi *O*

finit liber I incipit praefatio libri II *C* finit contra symmachum liber I incipit eiusdem secundus *B* finit contra symmachum liber I incipit liber II feliciter praefatio *N* explicit contra symmacum liber I incipit liber II feliciter amen *V* finit contra symmachon liber I item contra eundem liber II *PE* finit contra symmachum liber primus incipit liber secundus incipit praefatio (inc. prephatio *M* incipit prefatio *S* incipit praefatio *om. U*) *MOSU; deest in D subscriptio spatio relicto, quod glossator expleuit:* explicit contra symmachum liber I incipit secundus

CONTRA ORATIONEM SYMMACHI LIBER SECUNDUS.

⟨PRAEFATIO.⟩

Simon, quem uocitant Petrum,
summus discipulus dei,
lucis forte sub exitu,
cum uesper croceus rubet,
5 curuam uulserat ancoram
captans flamina linteis
et transnare uolens fretum.
nox uentum mouet obuium,
fundo qui mare misceat,
10 iactatam quatiat ratem.
clamor nauticus aethera
plangens atque ululans ferit
cum stridore rudentium
nec quidquam suberat spei
15 mergendis prope naufragis,
cum Christum procul aspicit
pallens turba periculis
calcantem pedibus mare,
acsi per solidam uiam
20 siccum litus obambulet.
haec miracula ceteri
uectores pauidi stupent,
solus non trepidus Petrus
agnoscit dominum poli
25 terraeque et maris inuii,

1 cf. Matth. 10, 2 4 cf. Matth. 14, 23—25 16 cf. Matth. 14, 26 23 sq. cf. Matth. 14, 28

Def. A *De inscriptionibus cf. ad finem libri I* 1 Symon *N* 4 cum] lumen *O* cruceus *NEa.c.* 5 curam *PEa.c.* auulserat *Sp.c.* anchoram *CPEMOSU,D* (a *alt. in ras. m2*) 6 lenteis *B* 12 adque *Na.c.m2* 13 ridentium *M* 14 quidquam *cum B,Na.c.* 15 mergentis *B* 19 solitam *D* 20 sicum *V,Sa.c.* 21 caeteri *DVNESU* 22 uictores *BO* uectoris (e *ex* i) *N*

cuius omnipotentiae est
plantis aequora subdere.
tendit suppliciter manus,
notum subsidium rogat,
30 ast ille placide adnuens,
puppi ut desiliat, iubet.
iussis obsequitur Petrus,
sed uestigia fluctibus
summis tinguere coeperat
35 et lapsante gradu pedes
pessum mergere lubricos.
mortalem deus increpat,
quod sit non stabili fide
nec calcare fluentia
40 nec Christum ualeat sequi.
tum dextra famulum leuat
sistitque et docet ingredi
tergum per tumidum freti.
Sic me tuta silentia
45 egressum dubiis loquax
infert lingua periculis,
non, ut discipulum Petrum,
fidentem et merito et fide,
sed quem culpa frequens leuem
50 uoluat per freta naufragum.
sum plane temerarius,
qui noctis mihi conscius,
quam uitae in tenebris ago,
puppem credere fluctibus

37 cf. Matth. 14, 31

Def. A 26 omnipotentia *M* 27 sudere *O,Da.c.* 30 annuens *MOU, NSp.c.* 31 desileat *CDVE,Pa.c.* 35 labsante *BN* 37 deos *D* 38 quid *CE,Sa.c.* stabilis *DO* satiabili *Ba.c.* 40 cristum *Ba.c.* 41 dum *D* (*s.* tum), *MO,Sa.c.* fumulum *B* 48 et *pr. om. CVP* 50 naufragium *BPa.c.* 51 sub *O* planus *B* 54 ruppem *Vp.c.* puppim *U,Va.c.NEp.c.Sp.c.m2*

55 tanti non timeam uiri,
quo nunc nemo disertior.
exultat, fremit, intonat
uentisque eloquii tumet,
cui mersare facillimum est
60 tractandae indocilem ratis,
ni tu, Christe potens, manum
dextro numine porrigas,
facundi oris ut inpetus
non me fluctibus obruat,
65 sed sensim gradiens uadis
insistam fluitantibus.

Hactenus et ueterum cunabula prima deorum
et causas, quibus error hebes conflatus in orbe est,
diximus, et nostro Romam iam credere Christo;
nunc obiecta legam, nunc dictis dicta refellam.
5 unde igitur coepisse ferunt aut ex quibus orsum,
quo mage sancta ducum corda inlice flecteret arte?

Def. A 56 qui *PEa.c.* desertior *B,Na.c.* dissertior *PS* 59 uersare *V* 61 christipotens *M* 63 inp. *cum BO,Na.c.m2* 65 sensum *Da.c.* sim *Pa.c.m2Ea.c.* summis *Ep.c.* 66 fluetantibus *B*

incipit liber II contra symmachum *C* incipit liber II contra eundem symmachum (symmacum *E*) *PE*, explicit praefatio *VMSU* explicit praefatio. incipit liber secundus contra symmachum *O* finit (*add. m2 saec. IX—X:* praefatio) incipit liber II *B* finit prologus *N; deest inscr. in D*

3 c*edere (e *pr. in ras.*) *N* 6 secta *C,D*(*s.* ł sancta), *Pa.c.m2* illice *U,Dp.c.*

post 6 add. codd. (*cf. Symm. Rel. III 3 ed. Seeck*): Symmachus (symmacus *B* simmacus *E* symmachus dixit *P* uerba prosaica symmachi *Nmg.*) quis ita familiaris est barbaris ut aram uictoriae non requirat (quirat *V*) cauti in posterum sumus et talium (alium *MO,DSa.c.*) rerum ostenta uitamus (ostentauimus *E,CPa.c.* ostenta uidimus *Pp.c.* ostentamus *DO,Sa.c.*) reddatur saltim nomini (numini *Pp.c.*) honor qui numini (nomini *E,NPa.c.*) denegatus est multa uictoriae (uictoria *MO,Sa.c.Up.c.*) debet aeternitas (dignitas *S,U in ras.*) uestra et adhuc plura (pura *Ba.c.*) debebit (debebitur *O,S* [-be- *p.c.*]) auersentur (accersentur *MO,Sa.c.* arceant *Sp.c.*) hanc potestatem (-tes *B*) quibus nihil profuit uos amicum triumphis (-fis *N*) patrocinium nolite deserere cunctis potentia ista uotiua est nemo co-

Armorum dominos uernantes flore iuuentae,
inter castra patris genitos, sub imagine auita
eductos, exempla domi congesta calentes,
10 orator catus instigat, ceu classica belli
clangeret, exacuitque animos et talia iactat:
'si uobis uel parta, uiri, uictoria cordi est
uel parienda dehinc, templum dea uirgo sacratum
obtineat uobis regnantibus! ecquis amicus
15 hostibus hanc uestro sancte negat esse colendam
imperio, cui semper adest, quod laudibus inplet?'
Haec ubi legatus, reddunt placidissima fratrum
ora ducum: 'scimus, quam sit uictoria dulcis
fortibus, Ausoniae uir facundissime linguae,
20 sed quibus illa modis, qua sit ratione uocanda,
nouimus; hac primum pueros pater imbuit arte,
hanc genitore suo didicit puer ipse magistro.
non aris, non farre molae uictoria felix
exorata uenit; labor inpiger, aspera uirtus,
25 uis animi, excellens ardor, uiolentia, cura
hanc tribuunt, durum tractandis robur in armis.
quae si defuerint bellantibus, aurea quamuis
marmoreo in templo rutilas Victoria pinnas
explicet et multis surgat formata talentis,
30 non aderit uersisque offensa uidebitur hastis.
quid, miles, propriis diffisus uiribus aptas

Def. A lendam neget, quam profitetur (profitentur *PE,CDa.c.*) optandam. *ante u. 7 codd.:* prudentius (prudentius *om. B* [*add. m2 saec. IX—X*], *N*, *qui* poeta rep (= respondet?) *habet*)

7 dominus *VNa.c.* uenerantes *C,D* (n *alt. p.c.*)*Sa.c.* 8 pa*res *N* uita *DO,VSa.c.* 9 edoctos *MS,Bp.c.m2Ua.c.* edoctus *O,Da.c.m2* tenentes *CPE,Vmg.* 10 orat *PEa.c.* 13 sacrata *Obb. Dress.* 14 optineat *B,Np.c.* ecquis *B,Na.c.* et quis *cet.* 15 sancto *VPp.c.* colendum *Vp.c.m2* 16 inplet *cum B* 17 redunt *BEa.c.* 18 cum sit *M* 19 facundissimae *BE,Pa.c.* 21 ac *VO* hanc *Ca.c.Up.c.* inbuit *EOSU* 23 mole *DV* 24 exortata *D* 25 curat *M* 26 robor *PEa.c.* 28 marmoreis *Da.c.* rutilans *Ps.* pennas *VU,Np.c.PESp.c.m2* 29 explicit *M,Sa.c.m2* 30 aderint *E,Pa.c* uersis quae *C,Pa.c.* 31 quis *Pa.c.* optas *Np.r.*

inrita femineae tibimet solacia formae?
numquam pinnigeram legio ferrata puellam
uidit, anhelantum regeret quae tela uirorum.
35 uincendi quaeris dominam? sua dextera cuique est
et deus omnipotens, non pexo crine uirago
nec nudo suspensa pede strofioque recincta
nec tumidas fluitante sinu uestita papillas.
aut uos pictorum docuit manus adsimulatis
40 iure poetarum numen conponere monstris
aut lepida ex uestro sumpsit pictura sacello,
quod uariis imitata notis ceraque liquenti
duceret in faciem sociique poematis arte
aucta coloratis auderet ludere fucis.
45 sic unum sectantur iter, sic inania rerum
somnia concipiunt et Homerus et acer Apelles
et Numa cognatumque uolunt pigmenta, camenae,
idola: conualuit fallendi trina potestas.
haec si non ita sunt, edatur: cur sacra uobis
50 ex tabulis cerisque poetica fabula praestat?
cur Berecyntiacus perdit truncata sacerdos
inguina, cum pulchrum poësis castrauerit Attin?

Def. A 32 timet *O,SUa c.m2* solacia *cum PMO* 33 pennigeram *VM, BUa.c.DNPEp.c.* pignigeram *O* 35 quaeras *O* cuique dextra *BVN* (cuique *in ras. V*) dextra cuique *MOSU* dextera forti *PE,CVmg.* 37 strophioque *M* reuincta *Sp.c.m2* 38 fluitantes inuestita *OU, NSa.c.m2* fluentesinuueuestita *Ba.c.m2* 39 at *SUa.c.m2* pictorium *B* adsimilatis *Sp.c.* assimilatis *U,Vp.c.* 40 nomen *BPa.c.m2Np.c.* imponere (*s.* ł con) *S* 41 sacaelo *B* sabello *Va.c.* 42 li*quanti *C* 44 auctae *Ba.c.* facis *C,Pa.c.* faucis *Da.c.* focis *Ea.c.* faxis *Pp.c.m2* 45 sectatur *V* sic cassa figuris *MS,U*(*mg.* ł inania rerum) sic inania rerum ł cassa figuris *D* sic inania rerum cassa figuris *O* 46 humeros *O* umeros *Sa.c.m2* acera pelles *DPOS* acer appelles *V* 47 cognatamque *Ep.c.* uocant *PE,Vp.c.m2* malum *DMOSU,Bm2* figmenta *PEp.c.m2* ficmenta *Np.c.m2* 48 conflauit *DVp.c.* trina] docta *MSU,Bp.c.m2* 49 satura *E,Pa.c.* 50 ce*ris que (e *pr. in ras.*) *N* caerisque *VOU* ceterisque *Pa.r.* pr(a)estet *DMOSU* 51 berecintiacus *V* berecinthiacus *O* berecynthiacus *M* (*alt.* c *ex* t) bere cyntiacur (h *s.* t) *N* 52 cur *Ep.c.m2* pulcrum *DB,Mp.c.* attin (tt *in ras.*) *N* atin *MOSU,Da.c.m2Ea.c.*

cur etiam templo Triuiae lucisque sacratis
cornipedes arcentur equi, cum Musa pudicum
55 raptarit iuuenem uolucri per litora curru,
idque etiam paries tibi uersicolorus adumbret?
desine, si pudor est, gentilis ineptia, tandem
res incorporeas simulatis fingere membris,
desine terga hominis plumis obducere: frustra
60 fertur auis mulier magnusque eadem dea uultur.
uis decorare tuum, ditissima Roma, senatum?
suspende exuuias armis et sanguine captas,
congere caesorum uictrix diademata regum,
frange repulsorum foeda ornamenta deorum,
65 tunc tibi non terris tantum uictoria parta,
sed super astra etiam media seruabitur aede.'
Talia principibus dicta interfantibus ille
prosequitur magnisque tubam concentibus inflat,
allegat morem ueterem, nil dulcius esse
70 adfirmat solitis populosque hominesque teneri
lege sua: 'sicut uariae nascentibus', inquit,
'contingunt pueris animae, sic urbibus adfert
hora diesque suus, cum primum moenia surgunt,
aut fatum aut genium, cuius moderamine regnent'.
75 addit et arcanum rerum uerique latebras
prosperitate aliqua deprendi posse secundi
per documenta boni, si sint felicia, quae quis
experiendo probet: cessisse parentibus omne
idolium semper feliciter et pede dextro.
80 enumerat longi uim temporis, excitat ipsam

Def. A 54 cum] l cur *s. S* Musa] phedra *CPE,DVp.c.m2* usa *O* pudica *DPEa.c.* 55 littora *V* 56 uersicolorus (u *alt. in ras.*) *N* uersicolores *Sa.c.* uersicoloris *Ma.c.* uersiculoros *B* adumbrat *O* 60 auis] ab his *CMO,DSa.c.* 63 diademate *D* 69 ueterem *B,VNEa.c.* ueterum *cet.* 70 aut firmat *D* 71 inquid *B,Ma.c.* 73 suus *CVNPE,BSa.c.* suum *cet.* 74 statum *O* reg*ent *N* regnet *E,Pa.c.* 75 archanum *VPOU,Np.c.m2Sa.r.* uariisque (*mg.* l ueri) *P*. 76 secundis *CDE,Pa.r.* 77 bonis sint *O,Ep c.* boni sint *Da.c.m2* 78 *om. N, add. mg.* probat *Va.c.m2* 79 dextrae *M*

crinibus albentem niueis et fronte uietam,
ore reposcentem querulo sua numina Romam:
'libera sum, liceat proprio mihi uiuere more;
ecquis erit, qui mille meos reprehenderit annos?
85 uno omnes sub sole siti uegetamur eodem
aëre, communis cunctis uiuentibus aura,
sed qui sit qualisque deus, diuersa secuti
quaerimus atque uiis longe distantibus unum
imus ad occultum: suus est mos cuique genti,
90 per quod iter properans eat ad tam grande profundum.'
His tam magnificis tantaque fluentibus arte
respondit uel sola Fides doctissima primum
pandere uestibulum uerae ad penetralia sectae.
nam cum diuinis agimus de rebus et illum,
95 qui uel principio caruit uel fine carebit,
quique chao anterior fuerit mundumque crearit,
coniectare animo contendimus, exigua est uis
humani ingenii tantoque angusta labori.
quippe minor natura aciem si intendere temptet
100 acrius ac penetrare dei secreta supremi,
quis dubitet uicto fragilem lassescere uisu
uimque fatigatae mentis sub pectore paruo
turbari inualidisque hebetem subcumbere curis?
sed facilis fidei uia prouocat omnipotentem
105 credere, qui bona non tantum praesentia donat,
sed uentura etiam longisque intermina saeclis
promittit, ne totus eam resolutus inane
in nihilum pereamque breuem post luminis usum.

Def. A, B a u. 85 81 frontem *Ba.c.* forte *D* uietem *D* uigetam *NSp.c.* 82 reposcente *Np.c.* querulos* (ua *in ras. m2*) *D* queruloso *O,S* (o *alt. in ras.*) querulosa *C* 84 ecquis (*cf. u. 14*) *BMO* et quis *cet.* mille — annos *alia m. uidentur exarata in B* reprenderit *U* 85 *def. B usque ad finem libri* uegitamur *E,Pa.c.m2* 89 ocultum *VN,DSa.c.* proprius genti cuique est mos *PE,C in ras. Vmg.* 92 respondet *N,VPp.c.m2* 101 lasescere *CDPEO,Na.c.* lascescere *Va.c.* uisum *V* 102 fatigata *O* 103 succumbere *CDVOU,Np.c.* 105 tantum] tum *PEa.c.m2* tam *Ep.c.m2* 106 longi*que *P* longuisque *O*

muneris auctorem ipso de munere pendas:
110 aeterna aeternus tribuit, mortalia confert
mortalis, diuina deus, peritura caducus.
omnia, quae tempus peragit quaeque exitus aufert,
uilia sunt breuitate sui nec digna perenni
largitore, cui propria est opulentia, numquam
115 desinere idque homini dare, quod non desinat umquam.
nam si corruptum corrumpendumue deus quid
praestat habetque nihil, quod sit pretiosius istis,
pauper et infirmus et summo indignus honore
et non omnipotens sed inanis numinis umbra est.
120 hac ratione fides sapienter conicit, immo
non dubitat uerum esse deum, qui, quod sumus et quod
uiuimus, inlaesum semper fore, si mereamur,
nos sperare iubet: 'caelestia, si placet', inquit,
'scandere, terrenas animo depellite curas.
125 nam quantum subiecta situ tellus iacet infra
diuiditurque ab humo conuexi regia caeli,
tantum uestra meis distant mundana futuris,
dira bonis, scelerata piis, tenebrosa serenis.
quidquid obire potest, fugiatis, censeo, quidquid
130 naturae ratione capit uitium atque senescit,
pro nihilo, in nihilum quia sunt reditura, putetis.
cuncta equidem, quae gignit humus, quae continet, ipse
principio institui nitidoque insignia mundo
ornamenta dedi speciosaque semina finxi,
135 sed tamen esse modum uolui parcisque fruenda
moribus indulsi, quantum moribundus et aeger

125 cf. Esai. 55, 9

Def. AB 109 auctores *MOSU,VNa.c.* 111 caducis *PEa.c.* 113 milia *D* 115 desinet *MOSU* 116 corrumpendamue *PEa.c.* corrumpendumque *OU,Da.r.* 117 sit] deus *add. M* praet. *N* praec. *P* 118 summus *PEa.c.* 119 sed] set *Vp.c.* et *MO,VNSUa.c.* 120 ha*c ratione* *V* 123 inquid *V,DNSa.c.Ma.c.m2* 125 subiectatu *O,Sa.c.* subiecta polo *U,Sp.c.* 127 distantia *P,Ea.c.* 129 quidquid *pr. sed* quicquid *alt. loco N* quicquid *cet.* 131 puteis *VNa.c.m2* 132 cunctaquidem (a *in ras.*) *N* cuncta quidem *PE* ipsa *DVp.c.m2* 134 spaciosaque *Dp.c.m2* spatiosaque *O*

corporis ac uitae uolucris sibi posceret usus,
non ut captus homo studiis et inaniter ardens
duceret omne bonum positum in dulcedine rerum
140 et specie tenui, quas currere tempore iussi
atque aeuum statui, sub quo generosa probarem
pectora, ne torpens et non exercita uirtus
robur eneruatum gereret sine laude palestrae.
inlecebrosus enim sapor est et pestifer horum,
145 quae, dum praetereunt, miro oblectamine mentes
inplicitas uinctasque tenent. uincenda uoluptas,
elaqueanda animi constantia, ne retinaclis
mollibus ac lentis nexa et captiua prematur.
luctandum summis conatibus, inter acerba
150 sectandum uirtutis iter, ne suauia fluxae
condicionis amet, nimium ne congerat aurum,
ne uarios lapidum cupide spectare colores
ambitiosa uelit, ne se popularibus auris
ostentet pulchroque inflata tumescat honore,
155 ne natale solum, patrii ne iugera ruris
tendat et externos animum diffundat in agros
et ne corporeis addicat sensibus omne,
quod uult aut quod agit, ne praeferat utile iusto
spemque in me omnem statuat numquam peritura,
160 quae dedero, longoque die mea dona trahenda.'
haec igitur spondente deo quis fortis et acer
uirtutisque capax breue quidque perennibus in se

Def. AB 137 ac uite *V* acutae *C* auite *Da.c.* auitae *O* et uitae *U,Dp.c.* poscerit *DM,SUa.c.* 138 homo his studiis *Sp.c.* 140 species tenues *U* (*mg.* specie tenui), *Sp.c.m1* (specie tenui *p.c.m2*) specitenus *Sa.c.* 143 robure* neruatum *S* robore neruatum *C* rubur eneruatum *Dp.c.* (rubor *a.c.*), robor (robur *a.c.*) ineruatum *VN* palestre *MO* *post 142 in PE* (*om. 143*), *U,Vmg. et post 143 in CDO inserti sunt hi uersus:* eneruare (et neruare *Da.c.* ineruare *Vmg.*) suum corrupta per otia robur | posset et (et *om. D, add. m2*) in nullo luctamine (luctamina *O,Pa.c.*) pigra iaceret 145 mentis *PEa.c.m2* 146 uictasque *C* uitasque *P* 149 iactandum *O* nitendum *CDPE* acerua *PEM,Sa.c.* 150 fluxa* *U* 151 condic. *M* condit. *cet.* amet *om. V, add. s.* ne] nec *CVU, om. M* 154 ostentit *PEa.c.* 161 qui *DE,VPa.c.Cmg.*

praetulerit uel quis sapiens potiora putarit
gaudia membrorum, quam uiuae praemia mentis?
165 nonne hominem ac pecudem distantia separat una,
quod bona quadrupedum ante oculos sita sunt, ego contra
spero, quod extra aciem longum seruatur in aeuum?
nam si tota mihi cum corpore uita peribit
nec poterit superesse meum post funera quidquam,
170 quis mihi regnator caeli, quis conditor orbis,
quis deus aut quae iam merito metuenda potestas?
ibo per inpuros feruente libidine luxus,
incestabo toros, sacrum calcabo pudorem,
infitiabor habens aliquod sine teste propinqui
175 depositum, tenues auidus spoliabo clientes,
longaeuam perimam magico cantamine matrem —
tardat anus dominum dilata morte secundum —
nec formido malum: falluntur publica iura,
lex armata sedet, sed nescit crimen opertum
180 aut, si res pateat, iudex corrumpitur auro,
rara reos iusta percellit poena securi.
sed quid ego haec meditor? reuocat deus ecce seuera
maiestate minax, negat interitura meorum
per mortem monumenta operum: 'non occidet', inquit,
185 'interior qui spirat homo, luet ille perenne
supplicium, quod subiectos male rexerit artus,
nec mihi difficile est liquidam circumdare flammis
naturam, quamuis perflabilis illa feratur
more noti: capiam tamen et tormenta adhibebo
190 ipse incorporeus ac spirituum sator unus.
quin et corporibus parilis consortia poenae

Def. AB 169 super esse *VNP* quidquam *cum NMSa.c.* 171 quis] qui *Sa.c.* quid *Ea.c.* 173 incesta botoros *V* incaesta beto*ros (r *s. ras. m2*) *N* incesta potoros *Sa.c.* tohros *Dp.c.m2* thoros *U* 174 inficiabor *CVPEO* aliquid *P,Ea.c.* 176 maico *V,Sa.c.* 180 si ut rex *M* siue res *Sa.r.* si*res *U* 181 praecellit *O* 184 monimenta *Up.c.* momenta *VNPE,Dp.c.Sa.c.Cmg.* occidit *DNMOSU, et fortasse Ca.c.* inquid *DNa.c.Ma.c.m2* umquam *O* 185 lu*et *V* lucet *O,Da.r.* luat (*s.* l e) *S* 189 nothi *VOU,DNp.c.m2*

decernam, possum quoniam renouare fauillas
antiquam in faciem, nec disperanda potestas:
qui potui formare nouum, reparabo peremptum.
195 non desunt exempla meae uirtutis in ipsis
seminibus: natura docet reuirescere cuncta
post obitum. siccantur enim pereunte uigore,
quo uixere prius; tunc sicca et mortua sulcis
aut foueis mandata latent et more sepulcri
200 obruta de tumulis rediuiuo germine surgunt.
numquid nosse potes uel coniectare, quis istud
tam sollers opifex struat aut quae uis agat intus?
nil uos, o miseri, physicorum dogmata fallant!
en ego gignendi dominus ac restituendi,
205 quod periit fluxitque, potens arentia quaeque
in ueteres formas aut flore aut fronde reduco:
idque ipsum quandoque homini facturus, inani
surgat ut ex cinere structuraque pristina constet,
quae mihi pro meritis uel per tormenta rependat
210 crimina uel summae uirtutis in arce coruscet
non peritura dehinc, quacumque in sorte manebit.
interea, dum mixta uiget substantia in unum,
sit memor auctoris proprii, ueneretur et oret
artificem submissa suum. non condidit alter
215 halantis animae figmentum et corporis alter
nec bona praesentis uitae numerosa gubernant
numina; non alius segetes et spicea farra
subpeditat deus aut alius dat musta racemis
purpureumque graui fundit de palmite sucum;
220 ipse ego sum, uirides oleas pinguescere bacis

Def. AB 193 disp. *CE,DNPa.c.* desp. *cet.* 199 sepulchri *CDNPEOSU, Vp.c.Ma.r.* 201 potest *C* pote (st *s. m2*) *D* 202 tum *PESa.c.* solers *C,DVa.c.* struat aut] statuat *CDO* 203 *hic u. in V bis exstat* ad uos *E,Pa.c.* at uos *Pp.c.* nihil uos *Na.r.* ne uos *V* (*pr. uersu*) phisicorum *P,V* (*uersu alt.*) docmata *N,Sa.c.m2* fallunt *VNa.c.PEp.c.* 207 inane *O,Da.c.* *213—216 artiore linearum interuallo in C* 213 artificis *U* 214 summissa *CDNPEOU* 218 supp. *VNPOU* ast *NMOSU,Va.c.* 220 baccis *D,CUp.c.*

qui facio, Graia quas Pallade fingitis ortas,
et qui Lucinas tribuo nascentibus horas.
duplex lege mea per mutua foedera sexus
gignere amat subolem generisque propagine gaudet,
225 quem uos lasciuis uiolatis amoribus ignem
et stupra uestra deae Veneris praetexitis umbra.
unus ego elementa rego nec mole laboris,
ut miser infirmusue aliquis fragilisue, fatigor.
lux inmensa mihi est et non resolubilis aetas
230 sensibus et uestris haud intellecta uetustas.
inde ministeriis ad tot moderamina mundi
non egeo nec participes sociosue requiro.
porro autem angelicas legiones, quas mea fecit
dextera, nosse meum est, et quae natura creatis
235 subsistat qualesque mihi seruentur ad usus.
tu me praeterito meditaris numina mille,
quae simules parere meis uirtutibus, ut me
per uarias partes minuas, cui nulla recidi
pars aut forma potest, quia sum substantia simplex
240 nec pars esse queo. solis diuisio rebus
conpositis factisque subest; me nemo creauit,
ut scindi ualeam cunctorum conditor unus.
crede, quod ex nihilo formaui, pars mea non est.
quare age, mortalis, soli mihi construe templum
245 meque unum uenerare deum. caementa remitto,
et quae saxa Paros secat et quae Punica rupis,
quae uiridis Lacedemon habet maculosaque Synna.
natiuum nemo scopuli mihi dedicet ostrum,
templum mentis amo, non marmoris; aurea in illo
250 fundamenta manent fidei, structura niuali
consurgit pietate nitens, tegit ardua culmen

Def. AB 221 oras *M,Va.c.* 224 amat] habet *S,Us.* sobolem *MOU, Ca.c.m2Sp.c.* 229 nec morte [*ex* et more *S*] solubilis *SU* estas *M* 230 haut *OU,CNSa.c.* 232 ego *O,NSa.c* ei *PEa.c.* 236 nomina *NE,Pa.c.* 245 neque *D* 246 parus *MOSU* rupes *CU,Vp.c.m2 Sp.c.* 247 uirides *CMO,PEa.c.Sa.c.m2* lacedoemon *U* lacedaemon *NMO* lademon *Da.c.* 248 scopoli *CVPE,Sa.c.* didicit *PEa.c.m2*

iustitia, interius spargit sola picta rubenti
flore pudicitiae pudor almus et atria seruat.
haec domus apta mihi est, haec me pulcherrima sedes
255 accipit, aeterno caelestique hospite digna.
nec nouus hic locus est, fluxit mea gloria in artus
et lux uera dei, deus inlustrauit alumnam
materiem corpusque parens habitabile fecit
ipse sibi, placito ut posset requiescere templo.
260 condideram perfectum hominem, spectare superna
mandaram totis conuersum sensibus in me,
recto habitu celsoque situ et sublime tuentem,
sed dispexit humum seque inclinauit ad orbis
diuitias pepulitque meum de pectore numen.
265 restituendus erat mihimet: summissus in illum
spiritus ipse meus descendit et edita limo
uiscera diuinis uirtutibus informauit
iamque hominem adsumptum summus deus in deitatem
transtulit ac nostro docuit recalescere cultu.'
270 scire uelim praecepta patris quibus auribus haec tu
accipias, Italae censor doctissime gentis.
an ueterem tantum morem ratione relicta
eligis et dici id patitur sapientis acumen
ingeniumque uiri? 'potior mihi pristinus est mos,
275 quam uia iustitiae, pietas quam prodita caelo
quamque fides ueri, rectae quam regula sectae'.
Si, quidquid rudibus mundi nascentis in annis

Def. AB 253 pudicitia *VN* 254 sedis *VNa.c.m2Sa.c.* 255 accipiat *M* 258 parans *Vp.c.* dubitabile *P,Ea.c.m2* 259 possit *NMOSU, Va.c.m2* 263 dispexit *CDPE,Ua.c.* desp. *cet.* 265 summissum *PEa.c.* submissus *MOS* 270 uel in *CD* 272 ueterum *DVSU,Ca.c.m2* modo rem *OU,Sa.c.* 273 elegis *E,Pa.c.* *post 276 codd.* (*cf. Symm. Rel. III 8*): symmac(h)us (symmachus dixit *PE*) suus cuique mos suus (suum *U,Sp.c.*) cuique ritus (ius *U,Sp.c.*) est. iam si longa aetas auctoritatem religionibus (legionibus *E,Pa.c.* relegionibus *C* relligionibus *MS*) faciat (facit *Pp.c.*) seruanda est tot saeculis fides et sequendi (sequentes, *mg.* al. sequendi *V*) sunt nobis parentes qui feliciter secuti sunt suos (uos *M,Sa.c.*). *ante u. 277 codd.:* prudentius (*om. N*) 277 (*et* 281) quidquid *cum NSa.c.*

mos habuit, sancte colere ac seruare necesse est,
omne reuoluamus sua per uestigia saeclum
280 usque ad principium, placeat damnare gradatim,
quidquid posterius successor repperit usus.
orbe nouo nulli subigebant arua coloni:
quid sibi aratra uolunt, quid cura superflua rastri?
ilignis melius saturatur glandibus aluus.
285 primi homines cuneis scindebant fissile lignum:
decoquat in massam feruens strictura secures
rursus et ad proprium restillet uena metallum!
induuias caesae pecudes et frigida paruas
praebebat spelunca domos: redeamus ad antra,
290 pellibus insutis hyrtos sumamus amictus!
inmanes quondam populi feritate subacta
edomiti iam triste fremant iterumque ferinos
in mores redeant atque ad sua prisca recurrant!
praecipitet Scythica iuuenis pietate uietum
295 uotiuo de ponte patrem — sic mos fuit olim —,
caedibus infantum fument Saturnia sacra
flebilibusque truces resonent uagitibus arae,
ipsa casas fragili texat gens Romula culmo —
sic tradunt habitasse Remum —, regalia faeno
300 fulcra supersternant aut pelle Libystidis ursae
conpositam clamydem uilloso corpore gestent!
talia Trinacrius ductor uel Tuscus habebant.
Roma antiqua sibi non constat uersa per aeuum

Def. AB 278 sancte te *Sp.c.m2* sane te *O,NSa.c.m2* 283 rastris *DMO, Sa.r.* 284 inlignis *DOa.c.* elinguis *Va.c.* 285 hominis *NOSa.c.* 286 dequoquat *VP* structura *DSa.c.Up.c.* securim *PEa.c.* securem *PEp.c.* secu*res *N* secure* *S* 288 exuuias *Ua.c.Sp.c.* indubias *CE,O* (*s.* ł exuuias) *Pa.c.* 290 hirsutis *Up.c.* hyrtos *DVNOU* hirt. *cet.* 292—293 *mg. add.* scythica gens *V* 293 ad *om. D,Sa.c.* 294 scithica *M* scithia *O* scythyca *CDP* uigetum *U,Sp.c.* 297 ar*et *S* aere *M* 298 ipsacas *PEa.c.* 299 faeno *CDE* f*ęno *S* feno *N* foeno *cet.* 300 fulchra *PSU* lybistidis *CD VU,Ma.c.m2* libistidis *S* libytidis *E,Pa.c.* 301 chlam. *P,Ma.r.* (chlamid.) *Up.c.m2* a uilloso *Up.c.m2* gestant *U,Sa.c.m2* uesti*nt (a *s. ras.*) *E* 302 habebat *MOSU,Da.c.* 303 tibi *D*

et mutata sacris, ornatu, legibus, armis.
305 multa colit, quae non coluit sub rege Quirino;
instituit quaedam melius, nonnulla refugit
et morem uariare suum non destitit et, quae
pridem condiderat iura, in contraria uertit.
quid mihi tu ritus solitos, Romane senator,
310 obiectas, cum scita patrum populique frequenter
instabilis placiti sententia flexa nouarit?
nunc etiam quotiens solitis decedere prodest
praeteritosque habitus cultu damnare recenti,
gaudemus conpertum aliquid tandemque retectum,
315 quod latuit; tardis semper processibus aucta
crescit uita hominis et longo proficit usu.
sic aeui mortalis habet se mobilis ordo,
sic uariat natura uices: infantia repit,
infirmus titubat pueri gressusque animusque,
320 sanguine praecalido feruet neruosa iuuenta,
mox stabilita uenit maturi roboris aetas,
ultima consiliis melior, sed uiribus aegra,
corpore subcumbit mentem purgata senectus.
his genus humanum per dissona tempora duxit
325 curriculis aeuum mutabile, sic hebes inter
primitias mersumque solo ceu quadrupes egit;
[quadrupedis pueri lactantia uiscera traxit.]
mox tenerum docili ingenio iamque artibus aptum
noscendis uaria rerum nouitate politum est;
330 inde tumens uitiis calidos adoleuit in annos,
donec decocto solidaret robore uires;
tempus adest, ut iam sapiat diuina serenae
mentis consilio uiuacius abdita sollers

Def. AB 304 ornatur *Np.c.m2* 307 distitit *C,Na.c.m2PEa.c.* 310 com scita *Pa.c.* conscita *C,Da.c.* 311 instabili *O,Na.c.m2* in tabulis *SU* nouaret *E,Pa.c.* 319 animasque *PEa.c.* 321 roburis *M* 324 fluxit *U,Sp.c.* 326 ceu quadrupes egit *VNMS,Up.c.* titubauit et instar *PEO, Ua.c., in ras. C in ras. m2 D* *327 sine dubio interpolatus, om. D (add. mg. m2) VNMS* *Vmg. m1 add.:* titubauit et instar quadrupedis pueri lactantia uiscera traxit 333 solers *S,Np.r.*

quaerere et aeternae tandem inuigilare saluti.
335 quamquam, si tantus amor est et cura uetusti
moris et a prisco placet haud discedere ritu,
exstat in antiquis exemplum nobile libris,
iam tunc diluuii sub tempore uel prius uni
inseruisse deo gentem, quae prima recentes
340 incoluit terras uacuoque habitauit in orbe;
unde genus ducit nostrae porrecta propago
stirpis et indigenae pietatis iura reformat.
sed quia Romanis loquimur de cultibus, ipsum
sanguinis Hectorei populum probo tempore longo
345 non multos coluisse deos rarisque sacellis
contentum paucas posuisse in collibus aras.
innumeros post deinde deos uirtute subactis
urbibus et claris peperit sibi Roma triumfis,
inter fumantes templorum armata ruinas
350 dextera uictoris simulacra hostilia cepit
et captiua domum uenerans ceu numina uexit.
hoc signum rapuit bimaris de strage Corinthi,
illud ab incensis in praedam sumpsit Athenis,
quasdam uicta dedit capitis Cleopatra canini
355 effigies, quasdam domitis Hammonis harenis
Syrtica cornutas facies habuere tropaea.
Roma triumfantis quotiens ducis inclyta currum
plausibus excepit, totiens altaria diuum
addidit et spoliis sibimet noua numina fecit,
360 numina quae patriis cum moenibus eruta nullum
praesidium potuere suis adferre sacellis.

Def. AB 334 quaereret *Pp.c.* 335 tantum studium est et *PE,Cp.c.* tantū* et (studium est *s. ras. add. m2*) *D* 336 haut *U,Na.c.* hau *VEa c.* *discidere *N* discere *O,PEMSa.c.* *u. 340 om. D, add. mg. m2* urbe *M* 342 iurare format *VN* 344 haectorei *CVPU,Mp.c.* ectorei *O* haectore *Ma.c.* 346 contemptum *O* contemtum *C,Da.r.* 347 postinde *CO* postinde inde *D* (de *s.* sti *m2*) post dein *Ma.c.* post deinde (post de *in ras. m. rec.*) *N* 348 uiribus *E,CVmg.Ds.* u*iribus *P* et] ex *U,Sp.c.* triumfis *cum Na.c.* 353 harenis (*s.* athenis) *S* 355 ammonis *VN* 356 tropea *ESa.c.Mp.c.* thropaea *Ma.c.* thropea *Sp.c.* 357 triumfantis *cum N* ducit *Ep.c.* inclita *DVO* 359 sibi et *ex* sibet *E*

cernis, ut antiqui semper uestigia moris
gressibus incertis uarie titubasse probentur
adsciscendo deos maioribus inconpertos
365 seque peregrina sub religione dicasse
nec ritus seruasse suos? quodcumque sacrorum est,
exulat externumque inimicam uenit in urbem.
frustra igitur solitis, praua obseruatio, inhaeres,
non est mos patrius, quem diligis, inproba, non est.
370 Sed sollers orator ait fataliter urbem
sortitam, quonam genio proprium exigat aeuum.
'cunctis nam populis seu moenibus inditur', inquit,
'aut fatum aut genius nostrarum more animarum,
quae sub disparili subeunt noua corpora sorte'.
375 iam primum, qui sit genius uel qui status illi
conpetat, ignoro, quid possit et unde oriatur,
spiritus informis sine corpore formaue et ulla
sit species et quid sapiat, quae munera curet.
contra animas hominum uenis uitalibus intus
380 sic interfusas intellego, sanguis ut ex his
accipiat motumque leuem tenerumque uaporem,
unde pererratis uegetet praecordia membris,
frigida succendat, riget arida, dura relaxet.
sic hominis uitam sibi temperat atque gubernat
385 uiuida mens, quam tu ficto conponere temptas
murorum genio, qui nusquam est nec fuit umquam.
quin et corporibus uersat mens uiua regendis
summum consilium, fida ut tutacula nudis
inualidisque paret, metuenda pericula uitet,

Def. AB 365 relleg. *CDp.c.* releg. *Da.c.* rellig. *OU,Np.c.m2* 366 quoscumque *CDO* 367 exultat *MO,CVESa.c.* *368—371 om. D add. mg. m2* 370 sed] at *U* ad *Sa.c.* solers *C,VSa.c.* 373 genus *CO* 374 sortem *MO* *post u. 374 add. codd.* (*cf. Symm. Rel. III 8*): symmachus (symmacus *C,Na.c.m2*). uarios custodes urbibus mens diuina distribuit ut animae nascentibus ita populis fatales genii diuiduntur. *ante 375:* prudentius (*om. N,* poe[ta *m2*] *add. mg.*) 377 an ulla *U,* *Sp.c.* et illa *Ea.c.* 378 ecquid *N* murmura *D* (*l* munera *s.m2* 382 uegete *N* uiget et *CO* 386 murorum *MSU* membr. (*in ras. N*) *cet.*

390 utile prospiciat, uarias agitetur ad artes,
consultet, cui se domino submittat et orbis
quem putet auctorem, quem rerum summa sequatur.
at tuus hic urbis genius, dicas uolo, quando
coepit adhuc paruae primum se infundere Romae?
395 fluxit ab uberibus nemorosa in ualle lupinis
infantesque aluit, dum nascitur ipse, gemellos?
an cum uulturibus uolitans ignota per auras
umbra repentinam traxit de nube figuram?
culminibus summis sedet, an penetralia seruat?
400 instituit mores et iura forensia condit,
an castrorum etiam fossis interuenit, acres
cogit ad arma uiros, lituis ciet, urget in hostem?
quae quis non uideat sapientum digna cachinno?
fingamus tamen esse aliquam, quae talia curet,
405 umbram siue animam, per quam res publica fatum
hauserit et calidis animetur tota medullis,
cur non haec eadem de religione colenda
consultat, cur non suspectat libera caelum,
cur sibi praescriptum non conmutabile fatum
410 ut captiua putat, genesis cur uincula fingit,
cui iam nolle licet, quod tunc uoluisse licebat,
erroresque abolere suos ac flectere sensus?
sic septingentis errauit circiter annis
lubricaque et semper dubitans, quae forma placeret
415 imperii, quae regnandi foret aequa potestas.
regius exortam iam tunc habuit status urbem
non sine grandaeuis curarum in parte locatis;
mox proceres de stirpe senum tractasse uidemus
clauum consilii; plebeias inde cateruas

Def. AB 391 consulet *O,U* (et *in ras.*) consulet et (et *s.*) *S* summittat *OU* 392 quae rerum *DVM,Ca.c.m2* quererum *Na.c.m2Sa.c.* 395 numerosa *O* 399 seruans *MSU,Da.c.* 402 lituos *CEO* 403 digne *M* chacinno *N* 407 relligione *Np.c.m2PEa.c.* relione *D* 408 non spectat *M,Sa.c.m2* non aspectat *Up.r.* 409 conmut. *cum PEMU, Ca.c.* 411 tam *N* 417 curam *CO*

420 conlatas patribus mixtim dicionibus aequis
imperitasse diu belloque et pace regendis —
consule nobilitas uiguit, plebs fisa tribuno est —;
displicet hic subito status et bis quina creantur
summorum procerum fastigia, quos duodeni
425 circumstant fasces simul et sua quemque securis.
rursus se geminis reddit ductoribus omnis
publica res et consulibus dat condere fastos;
ultima sanguineus turbauit saecla triumuir.
fluctibus his olim fatum geniusue animusue
430 publicus errauit; tandem deprendere rectum
doctus iter caput augustum diademate cinxit
appellans patrem patriae, populi atque senatus
rectorem, qui militiae sit ductor et idem
dictator censorque bonus morumque magister,
435 tutor opum, uindex scelerum, largitor honorum.
quod si tot rerum gradibus totiens uariatis
consiliis aegre tandem peruenit ad illud,
quod probet ac sancto reuerentia publica seruet
foedere, quid dubitat diuina agnoscere iura
440 ignorata prius sibimet tandemque retecta?
gratemur, iam non dubitat, nam subdita Christo
seruit Roma deo cultus exosa priores.
Romam dico uiros, quos mentem credimus urbis,
non genium, cuius frustra simulatur imago.
445 quamquam cur genium Romae mihi fingitis unum,
cum portis, domibus, thermis, stabulis soleatis
adsignare suos genios perque omnia membra
urbis perque locos geniorum milia multa

Def. AB 420 conlatus *VSa.c.* mixtum *O* ditionibus *CDVS,Na.c.* 421 parce *CDa.c.* *422 post 427 transp. CPEO; 423–427 om. D, sed add. mg. al. m. signo transpositionis inter 421 et 422 inserto, ita ut u. 422 eundem locum (post 427) ceperit atque in CPEO* 426 doctoribus *CPEO* 427 fastus *CO* fastor *PEa.c.* 431 tinxit *PE* 432 adque *Na.c.m2* *u. 434 om. D add. mg.* 438 sancta *D* 439 fodere *PEa.c.* 442 exossa *CDPa.c.Ep.c.* 444 similatur *EO,S* (u *ex* o) 445 usum *M* 446 termis *VU* tabulis *Ma.c. et fort. Da.c.* *448—449 om. S (add. imo mg.) D (add. mg. alia, sed antiqua m.)* 448 locus *PEa.c.*

fingere, ne propria uacet angulus ullus ab umbra?
450 restat, ut et fatum similis dementia cunctis
aedibus inponat, paries ut quisque sub astro
fundatus structusque suo, qua sorte maneret,
quando autem rueret, primis acceperit horis.
adscribunt saxis Lachesis male fortia fila
455 tectorumque trabes fusis pendere rotatis
credunt atque ipsis tribuunt decreta tigillis,
ceu distet, cuius stellae sit fraxinus ortu
eruta, quae summum conscenderet ardua culmen.
denique nulla hominum res est, nulla actio mundi,
460 cui non fatalem memorent incumbere sortem.
quae quia constituunt, dicant, cur condita sit lex
bis sex in tabulis aut cur rubrica minetur,
quae prohibet peccare reos, quos ferrea fata
cogunt ad facinus et ineuitabile mergunt.
465 quin et uelle adigunt prauum insinuantia uotum,
ne liceat miseris uetitum committere nolle.
cedite, si pudor est, gladiumque retundite uestrum,
aspera nil meritos poenis plectentia iura,
antrum carcereum dissoluite, corpora sub quo
470 agminis innocui fato peccante tenetis!
nemo nocens, si fata regunt, quod uiuitur ac fit,
immo nocens, quicumque uolens, quod non licet, audet,
alterutrum quia uelle suum est nec fata reatum
inponunt homini, sed fit reus ipse suopte
475 arbitrio placitumque nefas et facta rependit
inpia suppliciis merito, non sorte peremptus.
quisque putat fato esse locum, sciat omniparentem

Def. AB 449 angulis *PEa.c.* 453 oris *CDPEO* 454 laceris *O,C* (r *in ras.*) *Da.c.* lacesis *E,Pa.c.Va.c.m2* lace*si (s *s.* i) *N* 455 rectorumque *CDO,PEa.c.* 456 ipsi *PEa.c.* 457 stillae *PEa.c.* stellę (stel *in ras.*) *DS* 463 quae] quos *Mp.c.m2* 464 adcogunt *MS* 467 recondite *Np.c.* 474 suopte (pte *in ras.*) *C* suapte *VP,Np.c.m2DEp.c.* peramplum *SU* peramplum sub hoste *Da.c.* 475 arbitrio] ingenium *MUS* ingenio (*mg.* arbitrio) *N* rependit *Np.c.* 476 subpliciis *V,Na.c.* subplitiis *Sa.c.* 477 omniparen*(tem *s. ras.*) *E* omniparenti *Pa.c.*

nosse deum nulli uetitum fatalibus astris
nec mathesis praescripto aliquo pia uota repelli.
480 spirat enim maiora animus seque altius effert
sideribus transitque uias et nubila fati
et momenta premit pedibus, quaecumque putantur
figere propositam natali tempore sortem.
huc ades omne hominum genus, huc concurrite et urbes,
485 lux inmensa uocat, factorem noscite uestrum!
libera secta patet: nil sunt fatalia uel, si
sunt aliqua, opposito uanescunt irrita Christo.
Sed multi duxere dei per prospera Romam,
quos colit ob meritum magnis donata triumfis.
490 ergo age, bellatrix, quae uis subiecerit, ede,
Europam Libyamque tibi, dic nomina diuum.
Iuppiter, ut Cretae domineris, Pallas, ut Argis,
Cynthius, ut Delphis, tribuerunt omine dextro,
Isis Nilicolas, Rhodios Cytherea reliquit,
495 uenatrix Efesum uirgo, Mars dedidit Hebrum,
destituit Thebas Bromius, concessit et ipsa
Iuno suos Frygiis seruire nepotibus Afros
et, quam subiectis dominam dea gentibus esse,
si qua fata sinant, iam tum tenditque fouetque,

Def. AB 478 nosse] esse *MUS* fallacibus *Sp.c.* 479 repellit *V,DNp.c.m2* 481 uiam (*ex* uia) sed *N* 483 fingere *S,VNa.c.* 487 inrita *NS, MEa.c.*

post 487 add. codd. (*cf. Symm. Rel. III 8*): Symmachus (dixit *PE add.*). Accedit utilitas quae maxime homini (homines *O,Ca.c.*) deos (deus *N*) adserit. nam cum ratio omnis in operto (aperto *Ep.c.*) sit unde rectius quam de (de *om. CVNPE*) memoria atque documentis rerum secundarum cognitio uenit numinum. *ante 488 codd.:* Prudentius (*om. NP*); *in mg. post 487 N* prosa, *ad 488 in mg.* poe[sis *m2*]

488 dii *CO,E* (*fort. p.c.*) 489 coluit *V* triumfis *cum Na.c.m2* 491 libiamque *DVOS* lybiamque *CEMU,Na.c.* lybyamque *Np.c.* 492 iupiter *V* 493 cynt. *C* *ynt. (*s.* cyntyus) *E* cinth. *OU,Dp.c.m2* cint. *Da.c.m2* delfis *VNEMS* homine *V* *omin* (e *s. alt. ras.*) *E* omne *M,Da.c.* 494 citherea *CDPE,Oa.c.* reliquid *V,NMa.c.m2DSa.c.* 495 efesum *CDE* effesum *VN* eph. *cet.* dedit *M,Va.c.* dederit *D* 496 distituit *CPE,VNa.c.m2* 497 frigiis *VN* phrygiis *SU*

500 iussit Romuleis addictam uiuere frenis.
perfidiane deum indigenum cecidere tot urbes
distructaeque iacent ipsis prodentibus arae?
o pietas, o sancta fides, traduxit alumnos
maiestas infida locos et creditur istis
505 numinibus, quae transfugio meruere sacrari!
an uoluit seruare suos luctataque multum
religio infestas temptauit pellere turmas
Romanis obnixa globis, sed fortior illam
uirtus luctifico camporum in puluere fregit?
510 immo ita est, armis et uiribus indiga ueri
uicta superstitio est et inanem gloria fugit.
sed nec difficilis fuit aut satis ardua genti
natae ad procinctus uictoria frangere inertes
molliaque omnigenum colla inclinare deorum.
515 num cum Dictaeis bellum Corybantibus asper
Samnitis Marsusque leui sudore gerebat?
num mastigoforis oleoque et gymnadis arte
unctis pugilibus miles pugnabat Etruscus?
nec petaso insignis poterat Lacedemone capta
520 Mercurius seruare suas de clade palestras.
Appenninicolam peditem Cybeleius hostis
congressu excipiens Asiam defendere et Idam
qui potuit cogente acies in proelia Gallo?

Def. AB 500 addietam *O* adiectam *DM* addictum *Va.c.* seruire addictam frenis *N in ras. m2* 502 destructaeque *CD* destructeque *OU,Vp.c.* distructae que *Na.c.m2* 505 quae *CDOU* qui *cet.* 507 relligio *CMOU,Np.c.m2ESp.c.* relegio *Da.c.m2* 508 obnisa *VNPE* 511 inanis *Ep.c.* 513 lat(a)e *SU* ad *om. S* (*mg.* al. natae at) 515 nunc *NMOSU,Da.c.* tunc *C,Dp.c.* cum dicta eis *N,CDa.c.* cum dicteis *MSU* condicit eis *O* coribantibus *DVNO* 516 samnites *MOS, Da.c.Ua.c.m2* sudore] *add.* oleoque *C* (*mg.* gymnadis arte) *O* 517 *om. CDO* (*in D add. imo mg.*) ger. num mast. *om. PE* nunc *MSU,Np.c m2* masucoforis *M,Sa.c.m2* marrucoforis *U,Sp.c.m2* 518 eutruscus *CO,Da.c.* 519 pegaso *Ep.c.* lachedem. *Ma.c.* lachedaem. *S* lachedoem. *U* lacedaem. *N* 520 suos *V* 521 appennicolam *DPEa.c.* apenninicolam *N* cibilegius (g *p.c.*) *V* cybelegitus (t *supp.*) *D* 523 quid *Ep.c.*

Idalias nisi forte rosas, laurum citharoedi
525 uatis, siluicolae calamos arcumque puellae
dedere seruitio calcataque sacra domare
difficilis operis fuit inmensique laboris.
fluctibus Actiacis signum symphonia belli
Aegypto dederat, clangebat bucina contra;
530 institerant tenues cumbae fragilesque faseli
inter turritas Memfitica rostra Liburnas:
nil potuit Serapis deus et latrator Anubis.
stirpis Iuleae ductore exercitus ardens
praeualuit, gelido quem miserat Algidus axe:
535 non armata Venus, non tunc clipeata Minerua
uenere auxilio, non diuum degener ordo
et patria extorris Romanis adfuit armis.
uictus et ipse prius inimica nec agmina iuuit,
si tamen antiquum norat retinere dolorem.
540 sed dicis legisse deos, ubi sanctior usus
templorum cultu celebri sine fine maneret,
Aeneadumque ultro uictricia signa uirorum
regis amore Numae nullo cogente secutos.
num Diomedis item tentoria et acris Vlixi
545 castra uolens Pallas caesis custodibus arcis
legit, ubi umenti sudaret maesta sigillo?
aut quotiens ductor Macetum fortissimus altos
templorum cineres uictis cumulauit Amyclis,
optarunt praedis domini se numina capta

Def. AB 524 cytharoedi *DV* cithereo (*mg.* citharoedi) *C* 525 calamus *CO,DPEa.c.* 530 instar erant *MSU,VNa.c.* instabant *Vp.c.* tenuis *MSU,VNa.c.m2* cymbae *OU,NSp.c.m2* fragilisque *CDMOSU, VNa.c.m2Ea.c.* faseli *om. S add. m2* 531 memphitica *OS* memphytica *U* 533 ductor *MOU,Sa.c.m2* ductori *Sp.c.m2* 534 alcidus *V,Dp.c.* axem *MO,Da.c.* axis *U* 536 uexere *SU,Da.c.m2* 541 celebris *MOS,Ua.c.* 544 tum *V* 545 arcis] ultro *DMOSU,Ca.c.* (arcis *m2*) 546 ubi] ut *U,Sp.c.* humenti *CDOU* sigillo] *add.* alexander macedonum uictor graeciae *N* 547 macetum dux *N in ras. m2* ductor macedum *U,Sp.c.m2* altus *CDEa.c.* alto *O* 548 amiclis *CDES* ab indis *U* 549 dominis *CD,Ea.c.*

550 misceri Assyriaeque uehi Babylonis ad arcem?
non fero Romanum nomen sudataque bella
et titulos tanto quaesitos sanguine carpi:
detrahit inuictis legionibus et sua Romae
praemia diminuit, qui, quidquid fortiter actum est,
555 adscribit Veneri, palmam uictoribus aufert.
frustra igitur currus summo miramur in arcu
quadriiugos stantesque duces in curribus altis
Fabricios, Curios, hinc Drusos, inde Camillos,
sub pedibusque ducum captiuos poplite flexo
560 ad iuga depressos manibusque in terga retortis
et suspensa graui telorum fragmina trunco,
si Brennum, Antiochum, Persen, Pyrrhum, Mithridatem
Flora, Matuta, Ceres et Laurentina subegit.
'his tamen auspicibus successus dextra dederunt
565 omina laetificos et felix adfuit ales'.
quid sibi uult uirtus, quid gloria, si Coruinum
coruus Apollineus pinna uel gutture iuuit?
sed tamen hic coruus cur defuit exitiali
forte die, infaustas tegerent cum funera Cannas
570 oppeteretque super congesta cadauera consul?
cur Cremerae in campis cornice uel oscine parra
nemo deum monuit perituros Marte sinistro
tercentum Fabios uix stirpe superstite in uno?

Def. AB 550 assiriaeque *DEOS,Cp.c.* assirieque *V* assiriaque *Ca.c.* babilonis *DNOU,Sa.c.* babillonis *Sp.c.* 551 sudata (que *om.*) *V* sudatuque *Ea.c.m2* subdataque *D* 554 deminuit *VN* quidquid *cum NESa.c.* est *om. O* 555 ueneri et (*ex* uenerit *Dm2*) palmam *D, Ea.c.* ueniri palmam *M* ueneri *Na.c.* 556 summa . . . arce *U, Sp.c.m2* 562 anthiocum *EM,PSa.c.* anthiochum *Sp.c.* pyrrum *CDPMOU* pyrum *VNa.c.* pirrhum *S* (h *p.c.*) mithridaten *N* mitridaten *CPE,Vp.c.* mitridatem *DMO* metridatem *U* methridaten *Sp.c.* 563 larentina *Va.c.Na.c.m2* laruentina *E,Pa.c.Cmg.* 565 omnia *CDMOSU* laetificor *PE* et] sed *N* 567 appollineus *DV* penna *V,NSp.c.m2* guttore *CD,PEa.c.* 568 exici*ale (e *in* i corr.) *V* exitiale *O,Sa.c.m2* 569 funere *NOU,Sa.c.m2* 571 cremere *CDV PEO,Np.c.m2* parrha *NPE,Cmg.* partha *MSU* parta *CDO* 572 nouit *P,Cmg.* *nouit *E* sinistros *V*

nullane tristificis Tritonia noctua Carrhis
575 aduolitans praesto esse deam praenuntia Crasso
prodidit, aut Pafiam niueae uexere columbae,
cuius inauratum tremeret gens Persica limbum?
Sed uideo, quae te moueant exempla uetustae
uirtutis: dicis domitum terraque marique
580 orbem, res laetas et prospera quaeque retexis,
mille triumforum memoras ex ordine pompas
ductaque per mediam spoliorum fercula Romam.
uis, dicam, quae causa tuos, Romane, labores
in tantum extulerit, quis gloria fotibus aucta
585 sic cluat, inpositis ut mundum frenet habenis?
discordes linguis populos et dissona cultu
regna uolens sociare deus subiungier uni
imperio, quidquid tractabile moribus esset,
concordique iugo retinacula mollia ferre
590 constituit, quo corda hominum coniuncta teneret
religionis amor; nec enim fit copula Christo
digna, nisi inplicitas societ mens unica gentes.
sola deum nouit concordia, sola benignum
rite colit tranquilla patrem: placidissimus illum
595 foederis humani consensus prosperat orbi,
seditione fugat, saeuis exasperat armis,
munere pacis alit, retinet pietate quieta.
omnibus in terris, quas continet occidualis
oceanus roseoque Aurora inluminat ortu,
600 miscebat Bellona furens mortalia cuncta

Def. AB 574 carrhis *V* charris *cet.* 575 prenuntio *O* 576 paphiam *DMOSU* *in mg. ad 576* (*unc. litt.*) apostropha *N* 577 lembum *PE,Vp.c.* lymbum *U om. S, post add. m2* signum (*s. l* limbum) 579 dices *CDMU* di*ces *O* dice*s *S* 580 retexes *O* 581 triumf. *cum DN* 582 medium *PE,Op.c.Sa.c.* 584 fortibus *CVPO,Da.c.Np.c.* 585 luat *Pa.c.* ualet *U* (sic *in ras.*),*Smg.* 588 quidquid *cum Na.c.m2* esse *C* 590 constituunt *O,Da.c.m2Sa.c.* 591 religionis *cum VPE,Na.c.m2* 595 seminis *M,U*(*mg.* f*deris), *Da.c.m2* foederis** *in ras. m2 S* prospera *M,Sa c.* orbem *CPEO,Va.c.* 598 continet (*s. m2* al. destinet) *D* distinet *V,Na.c.m2* 599 roseo aurora *E,Pa.c.* roseo aut aurora *Pp.c.*

armabatque feras in uulnera mutua dextras:
hanc frenaturus rabiem deus undique gentes
inclinare caput docuit sub legibus hisdem
Romanosque omnes fieri, quos Rhenus et Hister,
605 quos Tagus aurifluus, quos magnus inundat Hiberus,
corniger Hesperidum quos interlabitur et quos
Ganges alit tepidique lauant septem ostia Nili.
ius fecit commune pares et nomine eodem
nexuit et domitos fraterna in uincla redegit.
610 uiuitur omnigenis in partibus haud secus acsi
ciues congenitos concludat moenibus unis
urbs patria atque omnes lare conciliemur auito.
distantes regione plagae diuisaque ponto
litora conueniunt nunc per uadimonia ad unum
615 et commune forum, nunc per commercia et artes
ad coetum celebrem, nunc per genialia fulcra
externi ad ius conubii; nam sanguine mixto
texitur alternis ex gentibus una propago.
hoc actum est tantis successibus atque triumfis
620 Romani imperii: Christo iam tunc uenienti,
crede, parata uia est, quam dudum publica nostrae
pacis amicitia struxit moderamine Romae.
nam locus esse deo quis posset in orbe feroci
pectoribusque hominum discordibus et sua iura
625 dissimili ratione tuentibus, ut fuit olim?
sic inconpositos humano in pectore sensus
disiunctasque animi turbato foedere partes
nec liquida inuisit sapientia nec deus intrat.

Def. AB 601 armaratque *MOSU* 602 frenatas *ex* frenatus *V* 604 hrynus *O* 605 hiber *M* 606 hisperidum *CD* 607 trepidique *CO, Da.c.m2* hostia *CDVPEOS* 608 patres *Pp.c.* 609 fraterno *Dp c.m2* 610 aut *M,Na.c.* 612 adque *Na.c.m2* un uno (*sic!*) *N in ras.* (ab uno *p.c.m2* l auito *mg.*) 615 co*mercia (*lineola s.* o *m2*) *N* conmercia *V* 616 fulchra *SU* 617 cōnubii *V* 618 alterius *Sp.c.* 619 adque *NSa.c.m2* triumfis *cum Na c.m2* 620 imperio *O* ueniente *P,N* (e *in ras. m2*) 623 possit *VNSU,Ma.c.*

at si mentis apex regnandi iure potitus
630 pugnacis stomachi pulsus fibrasque rebelles
frenet et omne iecur ratione coërceat una,
fit stabilis uitae status et sententia certa,
haurit corde deum domino et subiungitur uni.
En ades, omnipotens, concordibus influe terris!
635 iam mundus te, Christe, capit, quem congrege nexu
pax et Roma tenent. capita haec et culmina rerum
esse iubes nec Roma tibi sine pace probatur,
et pax ut placeat, facit excellentia Romae,
quae motus uarios simul et dicione coërcet
640 et terrore premit; nec enim spoliata prioris
robore uirtutis senuit nec saecula sensit
nec tremulis, cum bella uocant, capit arma lacertis
nec tam degeneri uenerandis supplicat ore
principibus, quam uult praenobilis ille senator
645 orandi arte potens et callida fingere doctus
mentitumque grauis personae inducere pondus,
ut tragicus cantor ligno tegit ora cauato,
grande aliquod cuius per hiatum crimen anhelet.
Si uocem simulare licet, nempe aptior ista
650 uox Romae est, quam nunc eius sub nomine promam.
quae quia turpe putat templorum flere repulsam
aegidaque in dubiis pro se pugnasse periclis
dicere seque grauem senio inclinante fateri,
ductores conplexa suos sic laeta profatur:

Def. AB 629 ut *E* *ut *P* 630 pulsos *M,Sa.c.m2* 631 coherceat *MSU* 634 en] una *CDOS* 638 faciat *V* 639 ditione *CDPO* cohercet *MOU,Sa.c.* 643 subplicat *V* sublicat *D*

post u. 648 add. codd. (*cf. Symm. Rel. III 9*): Symmachus (S. dixit *PE*) Romam nunc putemus adsistere atque his uobiscum agere sermonibus optimi principes patres patriae reueremini annos meos in quos me pius ritus adduxit utar cerimoniis auitis neque enim paenitet uiuam meo more quia libera sum hic cultus in leges meas orbem (inorbem *D*) redegit haec sacra (h)annibalem a moenibus a Capitolio senonas reppulerunt *ante 649:* Prudentius (*om. N, qui in mg.m2* prosa *et postea m3* poe[sis] *habet*)

654 doctores *Op.c.* conplexa *cum NSU*

655 'o clari, saluete, duces, generosa propago
principis inuicti, sub quo senium omne renascens
deposui uidique meam flauescere rursus
canitiem — nam cum mortalia cuncta uetustas
inminuat, mihi longa dies aliud parit aeuum,
660 quae uiuendo diu didici contemnere finem —,
nunc, nunc iusta meis reuerentia conpetit annis,
nunc merito dicor uenerabilis et caput orbis,
cum galeam sub fronde oleae cristasque rubentes
concutio uiridi uelans fera cingula serto
665 atque armata deum sine crimine caedis adoro.
crimen enim — piget, heu! — crimen persuaserat atrox
Iuppiter, ut sacro iustorum sanguine tincta
adsuetum bellis scelerarem funere ferrum.
illius instinctu primus Nero matre perempta
670 sanguinem apostolicum bibit ac me strage piorum
polluit et proprium facinus mihi saeuus inussit.
post hunc et Decius iugulis bacchatus apertis
insanam pauit rabiem, mox et sitis arsit
multorum similis per uulnera tristia flagrans
675 extrahere insignes animas ac ludere poenis
undantesque meum in gremium defundere mortes
et sub iure fori non noxia colla secare.
hac me labe ream modo tempora uestra piarunt.
uiuo pie uobis auctoribus, inpia pridem
680 arte Iouis, fateor; quid enim non ille cruentum
tradidit aut quid mite sibi placidumue poposcit?
qui, dum praemetuit cultus inolescere Christi,
saeuiit ac miserum foedauit sanguine saeclum.
et sunt, qui nobis bella exprobrare sinistra
685 non dubitent, postquam templorum spreuimus aras,

Def. AB 660 uidendo *PEa.c.* 663 christaque *D* 665 adque *Na.c.m2* 668 belli *C* in funere *CDPO,Vp.c.m2* 669 instictu *NE, Pp.c.m2* 672 baccatus *V* 673 mox haec *CO* mox* (et *s. ras.*) *S* 675 extraxere *E,Pa.r.* extraere *Pp.r.* 676 difundere *Ep.c.* diffundere *COSU* 679 auctoribus] aucta mihi *PE* inpia *cum DPEM* 682 caltus *PEa.c.* 683 saeuit *VPO,Sa.c.* 684 exprobare *DE,Va c.*

adfirmentque Libyn Collinae a cardine portae
Hannibalem Iouis imperio Martisque repulsum,
uictores Senonas Capitoli ex arce fugatos,
cum super e celso pugnarent numina saxo!
690 qui mihi praeteritam cladem ueteresque dolores
inculcant iterum, uideant me tempore uestro
iam nil tale pati: nullus mea barbarus hostis
cuspide claustra quatit, non armis, ueste comisque
ignotus capta passim uagus errat in urbe
695 Transalpina meam rapiens in uincula pubem.
Temptauit Geticus nuper delere tyrannus
Italiam patrio ueniens iuratus ab Histro,
has arces aequare solo, tecta aurea flammis
soluere, mastrucis proceres uestire togatos.
700 iamque ruens Venetos turmis protriuerat agros
et Ligurum uastarat opes et amoena profundi
rura Padi Tuscumque solum uicto amne premebat:
depulit hos nimbos equitum non peruigil anser,
proditor occulti tenebrosa nocte pericli,
705 sed uis cruda uirum perfractaque congredientum
pectora nec trepidans animus subcumbere leto
pro patria et pulchram per uulnera quaerere laudem.
numquid et ille dies Ioue contulit auspice tantum
uirtutis pretium? dux agminis imperiique
710 christipotens nobis iuuenis fuit et comes eius
atque parens Stilico, deus unus Christus utrique.
huius adoratis altaribus et cruce fronti
inscripta cecinere tubae: prima hasta dracones

Def. AB 686 libin *S* lybin *CDVNPEO* 687 annibalem *V,Da.c m2* 688 sennonas *PEa.c.* senones *D* capitolii *CDVNPEO,Ua.c.* 689 excelso *V* 692 nullis *PEa.c.* 693 quatit] cubat (*s.* l quatit) *N* et non *N* 696 tyrannos *M,Da.c.* tirannos (u *s.* o) *S* 699 mastrugis *SU,DEMp.c.* astrucis *Va.c.* proceros *CO* 700 prostrauerat *U,Sp.c.* 703 nimbus *CO,D*(*s. m2* l os) *Pa.c.Ep.c.* 706 succumbere *COSU, Np.c.m2* loeto *P,Ep.c.* laeto *O* 707 pulcram *Mp.c.* pulchrum *PEa.c.* 710 christepotens *Ep.c.* comis *M,Da.c.* 711 stilicho *DSU,Ma.c.* 712 fronte *P* 713 inscriptae *COM* draconis *MU, Op.c.* drac*onis *S*

praecurrit, quae Christi apicem sublimior effert.
715 illic ter denis gens exitiabilis annis
Pannoniae poenas tandem deleta pependit.
corpora famosis olim ditata rapinis
in cumulos congesta iacent; mirabere seris,
posteritas, saeclis inhumata cadauera late,
720 quae Pollentinos texerunt ossibus agros.
si potui manibus Gallorum excisa leuare
de cinerum squalore caput, redeunte Camillo
signa renidenti fumans si fronte recepi,
si potui miseras sertis redimire ruinas
725 et male pendentes lauro praecingere turres,
quo te suscipiam gremio, fortissime princeps,
quos spargam flores, quibus insertabo coronis
atria, quae festis suspendam pallia portis,
inmunis tanti belli ac te stante sub armis
730 libera et aure tenus Geticos experta tumultus?
scande triumfalem currum spoliisque receptis
huc Christo comitante ueni! date, uincula demam
captiuis gregibus, manicas deponite longo
tritas seruitio, matrum iuuenumque cateruae!
735 dediscat seruire senex laris exul auiti,
discat et ad patrium limen genetrice reuersa
ingenuum se nosse puer, timor omnis abesto:
uicimus, exultare libet. quid tale repulso
Poenorum quondam duce contigit? ille petitae
740 postquam perculerat tremefacta repagula portae,
Baianis resolutus aquis durissima luxu

Def. AB, U a u. 716 714 precurrunt *S* haec fert *MO,Sa.c.* *uersuum ordo 715, 717, 716 in M* *u. 716—1063 def. U* 718 miraberes *ES,M* (i *s.* e *ult.*) eris *MS* oris *E* 720 pellentinos *D* (l o *s.*),*Cmg.* 721 lauare *CE Oa.c.* 723 renitenti *Mp.c.m2* 724 redimere *E,NPSa.c.* 725 lauru *VNa.c.* 730 alpetenus *C* (*mg.* auretenus) *D* (*s.* l auretenus) *MOS* tumultos *M,PESa.c.* 731 triumf. *cum N* repertis *M,S* (*mg.* l receptis) 732 ueni data *NEp.c.m2* uenidate *DV* uenitate *Ma.c.* 734 caterua *MOS* 735 senes *Mp.c.* 736 genitrice *CP* 738 uincimus *O* 739 condam *V in ras.* 741 sesolutus *PEa.c.* ressolutus *Va.c.* resolutis *Sa.c.* resolut*s (u *s. ras.*) *N*

robora destituit ferrumque libidine fregit.
at noster Stilico congressus comminus ipsa
ex acie ferrata uirum dare terga coegit.
745 hic Christus nobis deus adfuit et mera uirtus,
illic lasciuum, Campania fertilis, hostem
deliciae uicere tuae; non Iuppiter acrem
protexit Fabium, sed iuuit amoena Tarentus,
quae dedit inlecebris domitum calcare tyrannum.
750 his ego pro meritis quae praemia digna rependam,
non habeo: membra statuis effingere uile est
— uirtutem nil uile decet —, nam uile, quod aetas
eripit; aera cadunt aut fuluum defluit aurum
aut candor perit argenti, si defuit usus,
755 et fuscata situ corrumpit uena colorem.
uiua tibi, princeps, debetur gloria, uiuum
uirtutis pretium decus inmortale secuto:
regnator mundi Christo sociabere in aeuum,
quo ductore meum trahis ad caelestia regnum.
760 nil te permoueat magni uox rhetoris, oro,
qui sub legati specie sacra mortua plorans
ingenii telis et fandi uiribus audet,
heu, nostram temptare fidem nec te uidet ac me
deuotos, Auguste, deo, cui sordida templa
765 clausimus et madidas sanie deiecimus aras.
unus nostra regat seruetque palatia Christus,
ne quis Romuleas daemon iam nouerit arces,
sed soli pacis domino mea seruiat aula'.
sic adfata pios Roma exorauit alumnos
770 spernere legatum non admittenda petentem,
legatum Iouis ex adytis ab aruspice missum,
at non a patria; patriae sua gloria Christus.

Def. ABU 742 distituit *VEMS,Na.c.m2Pa.c.* 743 ad *NESa.c.m2* stilicho *DS* congressum *VNP,Da.c.* 748 tarentis *DMS* 753 cadent *S* 754 defluit *P,Np.c.m2* 757 secutus *CO* secutum *MS* 760 rhet. *N* reth. *cet.* 764 deuotus *MOS* augusto *O* 768 meo *M* 771 aditis *CDVPEOS* haruspice *NM,Ea.c.* 772 ad *D,Na.c.m2* sua] nam *VNPE,Ds.m2Ss.*

persistit tamen adfirmans iter esse uiandi
multifidum uariumque, deus cum quaeritur unus.
775 hinc alios, ast inde alios properare seorsum,
quemque per anfractus proprios, sed conpeta eodem
fine coartari simul et concurrere in unum.
quin etiam caelum atque solum, uentos, mare, nubes
omnibus in commune dari, uel qui colimus te,
780 Christe, uel exta litant sculptis qui tabida saxis.
Non nego communem cunctis uiuentibus usum
aëris, astrorum, pelagi, telluris et imbris,
immo etiam iniustus pariter iustusque sub uno
axe habitant: unas capit inpius et pius auras,
785 castus et incestus, meretrix et nupta, nec alter
ore sacerdotis quam myrmillonis anhelat
spiritus, aërio uitam qui temperat haustu.
nubis uerna pluit zephyro inpellente, sed aeque
furis et innocui fecundat rura coloni.
790 gurgitis aestiui sic pura fluenta uiator,
ut latro, fessus adit, sic piratis mare seruit,
ut mercatori, nec fluctus secius hosti
obsequitur, quam cum licitae fert transtra carinae.
ergo capax utriusque rei natura creandis
795 se praebet populis nec habet discernere dispar

783 cf. Matth. 5, 45

Def. ABU 774 conquaeritur *C,Da.c.m2* 775 alios ast deinde *D,Ca.r.* (ast *ex* est *m2*) alios deinde *MOS* 776 anfractos *S,Np.c.m2* amfractus *CD, PE* (peram fractus) amfractos *V,Na.c.m2* 778 adque *Na.c.m2*

post 780 add. codd. (cf. Symm. Rel. III 10): symmachus (symmachus dixit *PE*) aequum est quicquid omnes colunt unum putari. eadem spectamus astra commune caelum est idem nos (nos idem nos *P,Ea.c.*) mundus inuoluit. quid interest qua quisque prudentia uerum requirat (inquirat *Dressel*)? uno itinere non potest perueniri ad tam grande secretum. *ante u. 781* prudentius (*om. NPE*)

781 non ego *CDEMO,PSa.c.m2* 784 inpius *cum EM* 786 myrmilionis *O* my(i *S*)rmilonis *CDS,Na.c.* 787 austu *N,VSa.c.* hausto *PEa.c.* 788 nubes *CVNO,DPSp.c.* pluet *Np.c.m2* zephiro *CPS* zefyro *N* zefiro *E* 791 pyratis *CDPE,Np.c.m2* 792 setius *CDOS* 793 licita *N,Pa.c.m2* carina *N*

uiuentum meritum, quos tantum pascere iussa est.
seruit enim mundus, non iudicat; hoc sibi summus
naturae dominus praescripta in tempora seruat.
nunc adsunt homini data munera legibus hisdem,
800 quis concessa semel: fons liquitur, amnis inundat,
ueliuolum ratibus mare finditur, influit imber,
aura uolat tenuis, uegetatur mobilis aër
et res naturae fit publica promptaque cunctis,
dum seruant elementa suum famulantia cursum.
805 sic probus atque reus capitalis criminis hisdem
sideribus facilisque poli bonitate fruuntur.
uiuere commune est, sed non commune mereri.
denique Romanus, Daha, Sarmata, Vandalus, Hunnus,
Gaetulus, Garamans, Alamannus, Saxo, Galaulas,
810 una omnes gradiuntur humo, caelum omnibus unum est,
unus et oceanus, nostrum qui continet orbem.
addo aliud: nostros potant animalia fontes,
ipso rore mihi seges est, quo gramen onagris,
spurca suis nostro amne natat, nostra intrat et ipsos
815 aura canes animatque leui fera corpora flatu.
sed tantum distant Romana et barbara, quantum
quadrupes abiuncta est bipedi uel muta loquenti,
quantum etiam, qui rite dei praecepta sequuntur,
cultibus a stolidis et eorum erroribus absunt.
820 non facit ergo pares in religione tenenda
aëris et caeli communio; corpora tantum
gignit, alit, reparat recidiuaque semina seruat.

Def. *ABU* 799 isdem *S* 802 aegetatur *E,Pa.c.* agitatur *Pp.c.* uegetatur (*s.* agitatur) *N* 805 adque *NSa.c.m2* isdem *S,Na.c.m2* 808 dana *CDM,Sp.c.* danas *O* dona *Sa.c.* armata *O* sermata *Sa.c.* uandalys *Sa.c.m2* hunus *CDPEOS,Ma.c.* unus *V,N* (-nn- *p.c.*) 809 getulus *DVP* alemannus *V* galaula *CDOS* gulaulas *Va.c.* 812 putant *NPEa.c.* 813 seges mihi *P* gramen in agris *Sp.c.m2* 814 spurca sues *VN,Dp.c.m2* spurga suis *M* sordida sus *CPEO* eipsos (t *s.* e) *PE* 815 cunes *PEa.c.* 816 *om. D, add. mg. m2* 817 quadrupedes (quadrupides *E*) bipedi abiunctae mutaeue loquenti *CPE,Nmg.m2* adiuncta *MO,DSa.c.* multa *MOS,Da.c.* 818 tantum *DMS* secuntur *VEO* 820 religione *cum VEMS,Na.c.m2*

nec refert, cuius generis cuiusue figurae
aut cuius meriti, modo sint ut corpora terra
825 edita, terrenis quibus est uigor ex elementis,
artificis quia patris opus discrimine nullo
influit in medium nec auaro munere currit
ante datum quam primus homo sordesceret Adam.
nec uitio utentum restrictum deficit aut se
830 subtrahit indignis nec foeda et turpia uitat.
haud aliter solis radius, cum luminat omnes
diffuso splendore locos, ferit aurea tecta,
sed ferit et nigro sordentia culmina fumo.
intrat marmoribus Capitolia clara, sed intrat
835 carceris et rimas et tetra foramina clausi
stercoris et spurcam redolenti in fornice cellam.
sed non illud erunt obscura ergastula, quod sunt
regia gemmato laquearia fulua metallo.
nempe magis non illud erunt, qui numen in urnis
840 quaerunt ac tumulis et laruas sanguine placant,
quod sunt qui summum caeli dominum uenerantur
iustitiamque litant et templum pectoris ornant.
secretum sed grande nequit rationis opertae
quaeri aliter, quam si sparsis uia multiplicetur
845 tramitibus et centenos terat orbita calles
quaesitura deum uariata indage latentem.
longe aliud uerum est; nam multa ambago uiarum
anfractus dubios habet et perplexius errat,
sola errore caret simplex uia, nescia flecti
850 in diuerticulum biuiis nec pluribus anceps.
Non tamen infitior duplex occurrere nobis

Def. AB U,S a u. 824 terrae *M* 829 utendum *N,Sa.c.* 830 ne *C* 831 aut *N* conluminat *NMS,Va.c.m2* 832 locus *CDO,NPa.c.* 834 capitoli *842* utlara *C* capitoliu tlara *PEa.c.* 835 carceres *N* taetra *NM* claustri *S* 835] *add.* sed tantum distant romana et barbara quantum (= *u. 816*) *sed postea del. D* 836 redolent *DEO,CPa.c.Vp.r* redolet *Cp.r.* in *eras. PS* 839 non] nec *P* 841 quot *CMO* 842] *ab hoc uersu def. S* 843 nequid *VEM,Pa.c.Na.c.m2* *nequid *C* 850 inde uerticulum *V* 851 infiteor *P* (*ex* infitetis) infiteus *CE*

semper iter, geminis mortalia partibus ire
cum dubitant, quonam ferat ignorantia gressum.
altera multifida est, at simplex altera et una:
855 una deum sequitur, diuos colit altera plures,
et tot sunt eius diuortia, quot templorum
signa, quot aëriis uolitant fantasmata monstris.
aut hos thyrsigeri rapit ad Dionysia Bacchi
inlicit aut alios ad Saturnalia festa
860 aut docet, occultus quae sacra Diespiter infans
inter tinnitus solui sibi poscat aënos.
iamque Lupercales ferulae nudique petuntur
discursus iuuenum, Megalesius hinc spado diris
incensus furiis caeca ad responsa uocatur.
865 sunt, qui quadriuiis breuioribus ire parati
uilia Niliacis uenerantur holuscula in hortis,
porrum et caepe deos inponere nubibus ausi
alliaque et serapen caeli super astra locare.
Isis enim et Serapis et grandi Simia cauda
870 et Crocodillus idem, quod Iuno, Lauerna, Priapus:
hos tu, Nile, colis, illos tu, Thybris, adoras;
una superstitio est, quamuis non concolor error.
hinc alia exoritur tenebrosis tecta frutectis
semita, quam pecudes et muta animalia carpunt
875 quaeque latent siluis: operitur nescia caeli
mens hominum saeuo uiuens captiua tyranno.
haec putat esse deum nullum, namque omnia uerti
casibus et nullo sub praeside saecla rotari.
hoc iter haudquaquam magno discrimine distat

Def. AB SU 854 est*et *N* alter et unum *O,Da.c.m2* altera et unum *M,Dp.c.m2* 856 quod *CE,NPMa.c.* 857 quod *D,NPEMa.c.* 858 haut *V* tyrsigeri *CPMO* thysigeri *Va.c.* dionisia *CDVO,Na.c.m2* dyonisia *Np.c.m2* dyonysia *M* bachi *O* 859 inlicet *CEO,Pa.c.* 860 dies iuppiter *M* dies**piter *D* 865 quadruuiis *V* 866 oluscula *DO, Cp.c.* 867 cepe *CDV* 868 aliaque *NEa.c.* alfaque *M* serapin *Np.c.* 869 grandis simia *O,Ca.c.Ep.c.* 870 crocodillum *Ma.c.* co*dillus (r *s.* co *et* di) *N* 871 tybris *CDPEMO* t*ibris *V* *u. 874 om. D, add. mg. m2* *u. 876 om. NM (add. mg.)* captiuo *P* 877 nullis *Np.c.* 879 autquaquam *CNEM,DPa.c.m2* autqua *Va.c.m2*

880 hisce uiis, quas uos teritis, qui numina multa
et portenta deum summum numerosa putatis.
simplicis ergo uiae dux est deus, ille per unam
ire iubet mortale genus, quam dirigit ipse
sublimem dextro celsa ad fastigia cliuo.
885 prima uiae facies inculta, subhorrida, tristis,
difficilis sed fine sui pulcherrima et amplis
praedita diuitiis et abundans luce perenni
et quae praeteritos possit pensare labores.
multiplici dux daemon adest, qui parte sinistra
890 centifidum confundit iter: trahit inde sophistas
barbatos, trahit hinc opibus uel honore potentes.
inlicit et uolucrum linguis et aruspice fallit,
instigat bacchantis anus ambage Sibyllae,
inuoluit mathesi, magicas inpellit in artes,
895 omine sollicitat, capit augure, territat extis.
cernis ut una uia est multis anfractibus errans,
talem passa ducem, qui non sinat ire salutis
ad dominum, sed mortis iter per deuia monstrat,
deuia picta bonis breuibus, sed fine sub ipso
900 tristia et in subitam praeceps inmersa Carybdem?
ite procul, gentes! consortia nulla uiarum
sunt uobis cum plebe dei; discedite longe
et uestrum penetrate chaos, quo uos uocat ille
praeuius infernae perplexa per auia noctis!
905 at nobis uitae dominum quaerentibus unum
lux iter est et clara dies et gratia simplex,
spem sequimur gradimurque fide fruimurque futuris,

Def. AB SU 884 celsā *D* celsam *CE,Pa.c.* caelsam *O* 885 suborrida *DV* 886 difficiles *CO,PEa.c.* 887 habundans *VO,NMa.c.* 890 sofistas *NEM* sofystas *P* 892 et *alt. om. CO,DO(add. s.)* haruspice *NM* 893 bachantis *O* baccantis *Pa.c.* baccantes (h *s.* ca) *N* sybill(a)e *CDVNEMO* 894 mathesis *D* mathesin *Vp.c.* 895 homine *D* omne *O,Va.c.* omnes *M* terret et extis *Np.c.m2* 898 monstret *NM* 900 in *om. CEO,Pa.c.* carybdim *Vp.c.* carybdin (n *ex* s) *P* charybdem *NM* 906 gloria (l gratia *s. m2*) simplex (*s.* l semper) *D* 907 spe* *DN*

ad quae non ueniunt praesentis gaudia uitae
nec currunt pariter capta et capienda uoluptas.
910 Vltima legati defleta dolore querella est,
Palladiis quod farra focis uel quod stipis ipsis
uirginibus castisque choris alimenta negentur,
Vestales solitis fraudentur sumptibus ignes.
hinc ait et steriles frugescere rarius agros
915 et tristem saeuire famem totumque per orbem
mortales pallere inopes ac panis egenos.
quae tanta extiterit praesenti tempore tamque
inuidiosa famis, quam Triptolemi Cererisque
mouerit ira penu pro uirginis ulciscendo,
920 non memini nec tale aliquid uel fama susurrat.
audio per Farios Nilum discurrere campos
more suo uiridisque sata stagnare Canopi.
aut ueniat, sicco qui flumine nuntius adfert

Def. AB 908 atquae *Vp.c.NEa.c.* atque *Va.c.*

SU *post 909 add. codd. (cf. Symm. Rel. III 11, 15—17):* symmachus (symm. dixit *VPE*). quanto commodo aerarii uestri uestalium uirginum praerogatiua detracta est? sub largissimis imperatoribus denegatur, quod parcissimi praestiterunt. honor solus est in illo uelut stipendio castitatis. ut uittae earum capiti decus faciunt (faciant *Np.c.m2*), ita (*om. Dressel*) insigne ducitur sacerdotii (sacerdotium *Va.c.Pp.c.*) uacare muneribus. nemo me putet tueri solam causam religionum. ex eiusmodi facinoribus orta sunt cuncta humani (romani *Dressel*) generis incommoda. honorauerat lex parentum uestales uirgines ac ministros deorum uictu modico iustisque priuilegiis. stetit muneris huius integritas usque ad degeneres trapezitas qui ad mercedem uilium baiulorum sacrae (sacra *D*) castitatis alimenta uerterunt. secuta est hoc famis (fames *CVNPO,Ep.c.*) publica et spem prouinciarum omnium messis aegra decepit. non sunt haec uitia terrarum, nihil inputemus austris (astris *MO*), nec rubigo segetibus obfuit nec auena fruges necauit. sacrilegio annus exaruit. necesse enim fuit perire omnibus quod religionibus negabatur. quid tale proaui (prouinciae *DM* prouintiae *VN*) pertulerunt cum religionum ministros honor publicus pasceret? *uerba, quae apud Dresselium sequuntur* (commendabat - - uindicauit), *in codd. desunt ante u. 910 codd.* (*praeter PE*) Prudentius

910 dolere *CMO,DPEa.c.* qu(a)erela *CDPO,Np.c.* 913 ignis *CO,DEa.c.Pa.c.m2* 914 sterilis *CO,DPEa.c.* parcius *DMO* 916 pellere *N* 918 famis *cum EM,Da.c.Pa.c.m2* treptolemi *CDVNO, PEa.c.* 921 farios (f *in ras.*) *DN* uarios *CO* 923 flumina *CO*

ieiunam squalere siti sub puluere Memfim
925 nec Pelusiacae limum sudare paludis.
num fons arcano naturae tectus operto
aruit et tenuem uix stillat uena liquorem?
num refugus nostras odit praestringere ripas
amnis et exustos cursum deflectit ad Indos?
930 num tractu in medio bibulus uorat alueus undam
fluminis et subito stagna absorbentur hiatu,
ne sulcos operire uadis neue arida possint
Aegypti per plana trahi glaebasque rigentes
infusis ad pingue lutum mollire fluentis,
935 unde seges late crinitis fluctuet agris
densius et grauidis se uestiat aequor aristis?
respice, num Libyci desistat ruris arator
frumentis onerare rates et ad ostia Thybris
mittere triticeos in pastum plebis aceruos,
940 numne Leontini sulcator soluere campi
cesset frugiferas Lilybeo ex litore cumbas
nec det uela fretis Romana nec horrea rumpat
Sardorum congesta uehens granaria classis.
ergo piris mensas siluestribus inplet arator
945 Poenus et euulsas Siculus depascitur herbas,
iamque Remi populo quernas Sardinia glandes
subpeditat, iam corna cibus lapidosa Quiritum?
quis uenit esuriens magni ad spectacula circi,
quae regio gradibus uacuis ieiunia dira
950 sustinet aut quae Ianiculi mola muta quiescit?
quantos quaeque ferat fructus prouincia quamque
ubere fecundo large fluat orbis opimus,

Def. AB SU 924 memphim *Dp.c.m2* memfym *Np.c.m2* 925 palusiacae *P* pelusi *Da.c.m2* 926 archano *PO,Dp.c.m2* 928 perstringere *P* praecingere (i *in ras.*) *N* 929 et *om. D* exustus *E,VPa.c.* 933 glebasque *CDVPEO* glaeuasque *M* glaebasquae *N* 934 fluena (t *s.* n *m2*) *N* 937 nunc *CDVO* libici *CD,V* (i *ult. in ras.*) *NE,P* (l *et* i *alt. in ras.*) lybici *M* lybice *Oa.c.* 938 hostia *VP* tybris *CDPEMO* 941 lilybeo *codd. omnes* cymbas *DO,C* (y *in ras.*) 944 pyris *MO* inplet *cum NM* 945 auulsas *CNO* aulsas *Va.c.* 946 querna *O* 947 supped. *VN* 948 magna *CO* 950 mota *CPEO,Np.c.*

indicio est annona, tuae quae publica plebi,
Roma, datur tantaeque manus longa otia pascit.
955 sit fortasse aliquis paulo infecundior annus,
nil mirum, nec in orbe nouum: didicere priores
perpessi plerumque famem, si tabidus aër
siccauit tenues ardenti sidere nubes
nec uernas infudit aquas creberrimus imber,
960 fruge noua et uiridi si messis, adulta priusquam
conceptas tenero solidaret lacte medullas,
adflatum calido sucum contraxit ab euro
ieiunosque tulit calamos atque inrita uota
agricolae sterilis stipularum silua fefellit.
965 his, ni fallor, ager uitiis corruptus et ante
subiacuit, quam Palladium, quam Vesta penates
sub lare Pergameo seruarent igne reposto,
quam Priami genitor conductis moenia fabris
extrueret, quam uirgo suas fundaret Athenas
970 Pallas, in his quoniam Vestalis origo fauillae
urbibus, ut memorant, primo de fomite sumpta est
sacraruntque focos aut Fryx aut Graius alumnos.
antiquis elementa labant erroribus ac de
legitimo discussa modo plerumque feruntur
975 in casus alios, quam lex habet aut iter anni.
nunc consumit edax segetem rubigo maligni
aëris ex uitio, nunc culpam uere tepenti
post zephyros gelidi glacies aquilonis inurit
ambustumque caput culmi fuligine tinguit,
980 seminis aut teneri turgens dum germinat herba,
continuis nimiisque perit constricta pruinis
nec potis est tenuem telluri adfigere fibram;

Def. AB SU 953 inditio *CDVE* 954 tantasque *MO* pascunt *MO* 960 uiridis si *CDO* uiridis *NPE* uiridi (s *s.* i *ult.*) si (di *et* s *s. in ras.*) *V* 962 succum *V* 964 steriles *C,PEa.c.Op.c.* sterelis *Na.c.* 965 nisi *N* 966 ueste *O* 971 ut *om. O* sumpto *O* 972 frix *VE,Pp.c.* phrix *C* phryx *D* fixa *Pa.c.* alumnus *CD* 975 alius *CPEa.c.* 978 zephyros *codd. omnes* glaties *CPE* 980 herbam *DMO* 981 constructa *PM*

mox eiecta solo glacie sidente superfit
nudaque subducto radix auellitur aruo.
985 ancipites tribuli subeunt et carduus horrens,
hos fert sicca sitis, hunc ebrius educat umor.
temperies effusa minus uel plus agit istos
terrarum morbos et mundum uulnerat aegrum.
non aliter nostri corruptus corporis usus
990 in uitium plerumque cadit nec in ordine recto
perstat et excessu moderaminis adficit artus;
unus enim status est mundique et corporis huius,
quod gerimus, natura eadem sustentat utrumque.
edita de nihilo crescunt nihilumque futura
995 aut titubant morbis aut tempore uicta senescunt,
nec natura caret uitio, cui terminus instat.
semper, crede, polus uariis prouentibus annos
texuit: hos multa ditauit fruge fluentes,
quosdam infelices astris damnauit iniquis
1000 spe cassa et sterili curam frustratus agrestem,
sed si Vestales ulciscitur ista puellas
pestis, ab infido quae gignitur inproba mundo,
cur non christicolum tantum populatur agellos,
per quos uirginibus uestris stata dona negantur?
1005 utimur et ruris reditu et ratione colendi,
exercere manum non paenitet: et lapis illic
si stetit, antiquus quem cingere sueuerat error
fasceolis uel gallinae pulmone rogare,
frangitur et nullis uiolatur Terminus extis
1010 et, quae fumificas arbor uittata lucernas
seruabat, cadit ultrici succisa bipenni.
nec tamen idcirco minor est aut fructus agelli

Def. AB SU 983 residente *CDMO,PEp.c.* 984 aura (*ex* auro) *N* 986 humor *VMO* 997 crede*polus *N* crede populus *Da.c.* 1003 christicolum *CEO* 1004 statuta *CE,Pa.c.* sua *Pp.c.* haec *MO* hec *D* 1005 roris *N* 1006 manus *EMO* poenitet *CVEN* apis *N* 1007 anticus *V* gignere *M* 1008 fasceolis *sic codd.* 1010 atque *D* fumi fugas *N* lacernas *V* lucerna *C,Dp.c.m2* 1011 ultricis *CDO, Pa.c.* bipinni *DNP*

aut tempestatis clementia laeta serenae,
temperet aut pluuiis qui culta noualia uentus.
1015 sed nec magno opus est frugi uiuentibus et, cum
maxima proueniunt, non amplo in gaudia censu
soluimur inque lucrum studio exultamus auaro.
nam quibus aeternum spes informatur in aeuum,
omne bonum tenue est, quod praesens ingerit aetas.
1020 o felix nimium, sapiens et rusticus idem,
qui terras animumque colens inpendit utrisque
curam peruigilem, quales, quos inbuit auctor
Christus et adsumptis dedit haec praecepta colonis:
'semina cum sulcis committitis, arua cauete
1025 dura lapillorum macie, ne decidat illic,
quod seritur, primo quoniam praefertile germen
luxuriat, suco mox deficiente sub aestu
sideris igniferi sitiens torretur et aret,
neue in spinosos incurrant semina uepres,
1030 aspera nam segetem surgentem uincula texunt
ac fragiles calamos nodis rubus artat acutis,
et ne iacta uiae spargantur in aggere grana,
haec auibus quia nuda patent passimque uorantur
inmundisque iacent foeda ad ludibria coruis'.
1035 his deus agricolam confirmat legibus; ille
ius caeleste patris non summa intellegit aure,
sed simul et cordis segetem disponit et agri,
ne minus interno niteant praecordia cultu,
quam cum laeta suas ostentant iugera messes.
1040 extirpamus enim sentos de pectore uepres,
ne uitiosa necent germen uitale flagella,
ne frugem segetemque animae spinosa malorum

1025 cf. Matth. 13, 5—6 1029 cf. Matth. 13, 7 1032 cf. Matth. 13, 4

Def. AB SU 1014 temperat *Ma.c.Ep.c.* pluuius *DVN* 1015 magne opis *Np.c.m2* 1016 ampla *Np.c.* censu *M* sensum *Na.c.* sensu *cet.* 1022 inbuit *cum NEM* 1024 committis *PE* commititis *V* comittitis *CD* committitis *M* 1025 acie *CEMO,DPa.c.* 1026 primum *DM* 1029 incurrunt *Op.c.* 1030 ne *Pp.c.* texant *P* 1031 robus *CP,DEa.c.* 1040 exstirpamus *V* sentas *DVPp.c.*

inpediat sentix scelerum peccamine crebro,
glarea ne tenuis ieiunis siccet harenis
1045 marcentem sub corde fidem, ne pectoris aestus
flagret et effetis urat charismata uenis,
denique ne iecoris detrita in parte relinquat
uilis cura deum, ne spem, qua uescimur intus,
deserat obscenisque auibus permittat edendam
1050 et proiecta fides hosti sit praeda uolucri.
talis nostrorum sollertia centiplicatos
agrorum rediget fructus, quibus acrius instat,
nec metuit, ne congestum populetur aceruum
curculio uel nigra cauis formica recondat.
1055 sunt et uirginibus pulcherrima praemia nostris:
et pudor et sancto tectus uelamine uultus
et priuatus honos nec nota et publica forma
et rarae tenuesque epulae et mens sobria semper
lexque pudicitiae uitae cum fine peracta.
1060 hinc decies deni rediguntur in horrea fructus,
horrea nocturno non umquam obnoxia furi,
nam caelum fur nullus adit, caelestia numquam
fraude resignantur; fraus terris uoluitur imis.
Quae nunc Vestalis sit uirginitatis honestas,
1065 discutiam, qua lege regat decus omne pudoris.
ac primum paruae teneris capiuntur in annis,
ante uoluntatis propriae quam libera secta
laude pudicitiae feruens et amore deorum
iusta maritandi condemnat uincula sexus.

1051 cf. Matth. 13, 8 1053 cf. Matth. 6, 19 1060 cf. Matth. 13, 8

Def. AB S,U ad u. 1064 1043 impediat *CDPO* 1044 tenues *MO* ieiuniis *C* 1045 nec *VO* 1046 flagrat *O,Pa.c.* carismata *O* 1048 que *Na.c.m2* 1049 obscaenisque *DNM* edendum *P,Vp.c.m2* 1051 tales *MO, Da.c.* centuplicatos *N,DVp.c.m2* 1052 redigit *NM,Va.c.* 1053 ne] nec *CDPO,Va.c.* congestam *CPO,Ea.c.* 1054 gurculio *D* gurgulio *VM* 1057 tota *CO* 1058 rara et *N* tenuisque *CVPa.c.* 1060 seni *VNPE* 1061 non numquam *V,Na.c.* *a u. 1064 denuo incipit U* . 1066 ac] hac *Ep.c.m2* 1067 propriae] patriae *P* 1069 condemnet *N,Va.c.* condempnet *Ua.c.* contempnet *E* contemnet *CPO*

1070 captiuus pudor ingratis addicitur aris
nec contempta perit miseris sed adempta uoluptas
corporis intacti — mens non intacta tenetur —
nec requies datur ulla toris, quibus innuba caecum
uulnus et amissas suspirat femina taedas.
1075 tum quia non totum spes salua interficit ignem —
nam resides quandoque faces adolere licebit
festaque decrepitis obtendere flammea canis —,
tempore praescripto membra intemerata requirens
tandem uirgineam fastidit Vesta senectam.
1080 dum thalamis habilis tumuit uigor, inrita nullus
fecundauit amor materno uiscera partu;
nubit anus ueterana sacro perfuncta labore
desertisque focis, quibus est famulata iuuentas,
transfert emeritas ad fulcra iugalia rugas
1085 discit et in gelido noua nupta tepescere lecto.
interea dum torta uagos ligat infula crines
fatalesque adolet prunas innupta sacerdos,
fertur per medias ut publica pompa plateas
pilento residens molli seque ore retecto
1090 inputat attonitae uirgo spectabilis urbi.
inde ad consessum caueae pudor almus et expers
sanguinis it pietas hominum uisura cruentos
congressus mortesque et uulnera uendita pastu
spectatura sacris oculis. sedet illa uerendis
1095 uittarum insignis faleris fruiturque lanistis.
O tenerum mitemque animum! consurgit ad ictus
et, quotiens uictor ferrum iugulo inserit, illa
delicias ait esse suas pectusque iacentis
uirgo modesta iubet conuerso pollice rumpi,

Def. ABS 1072 non mens *U* 1073 thoris *U,DOp.c.m2* 1077 obstendere *Na.c.* flamea *V* flaminea *O* 1079 festa *O* 1080 tum *Up.c.* talamis *V,Na.c.* 1082 uetera *V* 1083 iuuentus *CDPE* iuuenta *U* 1084 fulchra *DPU* 1085 nubta *Np.c.* . lectu *E,Pa.c.* 1087 innubta *Np.c.* 1090 atonitae *ex* intonitae *N* 1092 sanguini sit *M,NEa.c.* sanguinis id *Va.c.* sanguinis est *O* 1093 pastum (*mg.* aliter passim) *N* 1098 agit *O,DUa.c.*

1100 ne lateat pars ulla animae uitalibus imis,
altius inpresso dum palpitat ense secutor.
hoc illud meritum est, quod continuare feruntur
excubias Latii pro maiestate palati,
quod redimunt uitam populi procerumque salutem,
1105 perfundunt quia colla comis bene uel bene cingunt
tempora taeniolis et licia crinibus addunt,
et quia subter humum lustrales testibus umbris
in flammam iugulant pecudes et murmura miscent?
an quoniam podii meliore in parte sedentes
1110 spectant aeratam faciem, quam crebra tridenti
inpacto quatiant hastilia, saucius et quam
uulneribus patulis partem perfundat harenae,
cum fugit, et quanto uestigia sanguine signet?
quod genus ut sceleris iam nesciat aurea Roma,
1115 te precor, Ausonii dux augustissime regni,
et tam triste sacrum iubeas, ut cetera, tolli.
perspice, nonne uacat meriti locus iste paterni,
quem tibi supplendum deus et genitoris amica
seruauit pietas. solus ne praemia tantae
1120 uirtutis caperet, 'partem tibi, nate, reseruo'
dixit et integrum decus intactumque reliquit.
adripe dilatam tua, dux, in tempora famam,
quodque patri superest, successor laudis habeto:
ille urbem uetuit taurorum sanguine tingui,
1125 tu mortes miserorum hominum prohibeto litari.
nullus in urbe cadat, cuius sit poena uoluptas,
nec sua uirginitas oblectet caedibus ora.
iam solis contenta feris infamis harena
nulla cruentatis homicidia ludat in armis,
1130 sit deuota deo, sit tanto principe digna

Def. ABS 1102 quo* *N* 1103 excubiae *Np.c.m2Pp.c.* palatii *CDNPM OU,Vp.c.* 1105 quae *M* male uel bene *M* 1106 *teniolis (t *in ras.*) *N* tatenilios *Pa.c.* taeniliis (*ult.* i *ex* o) *E* 1110 aratam (*mg.* aeratam) *C* tridente *PE,Vp.c.* 1111 quatiunt *Op.c.* 1118 et] ad *D* 1121 reliquid *VO* relinquid *Ma.c.* relinquit *Mp.c.Ua.c.* 1122 adripe *cum MU* tempore *PM* 1128 infames *P,Ea.c.*

et uirtute potens et criminis inscia Roma,
quemque ducem bellis sequitur, pietate sequatur.

Def. ABS 1132 belli *DPEOU,Vp.c.* finit contra symmachum (simmachum *C*) de adam et eua *CPE* aur prudentii clementis v. c. finit contra symachum liber II *N* aur prudentii clementis v. c. finit contra symmacum liber II. incipit eiusdem romanus contra gentiles *V* explicit aurelii prudentii clementis aduersus symmachum liber secundus (*add.:* feliciter. Ego qui scripsi *** peccator *M*) *MO*; *nulla subscr. in D; in U sine subscriptione adduntur uersus quidam de Prudentio*

VI.

PERISTEPHANON LIBER.

CODICES:

A = *Parisinus lat. 8084 saec. VI* (‘*Puteaneus*‘).
C = *Cantabrigiensis Corp. Chr. 223 saec. IX—X.*
D = *Dunelmensis B 4. 9. saec. X.*

B = *Ambrosianus D 36 sup. saec. VII.*
V = *Vaticanus Reg. 321 saec. X.*
N = *Parisinus lat. 8305 saec. X.*

P = *Parisinus lat. 8086 saec. X.*
E = *Leidensis Burm. Q. 3 saec. X.*

M = *Casinensis 374 saec. IX.*
O = *Oxoniensis Oriel 3 saec. X.*
S = *Sangallensis 136 saec. IX uel X ineuntis.*
U = *Bernensis bibl. urbanae 264 saec. IX.*

I.

HYMNUS IN HONOREM SANCTORUM MARTYRUM EMETERII ET CHELIDONII CALAGURRITANORUM.

Scripta sunt caelo duorum martyrum uocabula,
aureis quae Christus illic adnotauit litteris,
sanguinis notis eadem scripta terris tradidit.

Pollet hoc felix per orbem terra Hibera stemmate,
5 hic locus dignus tenendis ossibus uisus deo,
qui beatorum pudicus esset hospes corporum.

Hic calentes hausit undas caede tinctus duplici,
inlitas cruore sancto nunc harenas incolae
confrequentant obsecrantes uoce, uotis, munere.

10 Exteri nec non et orbis huc colonus aduenit,
fama nam terras in omnes percucurrit proditrix
hic patronos esse mundi, quos precantes ambiant.

Nemo puras hic rogando frustra congessit preces,
laetus hinc tersis reuertit supplicator fletibus
15 omne, quod iustum poposcit, inpetratum sentiens.

2 cf. Luc. 10, 20. Apoc. 3, 5. 13, 8. 20, 12. 21, 27

Def. U hymnus in honorem (honore *C*) sanctorum martyrum emeterii et chelidonii (chaelidonii *C*) calagurritanorum *AC* finit sancti romani liber peristefanon incipit aur prudentii clementis hymnus in honorem sanctorum martyrum emeteri et chelidoni calagorritanorum *B* finit romanus aurelii prudentii clementis ū c̄ (ū *V*) incipit liber peristefanon (peristeph. *Np.c.m2*) hymnus in honorem sanctorum martyrum emiterii et chelidoni (cheledonis [is *ex* i *m2N*]) calagurritanorum (calagurri *in ras. N*) *VN* incipit liber peristephanon hymnus (ymnus *MS*) in honorem (honore *OS*) sanctorum (*om. MS*) martyrum emeterii (emetrii *O*) et chelidonii (cheledonii *O*) calaguritanorum (*om. MO;* r *s.* ur *m2S*) *MOS* incipit liber perhistephanon hymnus sanctorum martyrum hemeteri et cheledoni calagoritanorum *PE; deest inscr. in D spatio relicto, sed in fronte foliorum exstat* passio emeterii et chelidonii; *def. U usque ad finem hymni*

1 scribta *AN* 3 scribta terris *A,N* (ta *p.c.*) scriptata terris *Ba.r.* 7 hauxit *B* 8 arenas *VN* habenas (*mg.* al *arenas *S*) 9 obsecrante *Va.c.* 11 percurrit *EO,Sa.c.m2* 12 patronus *B,Na.c.* praecantes *B* 13 praeces *B* 15 iustum est *E* inp. *cum AN*

Tanta pro nostris periclis cura suffragantium est,
non sinunt inane ut ullus uoce murmur fuderit,
audiunt statimque ad aurem regis aeterni ferunt.

Inde larga fonte ab ipso dona terris influunt,
20 supplicum causas petitis quae medellis inrigant;
nil suis bonus negauit Christus umquam testibus,

testibus, quos nec catenae dura nec mors terruit
unicum deum fateri sanguinis dispendio,
sanguinis, sed tale damnum lux rependit longior.

25 Hoc genus mortis decorum, hoc probis dignum uiris:
membra morbis exedenda texta uenis languidis
hostico donare ferro morte et hostem uincere.

Pulchra res ictum sub ense persecutoris pati,
nobilis per uulnus amplum porta iustis panditur,
30 lota mens in fonte rubro sede cordis exilit.

Nec rudem crudi laboris ante uitam duxerant
milites, quos ad perenne cingulum Christus uocat,
sueta uirtus bello et armis nunc fidei militat.

Caesaris uexilla linquunt, eligunt signum crucis
35 proque uentosis draconum, quos gerebant, palliis
praeferunt insigne lignum, quod draconem subdidit.

Vile censent expeditis ferre dextris spicula,
machinis murum ferire, castra fossis cingere,
inpias manus cruentis inquinare stragibus.

40 Forte tunc atrox secundos Istrahelis posteros
ductor aulae mundialis ire ad aram iusserat,
idolis litare nigris, esse Christi defugas.

Def. U 16 suffrangantium *B* suffragantum *OS* 17 sinant *PO,Cp.c.* nullus *O,Sa.r.* 20 supplic*um *CD* medelis *CDO,NSp.r.* 21 bonis *C* (*s. l* bonus) *D* 22 dira *PO,Cp.r.* 25 decorum *A* (est *s.*), *PE* decorum est *cet.* 27 histico donare *E,Pa.c.* hosti conare *N* hostico domare *CSp.c.* mortem *CDPEOS* ostem *VNa.c.* 30 fronte *BNSa.c.* 31 uiam *O* 33 nunc fidei militat *Aa.c.* militat sacrariis *cet.* 39 impias *CDBV* inquinari *O* 40 istrahelis *A,CDa.r.* israhelis (is *in ras. m2*) *N* isrlis *V* israhelis (is *B add. p.c.*) *cet.*

Liberam succincta ferro pestis urgebat fidem,
illa uirgas et secures et bisulcas ungulas
45 ultro fortis expetebat Christi amore interrita.

Carcer inligata duris colla bacis inpedit,
barbaras forum per omne tortor exercet manus,
ueritas crimen putatur, uox fidelis plectitur.

Tunc et ense caesa uirtus triste percussit solum
50 et rogis ingesta maestis ore flammas sorbuit,
dulce tunc iustis cremari, dulce ferrum perpeti.

Hic duorum cara fratrum concalescunt pectora,
fida quos per omne tempus iunxerat sodalitas,
stant parati ferre, quidquid sors tulisset ultima,

55 seu foret praebenda ceruix ad bipennem publicam
uerberum post uim crepantum, post catastas igneas,
siue pardis offerendum pectus aut leonibus.

'Nosne Christo procreati mammonae dicabimur
et dei formam gerentes seruiemus saeculo?
60 absit ut caelestis ignis se tenebris misceat.

Sit satis, quod capta primo uita sub chirografo
debitum persoluit omne functa rebus Caesaris,
tempus est deo rependi, quidquid est proprium dei.

Ite, signorum magistri, et uos, tribuni, absistite,
65 aureos auferte torques, sauciorum praemia!
clara nos hinc angelorum iam uocant stipendia.

Christus illic candidatis praesidet cohortibus
et throno regnans ab alto damnat infames deos
uosque, qui ridenda uobis monstra diuos fingitis.'

58 cf. Matth. 6, 24

Def. U 43 urguebat *O,Sa.c.* 46 bacis (l g *s.* c) *S* bacis (is *in ras.*) *N* impedit *BV* 51 iussit *VNa.c.* perpiti *B* 52 conualescunt *O* corpora (*mg.* pectora) *S* 54 quidquid *cum AB,Na.c.m2* 55 bipinnem *D,CNSa.c.m2* 58 nonne *O* mamonae *B* 61 primum *Aa.c.* chirographo *EM,Ap.c.* chyrografo *Np.c.m2* cyrographo *PS* cirografo *O,Aa.c.* 63 quidquid *cum AB* 65 aureas *Np.c.*

70 Haec loquentes obruuntur mille poenis martyres,
nexibus manus utrasque flexus inuoluit rigor
et chalybs adtrita colla grauibus ambit circulis.

O uetustatis silentis obsoleta obliuio!
inuidentur ista nobis fama et ipsa extinguitur,
75 chartulas blasfemus olim nam satelles abstulit,

ne tenacibus libellis erudita saecula
ordinem, tempus modumque passionis proditum
dulcibus linguis per aures posterorum spargerent.

Hoc tamen solum uetusta subtrahunt silentia,
80 iugibus longum catenis an capillum pauerint,
quo uiros dolore tortor quaue pompa ornauerit.

Illa laus occulta non est nec senescit tempore,
missa quod sursum per auras euolarunt munera,
quae uiam patere caeli praemicando ostenderent.

85 Illius fidem figurans nube fertur anulus,
hic sui dat pignus oris, ut ferunt, orarium,
quae superno rapta flatu lucis intrant intimum.

Per poli liquentis axem fulgor auri absconditur
ac diu uisum sequacem textilis candor fugit,
90 subuehuntur usque in astra nec uidentur amplius.

Vidit hoc conuentus adstans, ipse uidit carnifex
et manum repressit haerens ac stupore obpalluit,
sed tamen peregit ictum, ne periret gloria.

Iamne credis, bruta quondam Vasconum gentilitas,
95 quam sacrum crudelis error immolarit sanguinem?
credis in deum relatos hostiarum spiritus?

Def. U 72 calybs *NPE* calyps *O,Ba.c.* chalyps *MS,Bp.c.* calips *V* attrita *BVNPEMO* astricta *S* grauis *Sp.r.* 75 carthulas *AB* cartulas *CDNPEO* blasfhemus *D* blasphemus *CBPEO* blabsph. *M* plasph. *S* satellis *M,CDSa.c.* 81 queue *Na.c.m2* quaeue *V,Np.c.m2* pompa] pona (e *s.* o) *S* poena *O* 87 intrat *B* 89 uisu *E* 92 manu *E* oppalluit *ACDVMO* 94 credes *A* has (*ex* uas) conum *N* 95 immolaret *NM* (imm. *omnes codd.*) 96 credes *M*

Cerne, quam palam feroces hic domentur daemones,
qui lupino capta ritu deuorant praecordia,
strangulant mentes et ipsas seque miscent sensibus.

100 Tunc suo iam plenus hoste sistitur furens homo
spumeas efflans saliuas, cruda torquens lumina,
expiandus quaestione non suorum criminum.

Audias, nec tortor adstat, heiulatus flebiles,
scinditur per flagra corpus, nec flagellum cernitur,
105 crescit et suspensus ipse uinculis latentibus.

His modis spurcum latronem martyrum uirtus quatit,
haec coercet, torquet, urit, haec catenas incutit,
praedo uexatus relictis se medullis exuit.

Linquit inlaesam rapinam, faucibus siccis fugit,
110 ungue ab imo usque ad capillum salua reddit omnia
confitens ardere sese; nam gehennae est incola.

Quid loquar purgata longis alba morbis corpora,
algidus cum decoloros horror artus concutit,
hic tumor uultum relinquit, hic color uerus redit?

115 Hoc bonum saluator ipse, quo fruamur, praestitit,
martyrum cum membra nostro consecrauit oppido,
sospitant quae nunc colonos, quos Hiberus alluit.

State nunc, hymnite, matres, pro receptis paruulis,
coniugum salute laeta uox maritarum strepat,
120 sit dies haec festa nobis, sit sacratum gaudium!

Def. U 97 domantur *CDBVNMOS* 98 rictu *CDVPESp.c.* 99 et] sed *M* 101 spumeans *Aa.c.* 103 eiulatus *N* flebilis *E,CPa.c.* 107 cohercet *VMS,Pp.c.* cohercit *E* 109 linquid *A,Na.c.* 111 gehenne *Aa.c.* 113 decolores *E,Va.c.* 114 relinquid *ABS,Na.c.m2* reliquit *Ea.c.* uersus *M,Sa.c.* 116 martyrum cum] martyrum qui *V* martyrumque *N* 117 adluit *DM,Sa.c.* 118 hymnitae *CDE* hymnistae *O* ymnite *P* paruolis *B,Ea.c.* 119 maritorum *CD, Sa.c.* strepet *O* perstrepat *B* *post u. 120 add. mg.:* quo beatae trinitatis concinatur gloria *B*

II.

HYMNUS IN HONOREM PASSIONIS LAURENTII BEATISSIMI MARTYRIS.

Antiqua fanorum parens,
iam Roma Christo dedita,
Laurentio uictrix duce
ritum triumfas barbarum.

Reges superbos uiceras
populosque frenis presseras,
nunc monstruosis idolis
inponis imperii iugum.

Haec sola derat gloria
urbis togatae insignibus,
feritate capta gentium
domaret ut spurcum Iouem,

non turbulentis uiribus
Cossi, Camilli aut Caesaris,
sed martyris Laurentii
non incruento proelio.

Armata pugnauit Fides
proprii cruoris prodiga;
nam morte mortem diruit
ac semet inpendit sibi.

hymnus in honorem passionis laurentii beatissimi martyris *AC* finit hymnus in honorem scm martyrum emeteri et celidoni calagorritanorum (*haec om. VN*) incipit passio laurentii (laurenti *V,Na.c.m2*) beatissimi martyris *BVN* passio laurentii beatissimi martyris *PE* incipit passio sancti laurentii martiris *O* finit in christo amen. incipit passio sancti laur. mar. *S* passio sancti laurencii leuite et martyris *M* passio sancti laurentii *U; deest in D inscr., add. m2 in spatio:* incipit passio sancti laurentii beatissimi martyris

2 dedita] dicata *O* 4 triumphas *PM,EUp.r.* triumfans *N* triumphans *CDVOS,EUa.r.* 8 inperii *A* inperii* *N* 9 derat *B,ANSa.c.* aberat (aderat *a.c.*) *V* deerat *cet.* 16 incruente *N,Va.c.* 17 pugnabat *O* 18 prodita *E* 19 morte *om. P, s. m2*

Fore hoc sacerdos dixerat
iam Xystus adfixus cruci
Laurentium flentem uidens
crucis sub ipso stipite:

25 'Desiste discessu meo
fletum dolenter fundere!
praecedo, frater; tu quoque
post hoc sequeris triduum.'

Extrema uox episcopi,
30 praenuntiatrix gloriae,
nihil fefellit; nam dies
praedicta palmam praetulit.

Qua uoce, quantis laudibus
celebrabo mortis ordinem,
35 quo passionem carmine
digne retexens concinam?

Hic primus e septem uiris,
qui stant ad aram proximi,
leuuita sublimis gradu
40 et ceteris praestantior,

claustris sacrorum praeerat
caelestis arcanum domus
fidis gubernans clauibus
uotasque dispensans opes.

45 Versat famem pecuniae
praefectus urbi regiae,
minister insani ducis,
exactor auri et sanguinis,

22 xistus *CDS* syxtus *BU* sixtus *O,Pp.c.m2* 32 praetulit *ACD* pr(a)estitit *cet.* 39 leuita *CDMOSU,VNPEp.c.* 42 archanum *MOSU* ar*anum (c *s. ras.*) *N* 44 dispensas *BN,Sa.c.* 46 urbis *CDPEMOSU,Np.c.m2*

qua ui latentes eruat
50 nummos operta existimans
talenta sub sacrariis
cumulosque congestos tegi.

Laurentium sisti iubet,
exquirit arcam ditibus
55 massis refertam et fulgidae
montes monetae conditos.

'Soletis', inquit, 'conqueri
saeuire nos iusto amplius,
cum christiana corpora
60 plus quam cruente scindimus.

Abest atrocioribus
censura feruens motibus,
blande et quiete efflagito,
quod sponte obire debeas.

65 Hunc esse uestris orgiis
moremque et artem proditum est,
hanc disciplinam foederis,
libent ut auro antistites.

Argenteis scyfis ferunt
70 fumare sacrum sanguinem
auroque nocturnis sacris
adstare fixos cereos.

Tum summa cura est fratribus,
ut sermo testatur loquax,
75 offerre fundis uenditis
sestertiorum milia.

49 eruant *E* 52 cumolosque *B* cuu*losque (m *s.* u *alt.*) *V* 56 monete *Aa.c.* 57 inquid *AB,NSa.c.m2* 59 crhistiana *A* 60 cruenter *Cp.c.* cruentes *O* 66 mor*emque *NS* 68 antestites *CDBP, NEMOa.c.* 69 scifis *Aa.c.* sciphis *M* scyphis *U* 70 sanguine *B* 73 tunc *U* est cura *O*

Addicta auorum praedia
foedis sub auctionibus
successor exheres gemit
80 sanctis egens parentibus.

Haec occuluntur abditis
ecclesiarum in angulis
et summa pietas creditur
nudare dulces liberos.

85 Deprome thensauros, malis
suadendo quos praestrigiis
exaggeratos obtines,
nigrante quos claudis specu.

Hoc poscit usus publicus,
90 hoc fiscus, hoc aerarium,
ut dedita stipendiis
ducem iuuet pecunia.

Sic dogma uestrum est, audio:
suum quibusque reddito.
95 en, Caesar agnoscit suum
nomisma nummis inditum.

Quod Caesaris scis, Caesari
da, nempe iustum postulo.
ni fallor, haud ullam tuus
100 signat deus pecuniam,

95 cf. Matth. 22, 20—21

78 actionibus *O* autionibus *CDa.c.* 79 exhaeres *V* 81 occoluntur *B* 82 ecles. *ABN* aecles. *S* aeccles. *O* 85 thesauros *CDBVΓEMOU,Ap.c.* the*sauros (o *corr. ex* i) *N* thesaur*s (o *s. ras.*) *S* 86 praestrigiis *AB,Ea.c.* prestrigiis *N* praestigiis *cet.* 87 exageratos *VEOS,Ua.c.m2* obtinis *B,Na.c.* optines *OU* 91 didita *A,Na.c.* debita *M* 93 docma *AB,PEp.c.* doma *Pa.c.* 95 agnoscet *A* cognoscit *O* 96 numisma *VO,Ep.c.* nummisma *N,Pa.c.* nomis *B* 99 nil *Mp.c.* haut *BU* aut *Sa.c.*

nec, cum ueniret, aureos
secum Filippos detulit,
praecepta sed uerbis dedit
inanis a marsuppio.

105 Inplete dictorum fidem,
qua uos per orbem uenditis,
nummos libenter reddite,
estote uerbis diuites!'

Nil asperum Laurentius
110 refert ad ista aut turbidum,
sed ut paratus obsequi
obtemperanter adnuit.

'Est diues', inquit, 'non nego,
habetque nostra ecclesia
115 opumque et auri plurimum
nec quisquam in orbe est ditior.

Is ipse tantum non habet
argenteorum enigmatum
Augustus arcem possidens,
120 cui nummus omnis scribitur.

Sed nec recuso prodere
locupletis arcam numinis,
uulgabo cuncta et proferam,
pretiosa quae Christus tenet.

125 Vnum sed orans flagito:
indutiarum paululum,
quo fungar efficacius
promissionis munere,

102 philippus *Np.c.* phylippus *Pa.c.* philippos *BMOSU,Vp.c.* filippos (*s.* mancusas) *C* detullit *B* 104 marsupio *OU* 105 implete *CBVEOSU,Ap.c.* 106 quam *CNEOS,Pp.c.* quae *DVp.c.m2* 113 diuis *B,Ep.c.* inquid *ABVS,Na.c.m2* 114 eclesia *ABNS,Ep.r.* 116 ne *S,Va.c.* est *om SU* 117 et ipse *M* 119 augutus *A* 122 arcanum *B* *minis *U* minis *S,Oa.c.m2* 124 praetiosa *CV* *post u. 124 in O sequuntur u. 157—160*

dum tota digestim mihi
130 Christi supellex scribitur;
nam calculanda primitus,
tum subnotanda est summula'.

Laetus tumescit gaudio
praefectus ac spem deuorat
135 aurum, uelut iam conditum
domi maneret, gestiens.

Pepigere tempus tridui,
laudatus inde absoluitur
Laurentius, sponsor sui
140 et sponsor ingentis lucri.

Tribus per urbem cursitat
diebus infirma agmina
omnesque, qui poscunt stipem,
cogens in unum et congregans.

145 Illic utrisque obtutibus
orbes cauatos praeferens
baculo regebat praeuio
errore nutantem gradum

et claudus infracto genu
150 uel crure trunco semipes
breuiorue planta ex altera
gressum trahebat inparem.

Est, ulcerosis artubus
qui tabe corrupta fluat,
155 est, cuius arens dextera
neruos in ulnam contrahat.

129 digestam *Ep.c.* 130 suppellex *VP* supplex *NESa.c.* 131 calculando *O* 132 tunc *U* est *om. V* 134 spe *M,Sp.r.VNPEp.c.* 135 iam reconditum *Aa.c.* reconditum *M* 137 pipigere *A* 138 soluitur *M* 140 sporsor *Ba.c.* 141 orbem *NEa.c.* 143 omnisque *Na.c.m2* spem *Ba.c.* 149 clodus *Va.c.* cladus *Na.c.m2* claudos *O,Ea.c.* clauos *Sa.c.* infractu *E,Ba.c.* 156 contrahit *PEa.c.*

Tales plateis omnibus
exquirit, adsuetos ali
ecclesiae matris penu,
160 quos ipse promus nouerat.

Recenset exim singulos
scribens uiritim nomina,
longo et locatos ordine
adstare pro templo iubet.

165 Praescriptus et iam fluxerat
dies: furebat feruidus
iudex auaro spiritu
promissa solui efflagitans.

Tum martyr: 'Adsistas uelim
170 coramque dispositas opes
mirere, quas noster deus
praediues in sanctis habet.

Videbis ingens atrium
fulgere uasis aureis
175 et per patentes porticus
structos talentis ordines.'

It ille nec pudet sequi.
uentum ad sacratam ianuam,
stabant cateruae pauperum
180 inculta uisu examina.

Fragor rogantum tollitur,
praefectus horrescit stupens,
conuersus in Laurentium
oculisque turbatis minax.

u. 157—160, hic omissi, post u. 124 occurrunt in O 158 assuetos *CDPEMU,Ap.c.Np.c.m2* 159 eclesiae *ABS* aecclesiae *O* paenu *B* specu *Aa.c.* 160 primus *B* (i *in ras.*) *V* (*s.* l promus) *PEOSU,CDp.c.* 161 exin *NMOU,DVPEp.c.* 165 praescribtus *A* 166 feruido *BVNEMOSU* 167 auarus *B,V*(*s.* al. auaro)*NEMOSU* 169 assistas *VCM,Ap.c.* 170 dispostas *OSU* 175 porticos *B* 177 id *S* at *D* ast *V* 181 rogantium *Ba.c.* 184 oculis *SU,Np.r.Pa.c.Oa.c.m2Cmg.*

185 Contra ille: 'quid frendens', ait,
'minitaris aut quid displicet?
num sordida haec aut uilia,
num dispuenda existimas?

Aurum, quod ardenter sitis,
190 effossa gignunt rudera
et de metallis squalidis
poenalis excudit labor,

torrens uel amnis turbidis
uoluens harenis inplicat;
195 quod terrulentum ac sordidum
flammis necesse est decoqui.

Pudor per aurum soluitur,
uiolatur auro integritas,
pax occidit, fides perit,
200 leges et ipsae intercidunt.

Quid tu uenenum gloriae
extollis et magni putas?
si quaeris aurum uerius,
lux est et humanum genus.

205 Hi sunt alumni luminis,
quos corpus artat debile,
ne per salutem uiscerum
mens insolescat turgida.

Cum membra morbus dissicit,
210 animus uiget robustior,
membris uicissim fortibus
uis sauciatur sensuum.

187 num (um *in ras.*) *V* 188 despuenda *MO,DVNPp.c.m2* 189 audenter *Aa.c.* 190 offossa *B* effosa *N,Va.c.* 193 uel] et *U,S(om. a.c.)* turbidus *CDVPEM,Op.c.* 194 arenis *VOS* implicat *ABCVMO* 200 ipse *VO,ACBa.c.* 205 hii *AB* 209 dissicat *D,Ca.c.* dissicet *O*

Nam sanguis in culpam calens
minus ministrat uirium,
215 si feruor effetus malis
elumbe uirus contrahat.

Si forte detur optio,
malim dolore asperrimo
fragmenta membrorum pati
220 et pulcher intus uiuere.

Committe formas pestium
et confer alternas lues:
carnisne morbus foedior,
an mentis et morum ulcera?

225 Nostri per artus debiles
intus decoris integri
sensum uenusti innoxium
laboris expertes gerunt,

uestros ualentes corpore
230 interna corrumpit lepra
errorque mancum claudicat
et caeca fraus nihil uidet.

Quemuis tuorum principum,
qui ueste et ore praenitent,
235 magis probabo debilem,
quam quis meorum est pauperum.

Hunc, qui superbit serico,
quem currus inflatum uehit,
hydrops aquosus lucido
240 tendit ueneno intrinsecus.

215 feruore *PEa.c.* effectus *B,PUa.r.* effetos *Oa.c.* efetus *V* 219 fraumenta (u *p.c.*) *B* 222 luces *B,Emg.* lu*es *D* 227 sensus *B* 228 langoris *BV* languoris *E*(*mg.* laboris),*MSU,Np.c.Pmg.m2* languores *Na.c.* experti *U* expertem *M* 231 mancus *M* 233 principum] diuitum *BVN,E*(*mg.* principum)*SU,Ds.m2Pmg.m2* 234 oro *V* (*nonne* auro *legendum?*) praenitet *O* (pre-) *SU* praeminet *M* 236 est *om. U* 238 corrus *Aa.c.* 239 hydrobs *A* ydrops *U*

Ast hic auarus contrahit
manus recuruas et uolam
plicans aduncis unguibus
laxare neruos non ualet.

245 Istum libido faetida
per scorta tractum publica
luto et cloacis inquinat,
dum spurca mendicat stupra.

Quid? ille feruens ambitu
250 sitimque honoris aestuans
mersisne anhelat febribus
atque igne uenarum furit?

Quisquis tacendi intemperans
silenda prurit prodere,
255 uexatur et scalpit iecur
scabiemque cordis sustinet.

Quid inuidorum pectorum
strumas retexam turgidas,
quid purulenta et liuida
260 malignitatum uulnera?

Tute ipse, qui Romam regis,
contemptor aeterni dei,
dum daemonum sordes colis,
morbo laboras regio.

265 Hi, quos superbus despicis,
quos execrandos iudicas,
breui ulcerosos exuent
artus et incolumes erunt,

242 minus *B* in uolam *Sp.c.* 243 et uncis *Sp.c.* ungulis *E* (i *in ras.*) ungulas *Pmg.m2* 245 foetida *OSU* 247 loto *Ba.c.* 249 ambitum *U* ambitu* *N* 250 sitemque *A,Ea.c.* sitique *BM,Pmg.* 251 anhelabat *B* 252 adque *A* 255 iecor *B,Na.c.* 259 prurulenta *Cp.c.* 261 tu et *SU* roma *B* 262 contemtor *A* 263 doemonum *U* deemonum *B* dem. *VNOS* coles *A* 265 hii *A,Bp.r.,Na.r.* hiis *Ba.r.* dispicis *ADE,Ca.c.Va.c.m2* 266 exsecrandos *V,N* (s *ult. in ras.*) 268 incolomes *PEU,Na.c.m2Sa.c.*

cum carne corruptissima
270 tandem soluti ac liberi
pulcherrimo uitae statu
in arce lucebunt patris,

non sordidati aut debiles,
sicut uidentur interim,
275 sed purpurantibus stolis
clari et coronis aureis.

Tunc, si facultas subpetat,
coram tuis obtutibus
istos potentes saeculi
280 uelim recensendos dari.

Pannis uideres obsitos
et mucculentis naribus,
mentum saliuis uuidum
lipposque palfebra putri.

285 Peccante nil est taetrius,
nil tam leprosum aut putidum,
cruda est cicatrix criminum
oletque ut antrum tartari.

Animabus inuersa uice
290 corrupta forma infligitur,
quas pulcher aspectus prius
in corpore oblectauerat.

En ergo nummos aureos,
quos proxime spoponderam,
295 quos nec fauillis obruat
ruina nec fur subtrahat.

270 absoluti *M* et *M* 271 pulcherrimae *M*,*Va.c.* pulcherrime *N* 273 aut] ac *S* 277 tum *U* tun *Ba.c m2* suppetat *BVNMSU* 278 optutibus *ANPSU* 281 uideris *A*,*CDPEOa.c.Np.c.* 282 muculentis *MOU*,*ESp.c.* maculentis *ESa.c.Ps.m2* 284 palph. *S* palp. *CD PMOU* pelp. *V* 285 nihil *CDBO*,*PSa.c.* tetrius *NMOSU* 286 putridum *MSU* 287 cecatrix *B*,*Na.c.* 288 ut *om. S* et *Dressel* 289 inuersam *Na.r.* inuersa (*s. m2* l uersa) *O* 290 infigitur *M* 296 subtrahet *Vp.c.*

Nunc addo gemmas nobiles,
ne pauperem Christum putes,
gemmas corusci luminis,
300 ornatur hoc templum quibus.

Cernis sacratas uirgines,
miraris intactas anus
primique post damnum tori
ignis secundi nescias.

305 Hoc est monile ecclesiae,
his illa gemmis comitur,
dotata sic Christo placet,
sic ornat altum uerticem.

Eccum talenta, suscipe,
310 ornabis urbem Romulam,
ditabis et rem principis,
fies et ipse ditior.'

'Ridemur', exclamat furens
praefectus, 'et miris modis
315 per tot figuras ludimur,
et uiuit insanum caput!

Inpune tantas, furcifer,
strofas cauillo mimico
te nexuisse existimas,
320 dum scurra saltas fabulam?

Concinna uisa urbanitas
tractare nosmet ludicris,
egon cachinnis uenditus
acroma festiuum fui?

uu. 299—301 in ras. P 299 numinis *D* 301 cerne *S* (*s.* l is) cernens *M* 302 mireris *U* miraras *Ba.c.* 303 thori *MOSU* 305 munile *E,CDOa.c.Vp.c.* aeccl. *DO* aecl. *NS* ecl. *AB* 307 donata *Da.c.m2 Cmg.Ps.* 309 et cum *B,VPa.c.* talentum *U* suspice *N* 313 fremens *BV*(*s.* al. furens) *E*(*mg.* l furens) *MS et s. in DP* 314 et] ac *BVNMSU Ep.c.* 316 uicit *Va.c.* 318 stropas *Na.c.* strophas (*s.* fraudes) *P* strophas *MU* 320 scurras saltas *Vp.c.* 322 ludricis *A,Pa.c.* 323 ergon *B* chachinnis *M* chachinnus *U* cacinnis (ca *in ras.* h *s.* ci) *N* (h *s.* ci) *S* 324 acromae *DVp.c.m2* achroma *Mp.c.* ah roma *Ma.c.* fetiuum *A,C* (festiuum *mg.*) *O*

325 Adeone nulla austeritas,
censura nulla est fascibus,
adeon securem publicam
mollis retudit lenitas?

Dicis: 'libenter oppetam,
330 uotiua mors est martyri' —
est ista uobis, nouimus,
persuasionis uanitas —;

sed non uolenti inpertiam,
praestetur ut mortis citae
335 conpendiosus exitus,
perire raptim non dabo.

Vitam tenebo et differam
poenis morarum iugibus,
et mors inextricabilis
340 longos dolores protrahet.

Prunas tepentes sternite,
ne feruor ignitus nimis
os contumacis occupet
et cordis intret abdita.

345 Vapor senescens langueat,
qui fusus adflatu leui
tormenta sensim temperet
semustulati corporis.

Bene est, quod ipse ex omnibus
350 mysteriarches incidit,
hic solus exemplum dabit,
quid mox timere debeant.

325 ulla *C,NOa.c.* 327 adeon' *C* adeo ne *S* adeon* *DU* securim *Vp.c.Np.r.m2* secur* *S* 328 retundit *VUS,Ep.c.Os.* lenitas (*mg.* 1 leuitas) *A* 329 dices *Sa.c.* 333 sed iam *B* inperitiam *D,Ca.r.* 336 perireaptim *B,Na.c.* 339 ut mors *Sp.c.* 342 et feruor *O* 348 semiustulati *BMO,VPa.c.* 350 mysteriarces (y *ex* i *m2*) *N* incidat *U* 351 sic *M* 352 quod *Np.c.Sa.c.*

Conscende constratum rogum,
decumbe digno lectulo,
355 tunc, si libebit, disputa
nil esse Vulcanum meum!'

Haec fante praefecto truces
hinc inde tortores parant
nudare amictu martyrem,
360 uincire membra et tendere.

Illi os decore splenduit
fulgorque circumfusus est;
talem reuertens legifer
de monte uultum detulit,

365 Iudaea quem plebs aureo
boue inquinata et decolor
expauit et faciem retro
detorsit inpatiens dei.

Talemque et ille praetulit
370 oris corusci gloriam
Stefanus per imbrem saxeum
caelos apertos intuens.

Inluminatum hoc eminus
recens piatis fratribus,
375 baptisma quos nuper datum
Christi capaces fecerat;

ast inpiorum caecitas,
os oblitum noctis situ
nigrante sub uelamine
380 obducta clarum non uidet,

363 cf. Exod. 34, 29—30 371 cf. Act. 7, 55 379 cf. Exod. 34, 35

353 constructum *SU,Os.* 355 si licebit (*ex* silebit) *S* 357 praefectos *Vp.c.* 358 hini *Ba.c.* 359 amictum *S,Aa.c.* 360 uincere *VNEa.c.* 362 fulgor *V* 365 iudea *CDVOSU* 368 retorsit *Da.c.m2* 370 oris (i *in ras.*) *B* 371 stefanus *ACDB* stephanus *cet.* (ph *ex* p *N*) 374 inpiatis *M* 375 babtisma *CD* quod *BEa.c.* 377 impiorum *CBVEOS* 379 negrante *B* nigrante (*mg.* l migrante) *O*

Aegyptiae plagae in modum,
quae, cum tenebris barbaros
damnaret, Hebraeis diem
sudo exhibebat lumine.

385 Quin ipsa odoris qualitas,
adusta quam reddit cutis,
diuersa utrosque permouet:
his nidor, illis nectar est.

Idemque sensus dispari
390 uariatus aura aut adficit
horrore nares uindice
aut mulcet oblectamine.

Sic ignis aeternus deus,
nam Christus ignis uerus est;
395 is ipse conplet lumine
iustos et urit noxios.

Postquam uapor diutinus
decoxit exustum latus,
ultro e catasta iudicem
400 conpellat adfatu breui:

'Conuerte partem corporis
satis crematam iugiter
et fac periclum, quid tuus
Vulcanus ardens egerit.'

405 Praefectus inuerti iubet,
tunc ille: 'coctum est, deuora
et experimentum cape,
sit crudum an assum suauius!'

381 cf. Exod. 10, 23

382 tum *V* 383 haebreis *CS* habraeis *N* hebreis *DMOU* 386 reddidit *V* 390 uariatur *C*(*mg.* uariatus) *O*(*s. l* tus) afficit *B* 391 nare *Aa.c.* 393 si *V* hic *Oa.c.m2* dei *V* 395 complet *CBEO* cōplet *VS* 396 iustus et uret *E* 397 pauor *A,Ca.c.* 400 compellat *CBU* cōpellat *VOS* 402 crematum *P,Ea.c.* 407 experimento *U*

Haec ludibundus dixerat,
410 caelum deinde suspicit
et congemescens obsecrat
miseratus urbem Romulam:

'O Christe, nomen unicum,
o splendor, o uirtus patris,
415 o factor orbis et poli
atque auctor horum moenium,

qui sceptra Romae in uertice
rerum locasti, sanciens
mundum Quirinali togae
420 seruire et armis cedere,

ut discrepantum gentium
mores et obseruantiam
linguasque et ingenia et sacra
unis domares legibus!

425 En omne sub regnum Remi
mortale concessit genus,
idem loquuntur dissoni
ritus, id ipsum sentiunt.

Hoc destinatum, quo magis
430 ius christiani nominis,
quodcumque terrarum iacet,
uno inligaret uinculo.

Da, Christe, Romanis tuis,
sit christiana ut ciuitas,
435 per quam dedisti, ut ceteris
mens una sacrorum foret!

413 cf. Phil. 2, 9

410 suscipit *C,Da.c.m2* 411 congemescens *ACBO,DVPa.c.* congemiscens *cet.* -miscens ob- *in ras. m2 N* 412 miser*tus *O* 413 nomen *ABM,NSa.c.Cmg.* numen *cet.* 416 adque *A,Na.c.m2* 419 et mundum *S,Ua.c.* quirinale *PEa.c.* 425 rhemi *V* 427 locuntur *DOSU* 428 id] ad *D* 429 quod *NMS* 431 quocumque *DPEO,Cmg.* 432 alligares *U* inligares (es *in ras.*) *E*

Confoederantur omnia
hinc inde membra in symbolum,
mansuescit orbis subditus,
440 mansuescat et summum caput.

Aduertat abiunctas plagas
coire in unam gratiam,
fiat fidelis Romulus
et ipse iam credat Numa.

445 Confundit error Troicus
adhuc Catonum curiam
ueneratus occultis focis
Frygum penates exules.

Ianum bifrontem et Sterculum
450 colit senatus, horreo
tot monstra patrum dicere
et festa Saturni senis.

Absterge, Christe, hoc dedecus,
emitte Gabriel tuum,
455 agnoscat ut uerum deum
errans Iuli caecitas!

Et iam tenemus obsides
fidissimos huius spei,
hic nempe iam regnant duo
460 apostolorum principes,

alter uocator gentium,
alter cathedram possidens

461 cf. II Tim. 1, 11

437 confoederentur *U,PEOSp.c.* confederentur *Vp.c.* confederantur *CD,VNa.c.* simb. *N* 439 mansuescat *PEMU,Vp.c.* 440 capud *A,Na.c.m2* 441 adiunctas *PEO,MSUa.c.* 446 athuc *B* adhunc *D,Oa.c.* 447 ueneratur *U,Sp.c.* uenerans *O* 448 frigum *VOSU,Na.c.* ehrigum *M* poenates *B* 452 senes *VNa.c.* 454 gabrihel *VEOU* gabrihelem *P* grabriel (h *s.* e) *M* g*abriel *C* 456 iulica *U,Pa.c.* iulii *Dp.c.m2* aetas *Pa.c.(mg.* l ciuitas) 458 fidissimus *B,Da.c.* 459 mnempe *Aa.c.* nemphe *O* 461 uocatur *VNO,PEa.c.* 462 catedram *B*

primam recludit creditas
aeternitatis ianuas.

465 Discede, adulter Iuppiter,
stupro sororis oblite,
relinque Romam liberam
plebemque iam Christi fuge!

Te Paulus hinc exterminat,
470 te sanguis exturbat Petri,
tibi id, quod ipse armaueras,
factum Neronis, officit.

Video futurum principem
quandoque, qui seruus dei
475 taetris sacrorum sordibus
seruire Romam non sinat,

qui templa claudat uectibus,
ualuas eburnas obstruat,
nefasta damnet limina
480 obdens aënos pessulos.

Tunc pura ab omni sanguine
tandem nitebunt marmora,
stabunt et aera innoxia,
quae nunc habentur idola.'

485 Hic finis orandi fuit
et finis idem uinculi
carnalis: erupit uolens
uocem secutus spiritus.

Vexere corpus subditis
490 ceruicibus quidam patres,
quos mira libertas uiri
ambire Christum suaserat.

463 primus *PESU* primas *B* (a *ex* u) prim* *N* 466 oblitae *E*, *Pa.r.Np.c.m2* 472 pactum *Aa.c.* 474 quisseruus *B* qui seruos *O,CDPEa.c.Np.c.m2* 475 tetris *CDVNEMOSU* sacruorum *B* 479 nefesta *B* nefanda *OSU,Ns.* 480 obdensa aenos *ABC,NPEa.c.* obtensa (t *ex* d?) aenos *O* pessolus *B* 481 tum *B* 482 tamdem *A,Na.c.* 483 et stabunt et *B* stabunt ut *Pa.c.* 487 euolens *B*

Repens medullas indoles
adflarat et coegerat
amore sublimis dei
odisse nugas pristinas.

Refrixit ex illo die
cultus deorum turpium:
plebs in sacellis rarior,
Christi ad tribunal curritur.

Sic dimicans Laurentius
non ense praecinxit latus,
hostile sed ferrum retro
torquens in auctorem tulit.

Dum daemon inuictum dei
testem lacessit proelio,
perfossus ipse concidit
et stratus aeternum iacet.

Mors illa sancti martyris
mors uera templorum fuit,
tunc Vesta Palladios lares
inpune sensit deseri.

Quidquid Quiritum sueuerat
orare simpuuium Numae,
Christi frequentans atria
hymnis resultat martyrem.

Ipsa et senatus lumina,
quondam luperci aut flamines,
apostolorum et martyrum
exosculantur limina.

493 replens *B* indolis *V* 501 sic] sed *M* 505 tum *U*, *Pp.c.Sa.c.* 512 imp. *C* 513 quidquid *cum AB,Na.r.* suerat *A* 514 orare simpuuium (simpuium *A*)*AU* orare sinpuuium *V*(*mg.* al. ornare res impias numae) *M* orare sinpubium *S* orares inpuuium *N* orares impuium *P* (*mg.* l ornare res impias numae, *idem s. l. m. post.*) ornare res impias *E* (*mg.* sinpubium) ornare res impias numae orare simpuuium (simpuium *Ca.c.*)*CDO* orare in puluinar *B*

Videmus inlustres domos,
sexu ex utroque nobiles,
offerre uotis pignera
clarissimorum liberum.

525 Vittatus olim pontifex
adscitur in signum crucis
aedemque, Laurenti, tuam
Vestalis intrat Claudia.

O ter quaterque et septies
530 beatus urbis incola,
qui te ac tuorum comminus
sedem celebrat ossuum,

cui propter aduolui licet,
qui fletibus spargit locum,
535 qui pectus in terram premit,
qui uota fundit murmure!

Nos Vasco Hiberus diuidit
binis remotos Alpibus
trans Cottianorum iuga
540 trans et Pyrenas ninguidos.

Vix fama nota est, abditis
quam plena sanctis Roma sit,
quam diues urbanum solum
sacris sepulcris floreat.

521 domus *MO* doma *B* 523 pignora *M,Os.* 524 clarissimorum (*s.* al. carissimorum) *P* 528 palladia (*s. l* claudia) *O* 531 qui te praesentem comminus *E*(*mg.* al. ac tuorum),*Pmg.m2* qui te ac torum (*sic!*) comminus *B* 532 celebratos suum *P,Na.c.* caelebrat ossuum *V* celebrat ossuum (o *in ras.*) *C* 533 qui *M,Da.c.m2* 535 qui pectus] aspectus *P,E*(*mg.* al. qui pectus) 536 murmurae *Aa.c.* 537 uuasco *CDO,Ep.c.* 538 remotus *NPa.c.* 539 cotianorum *DOU,PSp.c.* scotianorum *Sa.c.* 540 pyrinas *Np.c.* pirenas *DMO,Va.c.* 544 sepulchris *CBVNEOSU*

545 Sed qui caremus his bonis
nec sanguinis uestigia
uidere coram possumus,
caelum intuemur eminus.

Sic, sancte Laurenti, tuam
550 nos passionem quaerimus,
est aula nam duplex tibi,
hic corporis, mentis polo.

Illic inenarrabili
allectus urbi municeps
555 aeternae in arce curiae
gestas coronam ciuicam.

Videor uidere inlustribus
gemmis coruscantem uirum,
quem Roma caelestis sibi
560 legit perennem consulem.

Quae sit potestas credita
et muneris quantum datum,
probant Quiritum gaudia,
quibus rogatus adnuis.

565 Quod quisque supplex postulat,
fert inpetratum prospere,
poscunt, iocantur, indicant,
et tristis haut ullus redit,

ceu praesto semper adsies
570 tuosque alumnos urbicos
lactante conplexus sinu
paterno amore nutrias.

545 quia *B* 546 sanguis *Na.c.* 553 inerrabili *B* 554 all. *omnes* (*non* adl.) 555 aeterne *N* 564 a*nuis *N* annuis *DMOU*, *Ea.c.*,*Sp.c.* adnues *B* 565 quo *PEa.c.* supplet *A*,*Pa.c.m2* 566 impetratum *BVNEO*,*Sp.c.* 567 iocantur (io *in ras.*) *N* laetantur *DEO*, *Pmg.m2* litantur *Dressel* 568 haud *CVPO*,*NEp.c.* aut *Ea.c.* 569 assies *O*,*Dp.c.* asies *Da.c.* 571 lactente *N*,*Va.c.m2* compl. *CPOS*

Hos inter, o Christi decus,
audi poetam rusticum,
575 cordis fatentem crimina
et facta prodentem sua.

Indignus agnosco et scio,
quem Christus ipse exaudiat,
sed per patronos martyras
580 potest medellam consequi.

Audi benignus supplicem
Christi reum Prudentium
et seruientem corpori
absolue uinclis saeculi!

573 nos *Da.c.m2* cristi *Ea.c.* 574 audi et *SU* 579 martyres *CDPOU,VEp.c.* martyres *in ras. S* 580 medelam *CDPMOSU,Np.r.* 582 christe *Np.c.m2* *post 584:* finit amen *S* amen *O*

III.

HYMNUS IN HONOREM PASSIONIS EULALIAE, BEATISSIMAE MARTYRIS.

Germine nobilis Eulalia
mortis et indole nobilior
Emeritam sacra uirgo suam,
cuius ab ubere progenita est,
5 ossibus ornat, amore colit.

Proximus occiduo locus est,
qui tulit hoc decus egregium,
urbe potens, populis locuples,
sed mage sanguine martyrii
10 uirgineoque potens titulo.

Curriculis tribus atque nouem
tris hiemes quater adtigerat,
cum crepitante pyra trepidos
terruit aspera carnifices
15 supplicium sibi dulce rata.

Iam dederat prius indicium
tendere se patris ad solium
nec sua membra dicata toro:
ipsa crepundia reppulerat
20 ludere nescia pusiola;

spernere sucina, flere rosas,
fulua monilia respuere,

hymnus (ymnus *D*) in honorem (honore *PEO*) passionis eulaliae beatissimae (*om. O*) martyris (martiris *D*, *om. O*) *ACDVNPEO* finit hymnus sancti laurenti incipit hymnus in honorem eulaliae beatissimae martyris *B* passio eulaliae beatissime mar̄ *M* aurelii prudentii clementis v̄. c̄. incipit hymnus in honore passionis eulaliae beatae martyris *S* incipit ymnus passionis sanctae eulaliae uirginis *U*

9 magis *Ba.c.* (magi*), mage (*s. l* gis) *O* 11 adque *A,Na.c.m2* 12 tres *BMOSU,Da.c.* attegerat *B* attigerat *CDVNMOU* 14 terrui *B* 18 dicanda *Sp.c.* thoro *MOS* 19 repulerat *S,Cp.r.* repullerat (p *s.* ep) *N* 21 flore *B* flare *Ua.c.m2* 22 munilia *BNE,Vp.c.*

ore seuera, modesta gradu,
moribus et nimium teneris
25 canitiem meditata senum.

Ast ubi se furiata luis
excitat in famulos domini
christicolasque cruenta iubet
tura cremare, iecur pecudis
30 mortiferis adolere deis,

infremuit sacer Eulaliae
spiritus ingeniique ferox
turbida frangere bella parat
et rude pectus anhela deo
35 femina prouocat arma uirum.

Sed pia cura parentis agit,
uirgo animosa domi ut lateat
abdita rure et ab urbe procul,
ne fera sanguinis in pretium
40 mortis amore puella ruat.

Illa perosa quietis opem
degeneri tolerare mora
nocte fores sine teste mouet
saeptaque claustra fugax aperit,
45 inde per inuia carpit iter.

Ingreditur pedibus laceris
per loca senta situ et uepribus
angelico comitata choro
et, licet horrida nox sileat,
50 lucis habet tamen illa ducem.

Sic habuit generosa patrum
turba columniferum radium,
scindere qui tenebrosa potens

51 cf. Ex. 14, 20

26 luis *BVNa.c.* lues *cet.* (*in ras. PS*) 28 chrticol. *Aa.c.* cristicol. *Ea.c.m2* chisticul. (*sic!*) *N* 30 diis *C* 32 ingeniiue *Aa.c.* ingeniumque *M* 34 pecus *A* 36 pa*rentes (e *ult. del.*) *N* 40 morti *Ba.c.m2* ruit *A* 42 tollerare *NSa.r.* 47 laoca *Aa.c.*

nocte uiam face perspicua
55 praestitit intereunte chao.

Non aliter pia uirgo uiam
nocte secuta diem meruit
nec tenebris adoperta fuit,
regna Canopica cum fugeret
60 et supra astra pararet iter.

Illa gradu cita peruigili
milia multa prius peragit,
quam plaga pandat Eoa polum;
mane superba tribunal adit
65 fascibus adstat et in mediis

uociferans: 'Rogo, quis furor est
perdere praecipites animas
et male prodiga corda sui
sternere rasilibus scopulis
70 omnipatremque negare deum?

Quaeritis, o miseranda manus,
christicolum genus? en ego sum
daemonicis inimica sacris,
idola protero sub pedibus,
75 pectore et ore deum fateor.

Isis, Apollo, Venus nihil est,
Maximianus et ipse nihil,
illa nihil, quia facta manu,
hic, manuum quia facta colit,
80 friuula utraque et utraque nihil.

Maximianus, opum dominus
et tamen ipse cliens lapidum,
prostituat uoueatque suis

54 face* *CN* perspicuam *CN,Sa.c.* 55 perstitit *E* 61 peruigeli *A* 63 ea *BSa.c.* polim *Ba.c.* 65 astat *M* asstat *P,Cp.c.* 66 quid furor *V* quis pudor *DO* 68 ma (le *s.* a) *V* 70 omnipatremque (t *in ras.*) *N* 72 cristicolum *O* 80 friuola *CDPOU,Sp.c.* fribula *M*

numinibus caput ipse suum,
85 pectora cur generosa quatit?

Dux bonus, arbiter egregius,
sanguine pascitur innocuo
corporibusque piis inhians
uiscera sobria dilacerat
90 gaudet et excruciare fidem.

Ergo age, tortor, adure, seca,
diuide membra coacta luto!
soluere rem fragilem facile est,
non penetrabitur interior
95 exagitante dolore animus'.

Talibus excitus in furias
praetor ait: 'rape praecipitem,
lictor, et obrue suppliciis!
sentiat esse deos patrios
100 nec leue principis imperium.

Quam cuperem tamen ante necem,
si potis est, reuocare tuam,
torua puellula, nequitiam!
respice, gaudia quanta metas,
105 quae tibi fert genialis honor!

Te lacrimis labefacta domus
prosequitur generisque tui
ingemit anxia nobilitas,
sole quod occidis in tenero
110 proxima dotibus et thalamis.

Non mouet aurea pompa tori,
non pietas ueneranda senum,
quos temeraria debilitas?

Def. B a u. 113 84 capud *Na.c.m2* 90 et *om. O* 96 furiis *A* 97 pracipitem *A* 102 potis es *AMU,N* (potis es treuocare) 105 forte *Aa.c.* amor *O* 109 sole *A,Cmg.* flore *cet.* (*cf. Ps. 845*) 110 thalamis *AD,Ca.c.* thalamo *cet.* 111 thori *DPOSU,Cp.c.Ma.c.* *a u. 113 def. B*

ecce parata ministeria
115 excruciabilis exitii:

aut gladio feriere caput
aut laniabere membra feris
aut facibus data fumificis
flebiliterque ululanda tuis
120 in cineres resoluta flues.

Haec, rogo, quis labor est fugere?
si modicum salis eminulis
turis et exiguum digitis
tangere, uirgo, benigna uelis,
125 poena grauis procul afuerit'.

Martyr ad ista nihil, sed enim
infremit inque tyranni oculos
sputa iacit, simulacra dehinc
dissipat inpositamque molam
130 turibulis pede prosubigit.

Nec mora, carnifices gemini
iuncea pectora dilacerant
et latus ungula uirgineum
pulsat utrimque et ad ossa secat
135 Eulalia numerante notas.

'Scriberis ecce mihi, domine,
quam iuuat hos apices legere,
qui tua, Christe, tropea notant,
nomen et ipsa sacrum loquitur
140 purpura sanguinis eliciti'.

Haec sine fletibus et gemitu
laeta canebat et intrepida,

Def. B 116 capud *Na.c.m2* 117 lane abere *D* 118 fumicis *D* 123 thuris *U* degitis *Aa.c.* 125 procul grauis *U* abfuerit *S* (*ex* afuerit, *ut uid.*) aufuerit *M* affuerit *Np.c.m2* 130 tu*ribulis *S* terribilis *M* prosubiit *O,Sa.c.* 131 carnificis *A,NOa.c.* *post u. 135 in mg. litt. unc.:* uerba eulaliae *O* 137 iubat *ESa.c.* 138 trophea *CDMOU,PESp.c.* tropaea (t *in ras. N*, -pae-*in ras. V*) *VN,Ap.c.* notant trophea *S*

dirus abest dolor ex animo
membraque picta cruore nouo
145 fonte cutem recalente lauant.

Vltima carnificina dehinc:
non laceratio uulnifica
crate tenus nec arata cutis,
flamma sed undique lampadibus
150 in latera stomachumque furit.

Crinis odorus ut in iugulos
fluxerat inuolitans umeris,
quo pudibunda pudicitia
uirgineusque lateret honos
155 tegmine uerticis opposito,

flamma crepans uolat in faciem
perque comas uegetata caput
occupat exsuperatque apicem,
uirgo citum cupiens obitum
160 adpetit et bibit ore rogum.

Emicat inde columba repens
martyris os niue candidior
uisa relinquere et astra sequi;
spiritus hic erat Eulaliae
165 lacteolus, celer, innocuus.

Colla fluunt abeunte anima
et rogus igneus emoritur,
pax datur artubus exanimis,
flatus in aethere plaudit ouans
170 templaque celsa petit uolucer.

Def. B 143 adest *M* 148 crate] ore *C*(*mg.* crate)*DPEO,U*(*s. l* crate) tenuis *A a.c.* 149 set *A* 150 sthomacumque *ACV,N* (h *s.* c *m2*) 151 et *MOSU,Ca.c.Da.c.m.2Ep.c.* 152 humeris *PMOS,Cp.c.* humer*s *U* umer*s (os *s. ras.*) *E* 154 onos *D* onus *Sa.c.* honor *Ep.c.m2* (r *ex* s) 157 capud *Na.c.* 160 oppetit *M* 169 aet. *A a c.* eth. *N* hęth. *S*

Vidit et ipse satelles auem
feminae ab ore meare palam,
obstupefactus et adtonitus
prosilit et sua gesta fugit,
175 lictor et ipse fugit pauidus.

Ecce niuem glacialis hiems
ingerit et tegit omne forum,
membra tegit simul Eulaliae
axe iacentia sub gelido
180 pallioli uice linteoli.

Cedat amor lacrimantum hominum,
qui celebrare suprema solent,
flebile cedat et officium:
ipsa elementa iubente deo
185 exequias tibi, uirgo, ferunt.

Nunc locus Emerita est tumulo,
clara colonia Vettoniae,
quam memorabilis amnis Ana
praeterit et uiridante rapax
190 gurgite moenia pulchra lauit.

Hic, ubi marmore perspicuo
atria luminat alma nitor
et peregrinus et indigena,
relliquias cineresque sacros
195 seruat humus ueneranda sinu.

Tecta corusca super rutilant
de laquearibus aureolis

Def. B 171 uidet *P,Aa.c.* satellis *Pa.c. Ea.c.m2* satelle* (s *s.* r) *N* 173 adton. *cum ADPM,Sa.c.* 176 niues *MS* hiemps *MOS,Ua.c.* 180 lentioli *Va.c.* lenteoli (e *pr. in ras.*) *E* lintheoli *O* (*s.* l lineoli) 183 cedit *Dressel* 185 exsequias *VS* 186 tunc *Da.c.m2* hic *S supra* 187 uectoniae *Ca.c.* uetoniae *DOU,S* (ae *ex* a) 188 amnisana *CVN, Da c.* amni sana *E* 190 lauat *DPO,VEp.c.Cp.c.m2* luit *Ea.c.Smg.* 191 haec *P* 192 illuminat *D* alta *U* 193 it peregr. *S* et perigr. *V* indegina *A* 194 reliquias *ADP,Cp.v.Na.c.m2* rell. *cet.* ceneresque *A* cinerosque *D*

saxaque caesa solum uariant,
floribus ut rosulenta putes
200 prata rubescere multimodis.

Carpite purpureas uiolas
sanguineosque crocos metite!
non caret his genialis hiems,
laxat et arua tepens glacies,
205 floribus ut cumulet calathos.

Ista comantibus e foliis
munera, uirgo puerque, date!
ast ego serta choro in medio
texta feram pede dactylico,
210 uilia, marcida, festa tamen.

Sic uenerarier ossa libet
ossibus altar et inpositum,
illa dei sita sub pedibus
prospicit haec populosque suos
215 carmine propitiata fouet.

213 cf. Apoc. 6, 9

Def. B 199 rosolenta *N* rosilenta *Ps.* 203 hiemps *AVNO,MUa.c.Sp.c.* hieps *Sa.c.* 205 chalathos *ex* chalatos *S* 209 dactylico *A* dactilico *cet.* 212 alta . . . inpositum *A* (r et *euanida*) altar* et inpositum *E* alter et inpositum *Na.c.* 213 suppedibus *VU* 215 carmina *D* *post 215:* fin *eulaliae *S*

IV.

HYMNUS IN HONOREM SANCTORUM DECEM ET OCTO MARTYRUM CAESARAUGUSTANORUM.

Bis nouem noster populus sub uno
martyrum seruat cineres sepulcro,
Caesaraugustam uocitamus urbem,
res cui tanta est.

5 Plena magnorum domus angelorum
non timet mundi fragilis ruinam
tot sinu gestans simul offerenda
munera Christo.

Cum deus dextram quatiens coruscam
10 nube subnixus ueniet rubente
gentibus iustam positurus aequo
pondere libram,

orbe de magno caput excitata
obuiam Christo properanter ibit
15 ciuitas quaeque pretiosa portans
dona canistris.

Afra Carthago tua promet ossa,
ore facundo Cypriane doctor,
Corduba Acisclum dabit et Zoëllum
20 tresque coronas.

9 cf. Matth. 24, 30

hymnus (ymnus *DM*) in honorem (honore *VEMO* horem *Na.c.m2*) sanctorum decem (decim *E*) et octo (X et octo *V* X et VIII *CD* XVIII *BO*) martyrum (martirum *D* mar̄ *O*) caesaraugustanorum (cesaraugustanorum *DEM* caesar augustanorum *VO* caesar agustanorum *N*) *ACDBVNPEMO* finit passio sanctorum apostolorum petri et pauli incipit ymnus in honore sanctorum XVIII mar̄ cesar augustanorum *S* ymnus X et VIII martirum caesaraugustanorum *U*

2 sepulcro *A* sepulchro *cet.* 3 caesaragustam *N* cesar agustam *E* 8 crhisto *A* 9 coruscans *N* *u. 13—16 om. V, add. mg.* 13 capud *Na.c.m2* 15 praetiosa *BE* 17 affra *O* cartago *PU* kartago *OS* promit *B* 18 c*ipriane *N* cipriane *P* 19 cordoba *BV,Np.c.m2* acliscum *AC,Pa.c.m2* aclis dum *E* acis dum *N* zoellum (zo *in ras.*) *S* zoelum *E,Pa.c.*(*mg.* zolutum)

Tu tribus gemmis diadema pulchrum
offeres Christo, genetrix piorum
Tarraco, intexit cui Fructuosus
sutile uinclum.

25 Nomen hoc gemmae strofio inligatae est,
emicant iuxta lapides gemelli
ardet et splendor parilis duorum
igne corusco.

Parua Felicis decus exhibebit
30 artubus sanctis locuples Gerunda,
nostra gestabit Calagurris ambos,
quos ueneramur.

Barchinon claro Cucufate freta
surget et Paulo speciosa Narbo,
35 teque, praepollens Arelas, habebit,
sancte Genesi.

Lusitanorum caput oppidorum
urbs adoratae cineres puellae
obuiam Christo rapiens ad aram
40 porriget ipsam.

Sanguinem Iusti, cui Pastor haeret,
ferculum duplex geminumque donum
ferre Conplutum gremio iuuabit
membra duorum.

45 Ingeret Tingis sua Cassianum,
festa Massylum monumenta regum,

22 genitrix *PMU,Np.c.m2* piorum *al. m. B* terraco *Pp.c.m2* tartago *S* (g *ex* r) tartaco *Sp.c.m2* 25 strophio *BOU* inligatae *AN,Sa.c.Bp.c.m2* inligate *Va.c.* inligata *Ba.c.m2* illigatae (est *ante* strofio *transp.*) *M* in(l)ligatum *cet.* 29 felices *Ba.c.* 30 geronda *Vp.c.* 31 calagorris *VNPp.c.* galagurris *U,Sa.c* 33 Sarchinon *Da.c.m2* barchilon *Bp.c.* barc*ilon *S* barcilon *U* -arocucu- *al. m. A* cugufate *Pa.c.m2* cucuphate *O* 34 surgit *E* -etetpaulospeci- *al. m. A* 35 prae *et* ensare *al. man. A* 37 capud *Na c.m2* 38 adorata* *S* cineris *A,Pa.c.m2* et cineres *DO* 42 domum *VNa.c.* 43 complutum *CBU* cōplutum *VP* iuuauit *Aa.c.* 46 massyllum *D* massi-

qui cinis gentes domitas coegit
ad iuga Christi.

Singulis paucae, tribus aut duobus,
50 forsan et quinis aliquae placebunt
testibus Christi prius hostiarum
pignere functae.

Tu decem sanctos reuehes et octo,
Caesaraugusta studiosa Christo,
55 uerticem flauis oleis reuincta,
pacis honore.

Sola in occursum numerosiores
martyrum turbas domino parasti,
sola praediues pietate multa
60 luce frueris.

Vix parens orbis populosa Poeni,
ipsa uix Roma in solio locata
te, decus nostrum, superare in isto
munere digna est.

65 Omnibus portis sacer inmolatus
sanguis exclusit genus inuidorum
daemonum et nigras pepulit tenebras
urbe piata.

Nullus umbrarum latet intus horror;
70 pulsa nam pestis populum refugit,
Christus in totis habitat plateis,
Christus ubique est.

lum *VNM,Sp.r.* massillum *O,Ea.c.Sa.c.m2* masilum *Ua.c.* monimenta *Cp.c.SUp.c.m2* regnum *Pp.c.* 49 et (*s.* aut *m2*)*P* duabus *Va.c.* 50 alique *V,Aa.c.* 51 tristibus *O* cristi *N* christo *M,Pp.c. Ea.c.* 52 pignerae *B* pignore *PEMO,Vp.c.m2* functeae *Aa.c.* 53 reuehis *Pa.c.m2Sp.c.* 54 c(a)esar augusta *CVNPEOS,Ua.c.* christi *BNMOS,VUa.c.* christum *Da.c.m2* 55 uertice *D* fauis *Ba.c.* 58 domini *Aa.c.* 61 paeni *VO* 64 monere *Ba.c.* 65 inmolatus *cum DBNE* 66 sanguinis *BNa.c.* 70 populo *Pa.c.* 71 tutis *M*

Martyrum credas patriam coronis
debitam sacris, chorus unde surgens
tendit in caelum niueus togatae
nobilitatis.

Inde, Vincenti, tua palma nata est,
clerus hic tantum peperit triumfum,
hic sacerdotum domus infulata
Valeriorum.

Saeuus antiquis quotiens procellis
turbo uexatum tremefecit orbem,
tristior templum rabies in istud
intulit iras.

Nec furor quisquam sine laude nostrum
cessit aut clari uacuus cruoris,
martyrum semper numerus sub omni
grandine creuit.

Nonne, Vincenti, peregri necandus
martyr his terris tenui notasti
sanguinis rore speciem futuri
morte propinqua?

Hoc colunt ciues, uelut ipsa membra
caespes includat suus et paterno
seruet amplectens tumulo beati
martyris ossa.

Noster est, quamuis procul hinc in urbe
passus ignota dederit sepulcri
gloriam uictor prope litus altae
forte Sagynti.

78 hinc *U* triumfum *cum AB,Na.c.m2* 79 hinc *APEOU* 87 numero *B* 89 peregre *DMOU,CVESp.c.NPp.c.m2* necandus (*mg.* l necatus) *C* necandus (d *in ras.*) *V* neca*tus *P* ne catus *Ep.c.* necatus *DO* 90 terris *om. V, add. mg.* 94 caespis *E* cespis *Pa.c.* cespes *CBVOU* inclaudat *N* 97 urbem *B* 98 sepulchri *CVPEOS,Up.c.m2* sepulchro *Ua.c.m2* 100 fortis *N,Vp.c.m2* sagunti *DOUS,Pp.c.m2* saginti *NE,Va.c.*

Noster et nostra puer in palestra
arte uirtutis fideique oliuo
unctus horrendum didicit domare
uiribus hostem.

105 Nouerat templo celebres in isto
octies partas deciesque palmas,
laureis doctus patriis eadem
laude cucurrit.

Hic et, Encrati, recubant tuarum
110 ossa uirtutum, quibus efferati
spiritum mundi, uiolenta uirgo,
dedecorasti.

Martyrum nulli remanente uita
contigit terris habitare nostris,
115 sola tu morti propriae superstes
uiuis in orbe.

Viuis ac poenae seriem retexis
carnis et caesae spolium retentans,
taetra quam sulcos habeant amaros
120 uulnera, narras.

Barbarus tortor latus omne carpsit,
sanguis inpensus, lacerata membra,
pectus abscisa patuit papilla
corde sub ipso.

125 Iam minus mortis pretium peractae est,
quae uenenatos abolens dolores

101 palestra *cum ACVNPEOS* *u. 102—105 om. A,P(add. imo mg.m2)* 102 oliua *O* 103 uinctus *E,Ca.r.* 107 doctas *CDEO, Pp.c.m2* 109 hinc *Mp.c.* encrate *U* encrati (*l* e *s.* i *m2*) *S* incrati *M,Np.c.m2* 110 -sauirtutum *euanida in A* 114 -ris *et* -itare *euanida in A* terris remanere nostris *O* 117 acpoenaeseriemretexis *al. man. A* *u. 118—119 al. man. A* (*exceptis litteris u. 119* tae-) 119 tetra *CVNPMOSU* 123 abscissa *Dressel* mamilla *M* *u. 124 om. E* (*add. inter lin.*) 125 peracta esse *Va.c.m2* peracta est *Sa.c.m2* peractae (*om.* est) *DO,Vp.c.m2* peractum est *Ep.c.m2Ua.c.*

concitam membris tribuit quietem
fine soporo.

Cruda te longum tenuit cicatrix
130 et diu uenis dolor haesit ardens,
dum putrescentes tenuat medullas
tabidus umor.

Inuidus quamuis obitum supremum
persecutoris gladius negarit,
135 plena te, martyr, tamen ut peremptam
poena coronat.

Vidimus partem iecoris reuulsam
ungulis longe iacuisse pressis,
mors habet pallens aliquid tuorum
140 te quoque uiua.

Hunc nouum nostrae titulum fruendum
Caesaraugustae dedit ipse Christus,
iuge uiuentis domus ut dicata
martyris esset.

145 Ergo ter senis sacra candidatis
diues Optato simul et Luperco
perge conscriptum tibimet senatum
pangere psalmis!

Ede Successum, cane Martialem!
150 mors et Vrbani tibi concinatur,
Iuliam cantus resonet simulque
Quintilianum.

127 concita *Np.c.* tribuat *O* 128 supremo *E*(*mg.* soporo) *O*(*s.* l sopor*), *Cs. et mg. Pmg.* oporo *Na.c.* 129 longum (*s.m2* longe) *D* cicatrex *A* 131 putriscentes *Np.c.m2* tenuit *SU* 132 tabibus *M* humor *CDVPMOSU* 134 negaret *PEa.c.* necarit *C* 137 iecuris *Sp.c.* 138 pressit *M* 142 c(a)esar augustae *VNEOS* 145 sacra] aera *Aa.c.* 146 heperco (he *in ras.*) *B* 147 conscribtum *AB* ti*bimet *A* 149 marcialem *EO* 150 orbani *A,Cp.c.* 151 Iulium *Dressel*

Publium pangat chorus et reuoluat,
quale Frontonis fuerit tropaeum,
155 quid bonus Felix tulerit, quid acer
Caecilianus,

quantus, Euoti, tua bella sanguis
tinxerit, quantus tua, Primitiue,
tum tuos uiuax recolat triumfos
160 laus, Apodemi.

Quattuor posthinc superest uirorum
nomen extolli renuente metro,
quos Saturninos memorat uocatos
prisca uetustas.

165 Carminis leges amor aureorum
nominum parui facit et loquendi
cura de sanctis uitiosa non est
nec rudis umquam.

Plenus est artis modus adnotatas
170 nominum formas recitare Christo,
quas tenet caeli liber explicandus
tempore iusto.

Octo tunc sanctos recolet decemque
angelus coram patre filioque
175 urbis unius regimen tenentes
iure sepulcri.

153 pandat *DMOSU,Bp.c.* plangat *Va.r.* 154 tropheum *PEOU* tropeum *V,S* (s *add. post* ū) *157—160 al. man. A* (*exc.* qu [*157*], t *pr.* [*158*], tu [*159*], la [*160*], *quae exarauit antiquissima manus*) 157 euuoti *BVNMS* euouoti *A* euuanti *DEO,Pa.c.Cmg.* heuuanti *U* euanti *Pp.c.* tua] tu *Aa.c.* tur *Ap.c.* (tu^r^ *ita, ut fiat* euouotitur) 158 tua] eoa *A* primitiuae *A,PUa.c.* primit tuae (t tuae *in ras.*) *C*(*mg.* tua primitiuae) 159 cum *C* colat *Na.c.* pręclat (ra *s.* t) *A* triumfos *cum AB,Na.c.m2* *u. 161—164 om. S, add. summa pag.* 161 hinc superes *al. man. A* 162 toll *al. man. A* rennuente *BOS* 163 ur *al. man. A* 165 legis *A* 167 uiciosa *VM* otiosa *DPO,Cp.c.Ea.c.* 169 adnotator *PEa.c.* 171 explicandos *E,Pa.c.* explicandas *O,Da.c.Pp.c.* 176 sepulcri *AN* sepulchri *cet.*

Quin ad antiquum numerum trahetur
uiua post poenae specimen puella
morsque Vincenti, cui sanguis hinc est
180 fons et honoris

[additis Gaio — nec enim silendi —
teque, Crementi, quibus incruentum
ferre prouenit decus ex secundo
laudis agone.

185 Ambo confessi dominum steterunt
acriter contra fremitum latronum,
ambo gustarunt leuiter saporem
martyriorum].

Haec sub altari sita sempiterno
190 lapsibus nostris ueniam precatur
turba, quam seruat procerum creatrix
purpureorum.

Nos pio fletu, date, perluamus
marmorum sulcos, quibus est operta
195 spes, ut absoluam retinaculorum
uincla meorum.

Sterne te totam generosa sanctis
ciuitas mecum tumulis, deinde
mox resurgentes animas et artus
200 tota sequeris.

189 cf. Apoc. 6, 9

u. 177—179 al. m. suppl. in A (*exc.* -ella *et* -inc est) 177 quidnam *A,Cmg.* (*Am1:* quin ad *littera* d *loco litterae* m *adhuc superstite*) trahentur *DBMOSU,Na.r.* trucentur A_1^2 *Ca.c.m2Ps.* trahitur *E* (*s.* l en) *Pa.c.m2* 178 speciem *Ap.c.m2* (*uestigia uocis* specimen *ab antiquissima manu exaratae restant*) *Cmg.Da.c.m2* poene *B* 179 morsque] tuque *A,Cmg.* mors *U* que *add. s.*) cui] tui *A* 180 sethonoris *al. m. A* pons *Bp.c.* *u. 181—188 desunt in A* 181 gagio *D Aldus* 189 -ari sita sempit- *al. m. A* 190 labsibus *ABM* (no *et* -ue *in* nostris ueniam *al. m. A*) precantur *B* 191 seruat] -at *al. man. A* 195 absoluat *B,Ep.c.* 196 eorum *Va.c.* 197 sternete *DN* sternite *CPEa c.*

finit passio sanctorum XVIII incipit passio agnes *BVN* (*in V metro inter* XVIII *et* incipit *interposito*) finit passio sanctorum XVIII incipit passio sanctae agnes uirginis *S; in cet. desunt subscriptiones*

V.

PASSIO SANCTI VINCENTI MARTYRIS.

Beate martyr, prospera
diem triumfalem tuum,
quo sanguinis merces tibi
corona, Vincenti, datur!

Hic te ex tenebris saeculi
tortore uicto et iudice
euexit ad caelum dies
Christoque ouantem reddidit.

Nunc angelorum particeps
conlucis insigni stola,
quam testis indomabilis
riuis cruoris laueras,

cum te satelles idoli
praecinctus atris legibus
litare diuis gentium
ferro et catenis cogeret.

Ac uerba primum mollia
suadendo blande effuderat,
captator ut uitulum lupus
rapturus adludit prius.

'Rex', inquit, 'orbis maximus,
qui sceptra gestat publica,

10 cf. Apoc. 6, 11 et 3, 5

Def. BU passio (incipit passio *VNOS*) sancti uincenti (uincentii *CDNPO,Sp.c.*) martyris (martiris *V*) *ACDVNPEOS* passio sancti uincentii *M; def. hymnus in B,U usque ad u. 538*

1 beate (a *s.* e) *A* 2 triumfalem *cum A,Na.c.m2 u. 3—4 al. man. pro euanidis suppl. in A (A²)* 3 mercis *P* (is *in ras.*) *NESa.c.* mergis *A* (*suppl.*) 5 tenebris saeculi *al. man. A* 6 cto et iudice *al. m. A* 7 caelum diis *al. man. A* 10 conluces *CDMS,VNPEp.c.* colluces *O* 12 undis *O* 13 satellis *Ea.c.* 21 inquid *A,Na.c.(m2?) Sp.c.* 22 publica *AP,Cmg.* romula *cet.* (*s. in E* prolea)

seruire sanxit omnia
priscis deorum cultibus.

Vos, Nazareni, adsistite
rudemque ritum spernite!
haec saxa, quae princeps colit,
placate fumo et uictima!'

Exclamat hic Vincentius,
leuuita de tribu sacra,
minister altaris dei
septem ex columnis lacteis:

'Tibi ista praesint numina,
tu saxa, tu lignum colas,
tu mortuorum mortuus
fias deorum pontifex,

nos lucis auctorem patrem
eiusque Christum filium,
qui solus ac uerus deus,
Datiane, confitebimur'.

Hic ille iam commotior:
'audesne, non felix', ait,
'ius hoc deorum et principum
uiolare uerbis asperis,

ius et sacratum et publicum,
cui cedit humanum genus,
nec te iuuentae feruidae
instans periclum permouet?

32 cf. Act. 6, 3 37 cf. I Ioh. 1, 5 et 7

Def. BU *u. 23—28 man. al. A* (*exceptis* ru-, haec sax- *et* placat) 23 seruire] rex uere A^3 25 nazoreni A^3 absistite *Cp.c.m2* assistite *DVO* 26 aspernite *V* sternite A^3,*P*(*s.* l spernite) 29 -centi- *al. man. A* 30 leuuita *cum A,VNa.r.* 32 ex *in ras. C* 40 fatebimur *S in ras.* confitemur *Np.r.* 41 hinc *M* 42 non felix] infelix *NOp.c.m2* *u. 43—44 paene obliterati man. al. suppl. A* 43 hoc *om. V, add. s* 45 -ratumet publicum *al. man. A* 46 qui *M* cedit humanum genus *al. m. A* 47 iuuentae feruidae *al. man. A* iubente *C,D*(*s.m2* iuuentae). *OPa.c.* 48 -riclum permouet *al. man. A* periculum *DO*

Hoc namque decretum cape:
aut ara ture et caespite
precanda iam nunc est tibi
aut mors luenda est sanguine.'

Respondit ille altrinsecus:
'age ergo, quidquid uirium,
quidquid potestatis tibi est,
palam reluctor, exere!

Vox nostra quae sit, accipe:
est Christus et pater deus,
serui huius et testes sumus,
extorque, si potes, fidem!

Tormenta, carcer, ungulae
stridensque flammis lammina
atque ipsa poenarum ultima,
mors, christianis ludus est.

O uestra inanis uanitas
scitumque brutum Caesaris!
condigna uestris sensibus
coli iubetis numina:

excisa fabrili manu
cauis recocta et follibus,
quae uoce, quae gressu carent,
inmota, caeca, elinguia.

His sumptuosa splendido
delubra crescunt marmore,
his colla mugientium
percussa taurorum cadunt.

Def BU 49 -retum cape *al. man. A* 54—55 quidquid *cum ACDP,Na.c.* 59 ac *Dressel* (*non V, ut falso adfirmat*) 59 testis *Na.c.* 60 sipotes* (o *in ras.*) *N* sipote *Sa.c.* 62 lamina *DEM,Sp.r.* *u. 63—65 al. man. A* 63 quaeq. ipsa A^2 quaeque ipsa (*mg.* atque) *C* quaeque (*s. l* atque) ipsa *P* adquem (atque *p.c.*) ipsa *N* 66 -tumquesrutum (*sic*) caesaris *al. man. A* 67 -gnanostris (*sic*) sensib. *al. manu A* 68 -betisnumina *al. man. A* 69 -ilimanu *man. al. A* 70 folli- *al. man. A*

'At sunt et illic spiritus'.
'Sunt, sed magistri criminum
uestrae et salutis aucipes,
80 uagi, inpotentes, sordidi,

qui uos latenter incitos
in omne conpellunt nefas:
uastare iustos caedibus,
plebem piorum carpere.

85 Norunt et ipsi ac sentiunt
pollere Christum et uiuere
eiusque iam iamque adfore
regnum tremendum perfidis.

Clamant fatentes denique
90 pulsi ex latebris uiscerum
uirtute Christi et nomine
diuique et idem daemones.'

His intonantem martyrem
iudex profanus non tulit,
95 conclamat: 'os obtrudite,
ne plura iactet inprobus!

Vocem loquentis claudite
raptimque lictores date,
illos reorum Plutones
100 pastos resectis carnibus!

89 cf. Matth. 8, 29 sq.

Def. BU 77 adsunt *VNMS* assunt *DEO* 79 aucupes *Vp.c.Np.c.m2* auspices *CDO,E*(*s. l* aucupes, *mg.* augures) *Pp.c.m2*(*s.* augures) 80 inpotentis *A* 82 compellant *P* *u. 83—84 al. m. A* 85 -tetipsiacsentiunt *al. man. A* 86 -lerexpmetuiuere *al. m. A* et] ac *S* 87 iamiamqueadfore *al. man. A* 88 tremendumper- *al. man. A* 89 claclamant *A* fatentesd- *al. man. A* 90 e *DMOS* -ebri- *al. man. A* uiscerum *ACP,Emg.* corporum *cet.* (*et CPmg.m2*) 91 et] in *add. D* 95 os] obs *D* optrudite *M* obdrudite *Da.c.* ebstrudite *N,Sp.c.* obtundite *Pa.c.m2* 99 plutones *ACP* carnibus *Cmg. et cet.* 100 resectis carnibus *ACP* manuque exercitos *Cmg. et cet.* (*Pmg.:* alii libri illos reorum carnibus pastos manuque exercitos *NEmg.:* alii libri (habent *N*) illos reorum plutones pastos resectis carnibus

Iam faxo ius praetorium
conuiciator sentiat,
inpune ne nostris sibi
dis destruendis luserit.

105 Tibi ergo soli, contumax,
Tarpeia calcentur sacra,
tu porro solus obteras
Romam, senatum, Caesarem?

Vinctum retortis bracchiis
110 sursum ac deorsum extendite,
conpago donec ossuum
diuulsa membratim crepet.

Posthinc hiulcis ictibus
nudate costarum abdita,
115 ut per latebras uulnerum
iecur retectum palpitet.'

Ridebat haec miles dei
manus cruentas increpans,
quod fixa non profundius
120 intraret artus ungula.

Ac iam omne robur fortium
euiscerando cesserat
nisusque anhelus soluerat
fessos lacertorum toros,

Def. BU 102 conuitiator *CDVOS* *u. 103—104 al. man. A* ne in pune *A* (*al. man.*) 104 dis *om. S* diis *A²DVNPE* distruendis *VE,Na.c.m2Sa.c.* distruundis *M* *u. 105—108 al. man. A* 106 calentur *VNa.c.* 107 porro] modo *CE,Pmg.m2* 109 retortisbra- *al. man. A* brachiis *codd.* 110 -eorsu- *al. man. A* 111 ossium *S* 115 latebras] lacunas *VNEMOS,Cmg.m2Pmg.* lacunas (*s.* l latebras) *D* 116 iecor retectum *M,Sa.c.* iecurre tectum *Na.c.* iecur receptum *Np.c.* 121 robor *APESa.c.* ro*bor *M* 122 euiscerendo *V* *u. 123—124 al. man. A* 123 anhelos *D,Oa.c.* 124 torus *Na.c.* thoros *Np.c.* (h *add. m2*) *OSa.c.*

125 ast ille tanto laetior
omni uacantem nubilo
frontem serenam luminat
te, Christe, praesentem uidens.

'Quis uultus iste, pro pudor!'
130 Datianus aiebat furens,
'gaudet, renidet, prouocat
tortore tortus acrior!

Nil illa uis exercita
tot noxiorum mortibus
135 agone in isto proficit,
ars et dolorum uincitur.

Sed uos, alumni carceris,
par semper inuictum mihi,
cohibete paulum dexteras,
140 respiret ut lassus uigor.

Praesicca rursus ulcera,
dum se cicatrix colligit
refrigerati sanguinis,
manus resulcans diruet.'

145 His contra leuuites refert:
'si iam tuorum perspicis
languere uirtutem canum,
age, ipse maior carnifex,

Def. BU; A a u. 143 125 -sti- *al. man. A* tantoletior *al. man. A* 126 -niuacantem *al. man. A* uocantem *D* 127 serenamluminat *al. man. A* 128 -sentemuidens *al. man. A* 129 -stepropudor *al. man. A* 130 agebat *VM,Na.c.m2ESa.c.* iebatfurens *al. man. A* 131 renitet *C,Op.c.* renitet *ex* redet *Dm2* 132 tortor et tortus *PEOa.c.* tortore et tortus *D,Op.c.* 137 carce- *al. man. A* 138 pars semper inuicta *DO* par* semper inuictum *P* 139 dext*ras *S* manus *O* 141 ulcera *al. man. A* *post u. 142 calami alieni ductu, consimilis ei, quo multa in ultimis foliis uetustate obsoleta suppleta sunt:* claudaturantrisclaustribus | abomnesitremotior (*sic*) *A; hoc loco desinit A, ultima codicis parte perdita* 143 refrigerati (re *in ras. m2*) *N* 144 diru*t (a *s. ras.*) *N* 145 laeuites *P.Ma.c.* leuuitis *Na.c.* leuites *NMp.c. et cet.*

ostende, quo pacto queant
150 imos recessus scindere,
manus et ipse intersere
riuosque feruentes bibe!

Erras, cruente, si meam
te rere poenam sumere,
155 cum membra morti obnoxia
dilancinata interficis.

Est alter, est intrinsecus,
uiolare quem nullus potest,
liber, quietus, integer,
160 exsors dolorum tristium.

Hoc, quod laboras perdere
tantis furoris uiribus,
uas est solutum ac fictile,
quocumque frangendum modo.

165 Quin immo nunc enitere
illum secare ac plectere,
qui perstat intus, qui tuam
calcat, tyranne, insaniam!

Hunc, hunc lacesse, hunc discute,
170 inuictum, inexsuperabilem,
nullis procellis subditum
solique subiectum deo!'

Haec fatur et stridentibus
laniatur uncis denuo;
175 cui praetor ore subdolo
anguina uerba exsibilat:

'Si tanta callum pectoris
praedurat obstinatio,

Def. ABU 156 dila*cinata *S* 157 *alt.* est *om. DO* 158 quem nullus uiolare *O* que *D* 160 exors *DNO,Sa.c.m2* 169 *alt.* hunc *om. DMOS* descute *CPEa.c.* 170 insuperabilem *PE,NSp.r.* *insuperabilem *C* insuperbilem (a *s.* r *m2*) *D* 173 tridentibus *E* 176 exibilat *PM*

puluinar ut nostrum manu
180 abomineris tangere,

saltim latentes paginas
librosque opertos detege,
quo secta prauum seminans
iustis cremetur ignibus'.

185 His martyr auditis ait:
'quem tu, maligne, mysticis
minitaris ignem litteris,
flagrabis ipse hoc iustius.

Romfea nam caelestium
190 uindex erit uoluminum
tanti ueneni interpretem
linguam perurens fulmine.

Vides fauillas indices
Gomorreorum criminum,
195 Sodomita nec latet cinis
testis perennis funeris.

Exemplar hoc, serpens, tuum est,
fuligo quem mox sulpuris
bitumen et mixtum pice
200 imo inplicabunt tartaro.'

His persecutor saucius
pallet, rubescit, aestuat
insana torquens lumina
spumasque frendens egerit.

194 cf. Gen. 19, 24—25

Def. ABU 181 saltem *DMO,NPp.c.m2* 184 totis (*s. l* iustis) *N* iustis (*mg.* al. totis) *V* crema*tur (e *s.* a) *P* creme*tur *E* 187 minaris *Sp.r.* 189 romfaea *V,Np.c.* romphea *MOS,Da.c.* rumfea *NPa.c.Ep.c.* rumphea *C,Dp.c.* 194 gomorraeorum *M* gomor*reorum *E* 195 sodome *MSp.c.m2* 197 semper *C*(*s.m2 l* serpens) *PE,Np.c.m2* 198 sulporis *Na.c.m2* sulfuris *P* sulphoris *Ea.c.* sulphuris *cet.* 200 inplic. *cum NEO* 204 spumansque *PEa.c.m2* digerit *Ps.Emg.*

205 Tum deinde cunctatus diu
decernit: 'extrema omnium
igni, grabato et lamminis
exerceatur quaestio.'

Haec ille sese ad munera
210 gradu citato proripit
ipsosque pernix gaudio
poenae ministros praeuenit.

Ventum ad palestram gloriae,
spes certat et crudelitas,
215 luctamen anceps conserunt
hinc martyr, illinc carnifex.

Serrata lectum regula
dente infrequenti exasperat,
cui multa carbonum strues
220 uiuum uaporat halitum.

Hunc sponte conscendit rogum
uir sanctus ore interrito,
ceu iam coronae conscius
celsum tribunal scanderet.

225 Subter crepante aspergine
scintillat excussus salis
punctisque feruens stridulis
sparsim per artus figitur.

Aruina posthinc igneum
230 inpressa cauterem lauit,
uis unde roris fumidi
in membra sensim liquitur.

Def. ABU 205 tunc *P* 206 discernet *C,Pa.c.* discernit *E* 207 grabatto *C* (tto *in ras.*), *NEM Pa.c.OSp.c.* laminis *S* 210 prorupit *MEa.c.* 213 palestram *cum VNPEOS,Mp.c.m2* gloria* *N* (a *in* ae *corr. m2*) 219 qui *D* 220 alitum *O* 223 caeu *P* 225 supter *M* 226 scintilla *D,PEa.c.* 228 fingitur *SCa.r.* 230 inpressam *C* inpressum *Pa.c.* chauterem *S,Da.c.m2* la* (uit *s. ras.*) *P*

Haec inter inmotus manet
tamquam dolorum nescius
235 tenditque in altum lumina;
nam uincla palmas presserant.

Sublatus inde fortior
lugubre in antrum truditur,
ne liber usus luminis
240 animaret altum spiritum.

Est intus imo ergastulo
locus tenebris nigrior,
quem saxa mersi fornicis
angusta clausum strangulant.

245 Aeterna nox illic latet
expers diurni sideris,
hic carcer horrendus suos
habere fertur inferos.

In hoc baratrum conicit
250 truculentus hostis martyrem
lignoque plantas inserit
diuaricatis cruribus.

Quin addit et poenam nouam
crucis peritus artifex,
255 nulli tyranno cognitam
nec fando conpertam retro.

Fragmenta testarum iubet
hyrta inpolitis angulis,
acuminata, informia,
260 tergo iacentis sternerent.

Totum cubile spiculis
armant dolores anxii,

Def. ABU *233 ante 232 transpos. D, corr. m2* 238 lucubre *MS* traditur *E,Pa.c.* 245 mox *D,Va.c.* *ox *P* (*ex* uox) 247 horrendos *CP,NEa.c.* 249 barathrum *N* 255 cognitum *PEa.c.* 257 fracmenta *V* 258 hyrta *VM,Na.c.* yrta *O* hirta *cet.* 262 doloris *NM,Sa.c.*

insomne qui subter latus
mucrone pulsent obuio.

265 Haec ille uersutus uafra
meditatus arte struxerat,
sed Belzebulis callida
commenta Christus destruit.

Nam carceralis caecitas
270 splendore lucis fulgurat
duplexque morsus stipitis
ruptis cauernis dissilit.

Agnoscit hic Vincentius
adesse quod sperauerat,
275 tanti laboris praemium,
Christum, datorem luminis.

Cernit deinde fragmina
iam testularum mollibus
uestire semet floribus
280 redolente nectar carcere.

Quin et frequentes angeli
stant ac loquuntur comminus,
quorum unus ore augustior
conpellat his dictis uirum:

285 'Exsurge, martyr inclyte,
exsurge securus tui,
exsurge 'et almis coetibus
noster sodalis addere!

Decursa iam satis tibi
290 poenae minacis munia
pulchroque mortis exitu
omnis peracta est passio.

Def. ABU 267 belzebul*s *N* belzibulis *E,Pa.c.m2* belzebolis *Va.c.* 268 destru*t *M* 270 fulgorat *CNES,DPa.c.* *u. 276 om. M, inter lineas add.* 282 locuntur *DVMO,Sa.c.m2* loquantur *PEa.c.* 283 agustior *VNa.c.* 284 hic *P,Ea.c.* 285 exurge* *M* exurge *P* inclite *CDV* 286—287 exurge· *PM*

O miles inuictissime,
fortissimorum fortior,
295 iam te ipsa saeua et aspera
tormenta uictorem tremunt.

Spectator haec Christus deus
conpensat aeuo intermino
propriaeque collegam crucis
300 larga coronat dextera.

Pone hoc caducum uasculum
conpage textum terrea,
quod dissipatum soluitur,
et liber in caelum ueni!'

305 Haec ille; sed clausas fores
interna rumpunt lumina
tenuisque per rimas nitor
lucis latentis proditur.

Hoc cum stuperet territus
310 obsessor atri liminis,
quem cura pernox manserat
seruare feralem domum,

psallentis audit insuper
praedulce carmen martyris,
315 cui uocis instar aemulae
conclaue reddit concauum.

Pauens deinde introspicit,
admota quantum postibus
acies per artas cardinum
320 intrare iuncturas potest:

uernare multis floribus
stramenta testarum uidet
ipsumque uulsis nexibus
obambulantem pangere.

Def. *ABU* 299 propriae et (et *in ras. m2*) *N* 308 proditor *M,PESa.c.* 309 haec *Dressel* 313 psallentes *D,PEa.c.* psallentis (ł e *s.* i) *O* 319 artans *PEa.r.* 324 obambulante *Sa.c.*

325 Inplentur aures turbidi
praetoris hoc miraculo,
flet uictus et uoluit gemens
iram, dolorem, dedecus.

'Exemptus', inquit, 'carceri
330 paulum benignis fotibus
recreetur, ut pastum nouum
poenis refectus praebeat'.

Coire toto ex oppido
turbam fidelem cerneres,
335 mollire praefultum torum,
siccare cruda uulnera.

Ille ungularum duplices
sulcos pererrat osculis,
hic purpurantem corporis
340 gaudet cruorem lambere.

Plerique uestem linteam
stillante tingunt sanguine,
tutamen ut sacrum suis
domi reseruent posteris.

345 Tunc ipse manceps carceris
et uinculorum ianitor,
ut fert uetustas conscia,
repente Christum credidit.

Hic obseratis uectibus
350 densae specum caliginis
splendore lucis aduenae
micuisse clausum uiderat.

At uero postquam lectuli
martyr quietem contigit,

Def.AU,B 326 hic *PEa.c.* 329 inquid *VSa.c.NMa.c.m2* carcere *DMOS usque* 330 benignus *M* 341 lineam *O,Cmg.m2* 342 tingunt (t *pr. in ad u. 342 ras. m2*) *N* pingunt *M* *a u. 343 rursus incipit B* 350 densa* (e *s. ras. m2*) *N* densum *M* 352 miscuisse *CDPEa.r.* 353 ad *B,NESa.c.*

355 aeger morarum taedio
et mortis incensus siti —,

si mors habenda eiusmodi est,
quae corporali ergastulo
mentem resoluit liberam
360 et reddit auctori deo,

mentem piatam sanguine,
mortis lauacris elutam,
quae semet ac uitam suam
Christo inmolandam praebuit —,

365 ergo ut recline mollibus
reiecit aulaeis caput,
uictor relictis artubus
caelum capessit spiritus.

Cui recta celso tramite
370 reseratur ad patrem uia,
quam fratre caesus inpio
Abel beatus scanderat.

Stipant euntem candidi
hinc inde sanctorum chori
375 parique missum carcere
baptista Iohannes uocat.

At christiani nominis
hostem coquebant inrita
fellis uenena et liuidum
380 cor efferata exusserant.

371 cf. Gen. 4, 8 375 cf. Matth. 14, 10

Def. AU 357 huiusmodi *D* (h *s.*),*MOS* 362 erut. *MS,Np.c.m2*(*s.* ablut.) et elut. (*s.* ablut.) *Vp.c.* elut. (*s.* ablut.) *CD* 363 semet ipsum ac *D* 364 inmol. *cum CDNE* 365 reclinemmollibus *B* 366 reiecit (iec *in ras.*) *S* retegit (*mg.* reiecit) *C* aulaeis *BV* auleis *cet.* 368 capescit *V* capes*sit *P* capisset *Na.c.* capissit *Np.c.* spiritus xps *N* 369 qui *Da.c.m2* caelso *B* 370 reseruatur *M,PEa.c.* at *M* uiam *M* 371 census *PEa.r.* inpio *cum N* 372 teatus *B* 374 cori *Na.c.* 375 patrique *M,Sa.r.* missus *DMOS* 376 iohannis *VNEa.c.* 377 ad *B,CNPESa.c.* 380 exus. *B* et exuss. *Vp.c.*

Saeuire inermem crederes
fractis draconem dentibus:
'euasit exultans', ait,
'rebellis et palmam tulit.

385 Sed restat illud ultimum:
inferre poenam mortuo,
feris cadauer tradere
canibusue carpendum dare.

Iam nunc et ossa extinxero,
390 ne sit sepulcrum funeris,
quod plebs gregalis excolat
titulumque figat martyris.'

Sic frendit et corpus sacrum
profanus — a dirum nefas! —
395 nudum negato tegmine
exponit inter carices.

Sed nulla dirarum famis
aut bestiarum aut alitum
audet tropeum gloriae
400 foedare tactu squalido.

Quin, si qua clangens inprobe
circumuolarat eminus,
trucis uolucris inpetu
depulsa uertebat fugam.

405 Nam coruus, Heliae datus
olim ciborum portitor,

405 cf. III Reg. 17, 6

Def. AU 385 illut *B,Na.c.m2* *u. 387 om. P, add. mg.* cadauer et tradere *Vp.c.m2* 389 e* (t *s. ras. m2*) *P* extincxero *B* 390 nec *B* sepulcrum *cum M* 392 fingat *CVN,PEa.c.* 393 et] e *B* 394 prophanus *M* adirum *CDEMS,Pa.c.* ahdirum *Np.c.m2Pp.c.* hadirum *Vp.c.m2* ddirum *O* addirum *Ba.c.* 397 dirrarum *B* famis *BV, NPEa.c.* fafes *M* fames *cet.* 399 audit *B* trophaeum *E* tropheum *CDPO,Sa.c.* 402 circumuolaret *CDEPMOS* 403 inpetu *cum N* 405 helie *D* helia* (e *s. ras.m2*) *N* eliae *V*

hoc munus inplet sedule
et inremotus excubat.

Hic ex frutectis proximis
410 infestus alarum sono
oculosque pinnis uerberans
exegit inmanem lupum.

Quis perfidorum credere
ausit rapacem beluam,
415 tauris paratam congredi,
cessisse plumis mollibus?

Ibat malignum murmurans
leui uolatu exterritus
praedamque uisam fugerat
420 custodis inbellis minis.

Quis audienti talia,
Datiane, tunc sensus tibi,
quantis gementem spiculis
figebat occultus dolor,

425 cum te perempti corporis
uirtute uictum cerneres
ipsis et inpar ossibus
uacuisque iam membris minor?

Sed quis, tyranne pertinax,
430 hunc inpotentem spiritum
determinabit exitus?
nullusne te franget modus?

'Nullus, nec umquam desinam;
nam si ferina inmanitas
435 mansuescit et clementia
coruos uoraces mitigat,

Def. AU 407 inplet *cum CDNE* sedulo *DMOS* sedulae (*s.* l lo) *E* 409 hi*c *P* 411 pennis *CVPEMO,NSp.c.Dp.c.m2* 412 exigit *B* 414 autsit *B* 415 concrédi *B* 424 figebant *Ba.r.* 427 inpar *cum DBNE* 432 te frangit *Np.c.* terefranget *B* 433 desena *B* 436 coruus B

mergam cadauer fluctibus:
insana numquam naufragis
ignoscit unda et spumeum
440 nescit profundum parcere.

Aut semper illic mobilis
incerta per ludibria
uagis feretur flatibus
squamosa pascens agmina,

445 aut sub fragosis rupibus
scabri petrarum murices
inter recessus scrupeos
discissa rumpent uiscera.

Ecquis uirorum strenue
450 cumbam peritus pellere
remo, rudente et carbaso,
secare qui pontum queas,

rapias palustri e caespite
corpus, quod intactum iacet,
455 leuique uectum lembulo
amplum per aequor auferas?

Sed conplicatum sparteus
claudat cadauer culleus,
quem fune conexus lapis
460 praeceps in altum deprimat.

At tu per undas emices
rorante praepes palmula,
donec relictum longior
abscondat aspectus solum.'

Def. AU 439 agnoscit *D* 440 profundam *PEa.c.* 445 subfrag. *CDO* suffrag. *PM,Sa.c.* 448 discessa *NEa.c.* rumpunt *Na.c.* rumpit *Va.c.* 449 et quis *DPEO,Np.c.* haec quis *Na.c.* 450 cymbam *C,Sp.c.* (y *in ras.*) cimbam *VNEp.r.* 452 puntum *B* 453 palustriae (a *alt. eras.*) cespite *CP* palustri e cespite *DO,Np.c.m2* palustri cespite *S* 455 limbulo *M,Sa.c.* 457 conplic. *cum DVNEO* 459 cunexus *B* connexus *CD,Ea.r.* coneus *Va.c.* 461 adtu *B,Ea.c.* a*tu *N* 462 praeceps *CDPEM,Np.c.m2* preceps *OS* 464 aspectum *B* aspectu *Pa.c.*

465 Haec iussa quidam militum
— Eumorfio nomen fuit —
uiolentus, audax, barbarus,
furore feruens adripit.

Funale textum conserit,
470 suto quod inplet corpore,
emensus et multum freti
inter procellas excutit.

O praepotens uirtus dei,
uirtus creatrix omnium,
475 quae turgidum quondam mare
gradiente Christo strauerat,

ut terga calcans aequoris
siccis mearet passibus,
plantas nec undis tingueret
480 uasti uiator gurgitis!

Haec ipsa uirtus iusserat
rubrum salum dehiscere,
patente dum fundo aridum
secura plebs iter terit.

485 Nec non et ipsa nunc iubet
seruire sancto corpori
pontum quietis lapsibus
ad curua pronum litora.

Saxum molaris ponderis
490 ut spuma candens innatat
tantique custos pigneris
fiscella fertur fluctibus.

476 cf. Marc. 6, 48. 51 482 cf. Exod. 14, 21

Def. *AU* 466 heuformio *P* 468 arripuit *CE,Pa.c.* arripit *DVNMOS,Pp.c.* 469 funalem textu *M* funale (e *ex* em) textū* *S* 470 sancto *Np.c.* scuto *Sa.c.* inplet *cum DN* 475 quodam *B* 480 gurgutis *CE* 483 profundo *DO* arido *CDP,Ea.c.* 484 inter *B,Va.c.* gerit (*s.* l terit) *C* gerit *DPE* terit (*s.* l gerit) *O* legit *Dressel* 487 labsibus *B* 488 at *D* 490 cadens *D,Sa.c.* 491 pignoris *PO,Sa.c.* 492 fiscilla *N,BSa.c.* fescella *Ma.c.*

Cernunt stupentes nauitae
uectam remenso marmore
495 labi retrorsum leniter
aestu secundo et flamine.

Certant et ipsi concito
pontum faselo scindere,
longe sed artus praeuolant
500 telluris ad mollem sinum.

Prius relatos denique
humus quieta suscipit,
quam pulsa summis nisibus
carina portum tangeret.

505 Felix amoeni litoris
secessus ille, qui sacra
fouens harenis uiscera
uicem sepulcri praebuit,

dum cura sanctorum pia
510 deflens adornat aggerem
tumuloque corpus creditum
uitae reseruat posterae!

Sed mox subactis hostibus
iam pace iustis reddita
515 altar quietem debitam
praestat beatis ossibus;

subiecta nam sacrario
imamque ad aram condita
caelestis auram muneris
520 perfusa subter hauriunt.

Sic corpus, ast ipsum dei
sedes receptum continet

Def. AU 496 flammine *D* 500 molem *B,Sa.c.* 501 relatus (r *fort. ex* d) *E* delatus *CPa.c.* delatos *CNPp.c.* 502 suscepit *MO,DSa.c.* 506 recessus *CDPEO* 507 arenis *OS* 508 sepulcri *cum DM* 509 tum *ESp.c.* 511 tumulo*que *PE* 514 credita *P,Ea.c.Cmg.* 515 debitum *C,DPa.c.m2* dubitam (t *in ras.*) *Na.c.m2* 520 subtus *Dressel* (*codd. BV falso testibus usus*) auriunt *B.Va.c.m2*

cum Maccabeis fratribus
sectoque Eseiae proximum.

525 Simplex sed illis contigit
corona poenarum, quibus
finem malorum praestitit
mortis supremus exitus.

Quid tale sector ausus est?
530 truncata numquid corporis
segmenta post serram feris
obiecit aut undis dedit?

Num Maccabei martyris
linguam tyrannus erutam
535 raptamue pellem uerticis
auibus cruentis obtulit?

Tu solus, o bis inclyte,
solus brauii duplicis
palmam tulisti, tu duas
540 simul parasti laureas.

In morte uictor aspera,
tum deinde post mortem pari
uictor triumfo proteris
solo latronem corpore.

545 Adesto nunc et percipe
uoces precantum supplices,
nostri reatus efficax
orator ad thronum patris!

523 cf. II Mach. 7 524 cf. Tertull. De patientia 14 534 cf. II Mach. 7, 4

Def. A,U usque ad u. 538 523 machabeis *CDVPEMOS* machabaeis (h *m2*) *N* 524 esaiae *CM* esaie *DV* esa*iae *E* isaiae *POS* isaie (is *in ras.*) *N* 528 subraemus *B* 533 nam *PEO,CDa.c.* nunc *Vp.c.* machabaei *N* (h *m2*) machabeis *Va.r.* machabei *cet.* martyres *CPEa.c.* 536 optulit *NPM* 537 o bis] obis *DV*(*s.* moreris),*NPOS* orbis *Ca.r.* inclite *VO* 538] *U rursus incipit* braeuii *Ba.r.* brauii (uii *in ras.*) *E* brauii (*mg.* brauidi) *C* brauii* *NS* brauii (*s.* praemii, *mg.* l bradiui) *P* 540 parasti* laureas *B* 543 triumfo *cum BV,Na.c.m2* pateris *DO* 546 praecantum *BM* 548 oratur *B,Ea.c.* tronum *BVE,Ca.c.m2*

Per te, per illum carcerem,
550 honoris augmentum tui,
per uincla, flammas, ungulas,
per carceralem stipitem,

per fragmen illud testeum,
quo parta creuit gloria,
555 et quem trementes posteri
exosculamur lectulum,

miserere nostrarum precum,
placatus ut Christus suis
inclinet aurem prosperam
560 noxas nec omnes inputet!

Si rite sollemnem diem
ueneramur ore et pectore,
si sub tuorum gaudio
uestigiorum sternimur,

565 paulisper huc inlabere
Christi fauorem deferens,
sensus grauati ut sentiant
leuamen indulgentiae.

Sic nulla iam restet mora,
570 quin excitatam nobilis
carnem resumat spiritus
uirtute perfunctam pari,

ut, quae laborum particeps
commune discrimen tulit,
575 sit et coheres gloriae
cunctis in aeuum saeculis.

Def. A 549 cercerem *Na.c.* 553 fraugmen *Ea.c.Cmg.* testium *C* 554 partu *CPa.c.* parta (*s.* parata) *O* 555 et] per *OU* 559 auram *D,Ca.c.* 560 inp. *cum BNS* 561 solemnem *P* 563 gaudia *MSU,Oa.c.* 564 isternimur *B* 567 sensu *C*(*mg.* sensus) *MSU* 569 restat *P,Oa.c.* 571 cernam *Va.c.* remit *Va.c.m2* 572 refunctam *M* 573 utque *D,N* (e *in ras.*),*CVa.c.* 575 sic *Dressel* cohaeres *U* *post 576:* finit in christo amen. incipit passio sancti laurentii martyris *S* finit *P*

VI.

HYMNUS IN HONOREM BEATISSIMORUM MARTYRUM FRUCTUOSI, EPISCOPI ECCLESIAE TARRACONENSIS, ET AUGURII ET EULOGII DIACONORUM.

Felix Tarraco, Fructuose, uestris
attollit caput ignibus coruscum
leuuitis geminis procul relucens.

Hispanos deus aspicit benignus,
arcem quandoquidem potens Hiberam
trino martyre trinitas coronat.

Ardens Augurius capessit aetram
nec non Eulogius simul supernum
Christi lucidus ad sedile tendit.

Dux et praeuius et magister illis
ad tantum decus ex episcopali
clarus nomine Fructuosus ibat,

accitus quia praesidis repente
iussu uenerat ad forum sacerdos
leuuitis comitantibus duobus.

Inde ad carceream uiros catenam
pastus sanguine carnifex trahebat,
gaudet currere Fructuosus ultro.

Def. A incipit (*om. CDMOU*) (h)ymnus in honore (in honore *om. MOSU* in honorem *VN*) beatissimorum (*om. M*) martyrum fructuosi episcopi ecclesiae (eclesiae *BNMU* aeclesiae *S*, *om. O*) tarraconensis (terraconensis *VM* taraconensis *S*, *om. O*) et (*om. O*) augurii (augorii *CBO*) et (*om. O*) eulogii diaconorum (diaconum *BNM* dyaconum *S* diaconi *C,Da.c.m2*, *om. U*) *CDBVNMOSU* hymnus in honore beatissimorum martyrum fructuosi episcopi augorii et eulogii *PE*

1 terraco *Va.c.* fructuosae *CEO* uentris *CPEa.c.* 2 attolit *B,VSa.c.* at tollit *N* capud *Na.c.m2* coruscam *C,PEa.c.* 3 leuuitis *BV,NPEa.r.* laeuitis *MO* leuitis *cet.* 6 martyr et trinitas *M,Sa.c.* 7 capescit *DVO,Pa.c.* aethram *VMO,Cp.c.m2Np.c.* ethram *DS* 8 superbum *BVNPEU,Cmg.* 15 leuuitis *B,CNPEa.c.* laeuitis *M* leuui*tis (u *pr. in ras.*) *V* leuitis *cet.* 16 ad] et *D* 17 carnis extrahebat *CD*

Ac, ne quis socios timor feriret,
20 praeceptor uehemens eundo firmat
incenditque fidem calore Christi:

'Mecum state, uiri, uocat cruentus
ad poenam coluber dei ministros;
ne mors terreat! est parata palma.

25 Carcer christicolis gradus coronae est,
carcer prouehit ad superna caeli,
carcer conciliat deum beatis.'

His dictis adeunt specum reorum,
exercent ibi mysticum lauacrum
30 et purgamen aquae stupent tenebrae.

Sex hic continuis latent diebus,
tandem stant trucis ad tribunal hostis,
fratres tergeminos tremunt catastae.

Iudex Aemilianus inminebat,
35 atrox, turbidus, insolens, profanus,
aras daemonicas coli iubebat.

'Tu, qui doctor', ait, 'seris nouellum
commenti genus, ut leues puellae
lucos destituant, Iouem relinquant,

40 damnes, si sapias, anile dogma;
iussum est Caesaris ore Gallieni,
quod princeps colit, ut colamus omnes.'

Def. A 19 feriret (ferir- *in ras.*) *S* feriret (*mg.* al subiret) *V* 21 calorem *M* 22 secum *Da.c.m2* 23 colubis *Va.c.* 24 nec *PE,Ua.c.Cmg.* 25 cristicolis *CE* corona *PEa.c.m2* 30 et purgamina quae *CMOSU, Da.c.* (-mena) *Bp.c.* expurgamen aquae *E,Pa.c.m2Cmg.* 31 *ex *U* 34 aemilianus *BMS* em. *cet.* 36 doemonicas *U* demoniacas *DO* 38 ut *om. M* et *Sa.c.* 39 distituant *EMU,VNa.c.m2CSa.c.* 40 damnas *B* sapies *P* docma *B,Na.c.m2* 41 galleni *D,Ca.c.* 42 ut] hoc *D* (*s.* ut) *MOSU* hoc ut *C*

Haec fanti placidus refert sacerdos:
'aeternum colo principem dierum,
45 factorem dominumque Gallieni,

et Christum patre prosatum perenni,
cuius sum famulus gregisque pastor.'
subridens ait ille: 'iam fuisti.'

Nec differt furor aut refrenat iram,
50 saeuis destinat ignibus cremandos,
exultant prohibentque flere uulgum.

Quosdam de populo uidet sacerdos
libandum sibi poculum offerentes.
'ieiunamus', ait, 'recuso potum:

55 nondum nona diem resignat hora,
numquam conuiolabo ius dicatum
nec mors ipsa meum sacrum resoluet.

Sic Christus sitiens crucis sub hora
oblatum sibi poculum recusans
60 nec libare uolens sitim peregit.'

Intrant interea locum rutunda
conclusum cauea, madens ferarum
multo sanguine quem furor frequentat,

cum spectacula perstrepunt cruenta
65 ac uilis gladiator ense duro
percussus cadit et fremit uoluptas.

Hic flammante pyra niger minister
ardens supplicium parare iussus
construxit facibus rogum supremis,

58 cf. Marc. 15, 23

Def. A 43 placidos *Sa.c.* 46 prosatum (pr *alio ductu*) *B* 50 distinat *U,Bp.c.Ca.c.Na.c.m2* d*stinat (e *s. ras.*) *S* 56 dicatum] sacratum *Ma.c.* 61 rutunda *Ba.c.m2NPa.c.* rot. *cet.* 68 subplicium *V*

70 qui, dum corpora concremanda soluit,
feruentes animas amore lucis
fracto carceris expediret antro.

Certant officiis pii sodales:
plantis calciamenta dissolutis
75 pronus detrahere studebat unus,

sed sanctus uetat ora Fructuosus
inclinata premi: 'facessite', inquit,
'nec nostram grauet obsequella mortem;

atquin ipse meos pedes resoluam,
80 ne uestigia praepedita uinclis
tardis gressibus inruant in ignem.

Cur lamenta rigant genas madentes,
cur uestri memor ut fiam rogatis?
cunctis pro populis rogabo Christum.'

85 Vix haec ediderat, relaxat ipse
indumenta pedum, uelut Moyses
quondam fecerat ad rubum propinquans.

Non calcare sacram cremationem
aut adstare deo prius licebat,
90 quam uestigia pura figerentur.

Stabat calce mera, resultat ecce
caelo spiritus et serit loquellam,
quae cunctos tremefecit audientes:

86 cf. Ex. 3, 2. 5

Def. A 70 concremenda *E* contremenda *Pa.c.m2Cmg.* contremanda *D* concremata *C* (*s.* concremanda) *BVNMS* 72 cerceris *Na.c.* expediuit *PE,VNp.c.Cmg.* expediit *DO* 73 piis *DO* 74 calceam. *Na.c.* 77 premit *O,DSUa.c.* inquid *B,NSa.c.* 78 ne *Dressel* obsequilla *B* obsequela *CDOU,VPESp.c.* 79 adquin *N,BSa.c.Pa.c.* resoluat *B,Da.c.* 80 nec *Ca.r.* 81 irruunt *Op.c.* irruant *MU,ESp.c.* 83 fiat *D* 87 robum *B* rub*um *NE* 89 adstare (d *in ras. m2*) *N* astare *S* ast*are *V* 91 mero *O,Da.c.,Vp.c.NPp.c.m2* 92 loquelam *CDPOSU,NEp.r.*

'non est, credite, poena, quam uidetis,
quae puncto tenui citata transit,
nec uitam rapit illa, sed reformat.

Felices animae, quibus per ignem
celsa scandere contigit Tonantis,
quas olim fugiet perennis ignis!'

100 Haec inter rapidis focos crepantes
intrant passibus et minantur ipsis
flammarum trepidantibus caminis.

Nexus denique, qui manus retrorsus
in tergum reuocauerant reuinctas,
105 intacta cute decidunt adusti.

Non ausa est cohibere poena palmas
in morem crucis ad patrem leuandas,
soluit bracchia, quae deum precentur.

Priscorum specimen trium putares,
110 quos olim Babylonicum per ignem
cantantes stupuit tremens tyrannus.

Illis sed pia flamma tunc pepercit
nondum tempore passionis apto
nec mortis decus inchoante Christo.

115 Hos cum defugeret uaporus ardor,
orant, ut celer ignis aduolaret
et finem daret anxiis periclis.

110 cf. Dan. 3, 23 sq.

Def. A 95 punctu *M,Sa.c.Up.c.* 99 fuget *D* f*giet *N* figiet *P* 100 crepante *B* 102 trepitantibus *C,Vp.c.Pa.c.* crepitantibus *U* (*s.* l trepidantibus), *Pp.c.* 103 retrorsum *C* 106 poena cohibere *MOS* 108 bracchia *Np.c.* brachia *cet.* praecentur *CDBE* 110 babilonicum *CDVEU* 112 tum *DMOSU* 114 incoante *B* 115 nos *V* difugeret *Np.r.* 116 caeler *B* 117 periculis *E,CPa.c.*

Exorata suos obire tandem
maiestas famulos iubet caducis
120 missos corporibus sibique reddi.

Vidit praesidis ex domo satelles
caelum martyribus patere apertum
insignesque uiros per astra ferri.

Quin et filiolae monens erili
125 ostendit sceleris notam paterni,
caelo uiuere, quos forum peremit.

Haec tum uirginitas palam uidere
per sudum meruit parente caeco,
ut crimen domini domus timeret.

130 Tum de corporibus sacris fauillae
et perfusa mero leguntur ossa,
quae raptim sibi quisque uindicabat.

Fratrum tantus amor domum referre
sanctorum cinerum dicata dona
135 aut gestare sinu fidele pignus.

Sed ne reliquias resuscitandas
et mox cum domino simul futuras
discretis loca diuidant sepulcris,

cernuntur niueis stolis amicti:
140 mandant restitui cauoque claudi
mixtim marmore puluerem sacrandum.

O triplex honor, o triforme culmen,
quo nostrae caput excitatur urbis,
cunctis urbibus eminens Hiberis!

Def. A 119 magestas *B* 120 missis *U* 121 satellis *E,BPa.c.* 123 insignisque *M,Sa.c.* insignosque *O* per astriferi *C* per astriferri *Da.c.m2* 124 mones *N* herili *MU,CPSp.c.* herilis *Np.c.m2* erile *Ep.c.* 126 foro *B* 127 tunc *BVN* dum *Sa.c.* 128 sudem *Ep.c.m2* parente caelo *E,Ca.c.Vp.c.* patente caelo *DMOSU,Cp.c.P(s.m2* l parente caeco) 132 uendic. *U,PSp.c.* 134 sanctum cinerem *B* 136 relliquias *CDSU,Pa.c.* 138 sepulcris *cum N* (s *pr. in ras.*), *M* 139 *lis (sto *s. ras.*) niueis *NS* 142 honor et triforme *P* honor triforme (o *s.*) *E* honore (e *eras.*) o triforme *B* lumen *B*

145 Exultare tribus libet patronis,
quorum praesidio fouemur omnes
terrarum populi Pyrenearum.

Circumstet chorus ex utroque sexu:
heros, uirgo, puer, senex, anulla,
150 uestrum psallite rite Fructuosum!

Laudans Augurium resultet hymnus
mixtis Eulogium modis coaequans,
reddamus paribus pares camenas.

Hinc aurata sonent in arce tecta,
155 blandum litoris extet inde murmur
et carmen freta feriata pangant.

Olim tempus erit ruente mundo,
cum te, Tarraco, Fructuosus acri
soluet supplicio tegens ab igni.

160 Fors dignabitur et meis medellam
tormentis dare prosperante Christo
dulces hendecasyllabos reuoluens.

Def. A 146 fouentur *U* 147 pyrinearum *Ua.c.* piryn. (y *in ras.*) *S* peryn. *M* pyryn. *O* 148 choros *B* 149 heres *C* senes *M* anula *MUS* aanulla *B* anicla *C* (cla *in ras., mg.* anula) *DPO,E*(*mg.* anus anilis) anicula *Vp.c.* anu*la *N*(*mg.m2* l anigla anus anilis) 151 augorium *B* ymnus *NMSU* ymnum *C* 154 arci *B* 155 littoris *V* exstet *S* 156 feriata (*s.* serenata) *CNO* 158 terraco *V,Pa.c.* tarrago (c *s.* g) *S* 159 subplicio *V* 160 fors (te *s.m2*) *E* mors *Da.c.m2* mede lam *C* medelam *DPOSU,NEp.c.* 162 hendecasyll. *B* endecasyll. *cet.* *post u. 162* finit *M* finit amen *S*

VII.

HYMNUS IN HONOREM QUIRINI MARTYRIS, EPISCOPI ECCLESIAE SISCIANAE.

Insignem meriti uirum,
Quirinum placitum deo,
urbis moenia Sisciae
concessum sibi martyrem
5 conplexu patrio fouent.

Hic sub Galerio duce,
qui tunc Illyricos sinus
urgebat dicionibus,
fertur catholicam fidem
10 inlustrasse per exitum.

Non illum gladii rigor,
non incendia, non ferae
crudeli interitu necant,
sed lymfis fluuialibus
15 gurges, dum rapit, abluit.

Nil refert, uitreo aequore
an de flumine sanguinis
tinguat passio martyrem,
aeque gloria prouenit
20 fluctu quolibet uuida.

Def. A hymnus (ymnus *DMU* incipit (h)ymnus *BS*) in honorem (honore *CDPEMSU*) quirini beatissimi (beat. *om. MSU*) martyris episcopi (episcopo *B* et episcopi *PMSU*) ecclesiae (ecles. *B* ęclęs. *N* aecles. *U*, *om. M*) siscianae (sescianae *PE* syscianae *Np.c.* suscianae *CSU* sciscianae *DV*)*CDBVNPEMSU* hymnus in honore sancti quirini martyris *O*

1 meritis *DBOU,CSp.c.* 2 placidum *CD,Sp.c.m2* 3 sesciae *O,P in ras.* susciae *Na.c.SUp.c.* scisiae (i *pr. m2*) *D* scissiae *Ma.c.* sysciae *Np.c.* 7 illir. *CDVS,Ua.c.* hillir. *EO* ilir. *N* yllir. *Up.c.* yillyr. (y *pr. paene eras.*) *M* 8 urguebat *U,Sa.c.* ditionibus *CPO* 10 inlustrare *O* 13 negant *B* 14 limphis *VO* lymphis *PMSU* 15 gurgis *B,Va.c.* 19 aeque (*s.* s. quia) *E* 20 uiuida *U,Va.r.*

Summo pontis ab ardui
sanctae plebis episcopus
in praeceps fluuio datur
suspensum laqueo gerens
ingentis lapidem molae.

Deiectum placidissimo
amnis uertice suscipit
nec mergi patitur sibi
miris uasta natatibus
saxi pondera sustinens.

Spectant eminus e solo
doctorem pauidi greges;
nam Christi populus frequens
riparum sinuamina
stipato agmine saepserat.

Sed Quirinus, ut eminens
os circumtulit, heu, suos
exemplo trepidos uidet;
nil ipse proprii memor
inter stagna periculi

confirmat pia pectora
uerbis mitificis rogans,
ne quem talia terreant
neu constans titubet fides
aut poenam putet emori.

Dicentem fluitantibus
amnis terga uehunt uadis
nec substrata profunditas
saxoque et laqueo et uiro
audet sponte dehiscere.

Def. A 24 suspensus *Np.c.m2* 27 uortice *DO* 32 gregis *Pa.c.Ep.c.* 35 saepserat *cum BV* 36 eminus *Dp.c.m2* 38 extemplo *Dressel* 42 mitiferis *B* mirificis *S* 44 heu *M* 45 potet *M,S* (*ex* potat) putat *Da.c.* 47 uadis (*mg.* uadum) *P* 48 substracta *Va.c.Sp.c.*

Sensit martyr episcopus
iam partam sibi praeripi
palmam mortis et exitus
ascensumque negarier
55 aeterni ad solium patris:

'Hisu cunctipotens', ait,
'haudquaquam tibi gloria
haec est insolita aut noua
calcare fremitum maris
60 prona et flumina sistere.

Scimus discipulum Petrum,
cum uestigia tingueret
mortali trepidus pede,
dextrae subsidio tuae
65 subiecisse salum solo;

Iordanem quoque nouimus
tortis uerticibus uagum,
dum fertur rapido impetu,
ad fontem refluis retro
70 confugisse meatibus.

Haec miracula sunt tuae
uirtutis, domine, ut, modo
suspendar leue praenatans,
summo gurgite fluminis
75 cum collo scopulum traham.

Iam plenus titulus tui est
et uis prodita nominis,

61 cf. Matth. 14, 29—31 66 Ios. 3, 13—17

Def. A 52 paratam *BM,Sa.r.* 56 hiesu *B* ihū *cet.* (*cf. C I 81*) 57 hautquaquam *BU* autquaquam *Na.c.m2Sa.c.* haud quamquam *M,PEa.r.* audquaquam (h *s.* au) *Sp.c.* 60 poena *B* 66 iordanen *Sp.r.* 67 uorticibus *DOS,CUp.c.Np.c.m2* 71 haec et *Va.c.* 73 suspendor *BVN, PEa.c.* 76 tam *M* iam (*mg.* tam) *C* iam (ia *in ras.*) *S*

quam gentilis hebet stupor:
absoluas, precor, optime,
80 huius nunc animae moras.

Quid possis, probat amnicus,
qui uectat silicem, liquor.
hoc iam, quod superest, cedo,
quo nil est pretiosius,
85 pro te, Christe deus, mori!'

Orantem simul halitus
et uox deserit et calor,
scandit spiritus ardua,
fit pondus graue saxeum,
90 corpus suscipiunt aquae.

VIII.

DE LOCO, IN QUO MARTYRES PASSI SUNT, NUNC BAPTISTERIUM EST CALAGURRI.

Electus Christo locus est, ubi corda probata
prouehat ad caelum sanguine, purget aqua.
Hic duo purpureum domini pro nomine caesi
martyrium pulchra morte tulere uiri.
5 Hic etiam liquido fluit indulgentia fonte

Def. A; BU in hymno VIII 78 qua *U* hebet (*pro* habet) *cum BMSU,Ea.c.* 79 praecor *B* obtime *V,Da.c.* 81 possit *M,Sa.c.* 82 quid *Ba.r.* 83 cede *DO,Cp.c.* 84 quod *VPEa.c.* nihil *BVOS,Ea.r.* praet. *B* praed. *M* 86 alitus *S,NMa.c.* *u. 90 om. V, add. mg.* *post u. 90* expl. amen *S* finit *PM; de subscriptionibus in BVN cf. inscr. hymni IX*

incipit (*om. CDPE*) de loco in quo martyres passi sunt nunc bap-(b *D*)tisterium est calagurri (calagorra *CPE*)*CDPEO* incipit de loco in quo marty(i *V*)res passi sunt nunc bap(b *V*)tisterium est *VNS* de loco in quo martyres passi sunt et nunc baptisterium est *M; hymnus deest in BU*

1 est *om. PE* (*in Es.* hic) 2 proueat *DNS,VMa.c.* 3 sic *D* 4 pulcra *N*

ac ueteres maculas diluit amne nouo.
Qui cupit aeternum caeli conscendere regnum,
huc ueniat sitiens, ecce parata uia est.
Ante coronati scandebant ardua testes
10 atria, nunc lotae celsa petunt animae.
Spiritus aeterno solitus descendere lapsu,
ut dederat palmam, sic tribuit ueniam.
Haurit terra sacros aut fonte aut sanguine rores
exundatque suo iugiter uda deo.
15 Ipse loci est dominus, laterum cui uulnere utroque
hinc cruor effusus fluxit et inde latex.
Ibitis hinc, ut quisque potest, per uulnera Christi
euectus gladiis alter et alter aquis.

IX.

PASSIO SANCTI CASSIANI FOROCORNELIENSIS.

Sylla Forum statuit Cornelius; hoc Itali urbem
uocant ab ipso conditoris nomine.
Hic mihi, cum peterem te, rerum maxima Roma,
spes est oborta prosperum Christum fore.
5 Stratus humi tumulo aduoluebar, quem sacer ornat
martyr dicato Cassianus corpore.

15 cf. Ioh. 19, 34

Def. A; BU in hymno VIII 6 diluit *om. S* deluit *CDO,Na.c.* 8 ueniet *V* 11 aethereo *Dressel et alii e cod. Prag. uniu. VIII 4. 4, Monac. 14395, Vat. 3860* aeterno *codd. nostri* labsu *N* 12 palpam *CD,Ea.c.Pmg.* 13 aurit *V* alit (l *in ras.; mg.* l haurit) *S* 14 unda *CDPEMOS,Np.c.* 15 lateris *O* uulnere utrumque *O* uulnere dextri (nere dextri *in ras.*) *V* *post u. 18:* finit amen *S*

finit passio quirini incipit passio (sancti *add. B*) cassiani forocorneliensis (foro corneliensis *V,N* [*pr.* e *ex* i]) *BVN* passio cassiani foro corne[i *CPE*]liensis *CDPE* incipit (*om. MO*) passio sancti cassiani forocorneliensis (foro corneliensis *O* foro corneliensi* *S* in foro corneliensis *U*)*MOSU; def. A*

1 silla *U* 2 uocitant *B* uocauit *O* 6 casianus *O*

Dum lacrimans mecum reputo mea uulnera et omnes
uitae labores ac dolorum acumina,
erexi ad caelum faciem, stetit obuia contra
fucis colorum picta imago martyris
plagas mille gerens, totos lacerata per artus,
ruptam minutis praeferens punctis cutem.
Innumeri circum pueri — miserabile uisu —
confossa paruis membra figebant stilis,
unde pugillares soliti percurrere ceras
scholare murmur adnotantes scripserant.
Aedituus consultus ait: 'quod prospicis, hospes,
non est inanis aut anilis fabula;
historiam pictura refert, quae tradita libris
ueram uetusti temporis monstrat fidem.
Praefuerat studiis puerilibus et grege multo
saeptus magister litterarum sederat,
uerba notis breuibus conprendere cuncta peritus
raptimque punctis dicta praepetibus sequi.
Aspera nonnumquam praecepta et tristia uisa
inpube uulgus mouerant ira et metu;
doctor amarus enim discenti semper efybo
nec dulcis ulli disciplina infantiae est.
Ecce fidem quatiens tempestas saeua premebat
plebem dicatam christianae gloriae.
Extrahitur coetu e medio moderator alumni
gregis, quod aris supplicare spreuerat.
Poenarum artifici quaerenti, quod genus artis
uir nosset alto tam rebellis spiritu,
respondent: 'agmen tenerum ac puerile gubernat
fictis notare uerba signis inbuens.'

Def. A *inter 8 et 9 imago picta in U* 9 aciem *C,Da.c.m2* faciem (fa *in ras.*) *S* 13 puer *B* 15 pugellares *B* 16 schol. *N* scol. *cet.* scribserant *BU* scripserunt *O* 17 prospices *B* hospis *PEa.c.m2* 19 hyst. *MSU* 21 pueribus *VEa.c.* 22 literarum *U* 23 brebibus *B* conprehendere *NS* 25 uisa] iussa *PESp.c.* uisa (*s.* iussa) *U* 26 irae metu *M* 27 efybo *Na.c.m2* efibo *Va.c.* aefebo *E* *efebo *P* e*febo *D* efebo *C,Vp.c.* effebo *O* efhobeo *B* ephaebo *U* ephebo *MS* 31 extruitur *V* (extraitur *p.c.m2*) e *om. P* 34 rebelli *B,Va.c.Np.r.* 36 dictis *M*

'Ducite', conclamat, 'captiuum ducite, et ultro
donetur ipsis uerberator paruulis.
Vt libet, inludant, lacerent inpune manusque
tinguant magistri feriatas sanguine;
ludum discipulis uolupe est ut praebeat ipse
doctor seuerus, quos nimis coercuit.'
Vincitur post terga manus spoliatus amictu,
adest acutis agmen armatum stilis.
Quantum quisque odii tacita conceperat ira,
effundit ardens felle tandem libero.
Coniciunt alii fragiles inque ora tabellas
frangunt, relisa fronte lignum dissilit,
buxa crepant cerata genis inpacta cruentis
rubetque ab ictu curta et umens pagina.
Inde alii stimulos et acumina ferrea uibrant,
qua parte aratis cera sulcis scribitur,
et qua secti apices abolentur et aequoris hyrti
rursus nitescens innouatur area.
Hinc foditur Christi confessor et inde secatur,
pars uiscus intrat molle, pars scindit cutem.
Omnia membra manus pariter fixere ducentae
totidemque guttae uulnerum stillant simul.
Maior tortor erat, qui summa pupugerat infans,
quam qui profunda perforarat uiscera,
ille leuis, quoniam percussor morte negata
saeuire solis scit dolorum spiculis,
hic, quanto interius uitalia condita pulsat,

Def. A 37 docite *B* *priore loco* 38 ipsi* *P* 41 ludus *Np.c.m2* uolupe est] uolo sese (sese *in ras. s. m2* l per se) *S* uolo per se (*s.* uolupe est) *U* ***est (*s. ras.* uolupe) *M* 42 ductor *B* minis *C*(*corr. mg.*) *Np.c.* cohercuit *NPEOS* cohescuit *B* 43 post*terga *P* posterga *V,Na.c.* post terga* (a *in ras.*) *S* 46 effudit *CDSU,Np.r.* tantum *Dp.c.m2* 47 ore *U* 50 curta et humens *V,P* (*ex* curtaetumens) curta tumens *DO* curta*tumens *C* curuatumens *NU* curtetumens *Ea.c.* (*s.* etum *add. m2* a l ue) curua et umens *S* (*ex* curua tumens *m2*) chartae etumens *B* 52 caera sulcis *VSU* ceras ulcis *Na.c.* cerasusulcis *O* 53 apisces *B,Na.r.* hirti *B,Va.c.* 58 totidem *O* 61 percursor *PE* 62 soliscit *Da.c.m2* solescit *OSU* (*in U s.* l solis scit) saeuis scit *M*

plus dat medellae, dum necem prope applicat.
65 'Este, precor, fortes et uincite uiribus annos,
quod defit aeuo, suppleat crudelitas!'
Sed male conatus tener infirmusque laborat,
tormenta crescunt, dum fatiscit carnifex.
'Quid gemis?' exclamat quidam, 'tute ipse magister
70 istud dedisti ferrum et armasti manus.
Reddimus ecce tibi tam milia multa notarum,
quam stando, flendo te docente excepimus.
Non potes irasci, quod scribimus; ipse iubebas,
numquam quietum dextera ut ferret stilum.
75 Non petimus totiens te praeceptore negatas,
auare doctor, iam scholarum ferias.
Pangere puncta libet sulcisque intexere sulcos,
flexas catenis inpedire uirgulas.
Emendes licet inspectos longo ordine uersus,
80 mendosa forte si quid errauit manus,
exerce imperium, ius est tibi plectere culpam,
si quis tuorum te notauit segnius.'
Talia ludebant pueri per membra magistri
nec longa fessum poena soluebat uirum.
85 Tandem luctantis miseratus ab aethere Christus
iubet resolui pectoris ligamina
difficilesque moras animae ac retinacula uitae
relaxat artas et latebras expedit.
Sanguis ab interno uenarum fonte patentes
90 uias secutus deserit praecordia
totque foraminibus penetrati corporis exit
fibrarum anhelans ille uitalis calor.
'Haec sunt, quae liquidis expressa coloribus, hospes,
miraris, ista est Cassiani gloria.

Def. A 64 medelae *CPOSU,Np.c.m2* 66 quos *C* 67 tenor *Bp.c.* 68 fatescit *CD,VPSOa.c.Ep.c.* 72 standoeflendo *B* stando et flendo (et *s. m2*) *V* excipimus *B,Na.c.* 73 scrips. (*s.* scrib.) *C* uidebas (*mg.* iubebas) *C* 74 dextera (in *s.*) *O* utfere *B* ut ferre (t *s.*) *S* ferre *CDPEMO* 75 praecepitore *B* 76 schol. *PE,Vp.c.* scol. *cet.* 77 pungere *DV* pingere *CEp.c.* p*ngere *S* 85 luctantem *M,Np.c.m2* 88 artus *CDPO, Va.c.* expellit *O* 90 securus *D,CPa.c.* 93 hospis *B*

95 Suggere, si quod habes iustum uel amabile uotum,
spes si qua tibi est, si quid intus aestuas!
Audit, crede, preces martyr prosperrimus omnes
ratasque reddit, quas uidet probabiles.'
Pareo: conplector tumulum, lacrimas quoque fundo,
100 altar tepescit ore, saxum pectore.
Tunc arcana mei percenseo cuncta laboris,
tunc, quod petebam, quod timebam, murmuro:
et post terga domum dubia sub sorte relictam
et spem futuri forte nutantem boni.
105 Audior, urbem adeo, dextris successibus utor,
domum reuertor, Cassianum praedico.

X.

SANCTI ROMANI MARTYRIS CONTRA GENTILES DICTA.

Romane, Christi fortis adsertor dei,
elinguis oris organum fautor moue,
largire comptum carmen infantissimo,
fac ut tuarum mira laudum concinam!
5 nam scis et ipse posse mutos eloqui.

Plectrum palati et faucium saeuus tibi
tortor reuulsit nec tamen silentium

Def. A 95 siquid *NSp.c.* 97 prosperimus *VNEa.c.* 98 uiles *add. ante* ratasque *N* reddet *DOS,Cp.c.* 99 conplector *cum NEMU* 101 archana *CDVPEOU* 102 murmoro *B* 103 posterga *VP* post erga *Na.c.* *post u. 106:* finit amen *S* explicit *V* exp̄. passio sancti cassiani inp̄. liber apothesis *B* finit (*m2*) *passio (sc̄i *s. m2*) cassiani incipit de loco in quo martyres passi sunt (ubi *s. m2*) nunc baptisterium est *N* finit cathemerinon incipit apostheoses sancti romani martyris contra gentiles dicta opuscula aurelii prudenti clementis metro iambico senario *B* aur̄. prudentii clementis ū. c̄. finit contra symmachum liber II. incipit eiusdem romanus contra gentiles *V* hinc eiusdem romanus (romani *p. c.*) contra gentiles *N* incipit prudentii clementis (cum cum *add. O*) de sancto romano martyre (et *s. S*) eiusdem (isdem *O*) romanus contra gentiles *OS* incipit romanus prudentii contra gentiles *U* incipit romanus *CE* passio romani martyris *P; nulla inscriptio in M,D* (*add. m2:* inc. lib. III aurelii prudentii de passione beati romani contra gentes) 1 adsetor *Ba.c.* 3 infandissimo *C,Da.c.m2* 7 euulsit *P,CDmg.*

indixit ori, quo fatebaris deum.
uox ueritatis testis extingui nequit,
10 nec si recisis palpitet meatibus.

Sic noster haerens sermo lingua debili
balbutit et modis laborat absonis,
sed si superno rore respergas iecur
et spiritali lacte pectus inriges,
15 uox inpeditos rauca laxabit sonos.

Euangelista scripsit ipsum talia
praecepta Messian dedisse apostolis:
'nolite uerba, cum sacramentum meum
erit canendum, prouidenter quaerere,
20 ego inparatis quae loquantur suggeram'.

Sum mutus ipse, sed potens facundiae
mea lingua Christus luculente disseret.
ipse explicabit, quos supremo spiritu
daemon tumultus, dum domatur, mouerit,
25 furore pestis peior in nouissimo.

Sic uulneratus anguis ictu spiculi
ferrum remordet et dolore saeuior
quassando pressis inmoratur dentibus,
hastile fixum sed manet profundius
30 nec cassa sentit morsuum pericula.

Galerius orbis forte Romani statum
ductor regebat, ut refert antiquitas,
inmitis, atrox, asper, inplacabilis.

16 cf. Matth. 10, 19

Def. A 11 linguae *CPOU,Da.r.* lingue *E* 12 balbuttit *NPESU,Dmg.* balbut*it (t *s. ras.*) *B* 13 respargas *CDU* respersas *Ea.c.* spergas *Pa.c.* spargas *Pp.c.m2* iecor *B,VNa.c.* 15 impeditos *CDBVP* balabit *B* sonus *M* 16 scribit *B* 17 messiam *U,Dp.c.m2* 22 luculenter *OSU,DBp.c.m2Np.c.* disserit *DPM,Ca.c.VEp.c.* deserit *Ea.c.* 23 explicauit *CD* spiritum *Dressel, falso V teste usus* 24 dem. *VNOS* doem. *U* 28 praesis *B* imm. *CDP* 30 morsum *D* *post u. 30 man. al. antiqua litt. unc. mg.*: explicit praefatio. incipit passio *B; series punctorum (. . . . .) in M* 31 urbis *O,Sa.c.* orbis (*s. l* urbis) *U* romani (i *in ras.*) *C* romanae *O* statutum *B* 33 immitis *DP* implacabilis *CVP*

edicta late mundum in omnem miserat:
35 Christum negaret, quisque mallet uiuere.

Haec ille serpens ore dictat regio,
qui mortuorum de sepulcris exiens
clamat: 'quid ante tempus aduentu cito
mea regna soluis? parce, fili altissimi,
40 uel possidere corda porcorum iube!'

Praefectus istis inminens negotiis
Asclepiades ire mandat milites
ecclesiasten usque de sacrariis
raptare plebem mancipandam uinculis,
45 ni disciplinam Nazarenam respuat.

Mox ipse templum cogitans inrumpere
et dissipare sancta sanctorum studens
armis profanus praeparabat inpiis
altaris aram funditus pessum dare
50 foresque et ipsas in ruinam soluere.

Praecurrit index his repente cognitis
Romanus acris heros excellentiae,
uenire in armis perduelles nuntiat
animos pauentum praestruens hortatibus,
55 stent ut parati neue cedant turbini.

Conspirat uno foederatus spiritu
grex christianus, agmen inperterritum
matrum, uirorum, paruulorum, uirginum;
fixa et statuta est omnibus sententia
60 fidem tueri uel libenter emori.

37 cf. Matth. 8, 29. 31

Def. A 36 legio (*cf. Marc. 5,9*) *S,U*(*s.* l regio) sepulcris *cum M* 38 clamabat *O,Sa.r.* 41 imm. *PO* 43 eclesiastenusque *B* eclesiastenus que *Na.c.m2* eclesiatenusque *Np.c.m2* ecclesia*tenusque *V* ecclesias tenusque *O* ecclesiatenusque *U* ecclesiamtenus (ecclesia*tenus *P*) ac *PE* ecclesiastenus (ecclesiatenus *C*) ac *CD* eclesia*tenus ac *S* 48 inpiis *cum MU,Na.c.m2* 50 etipsasetin *Ba.c.* 51 index] edes *M* 52 romanusacrae *Pa.c.Ep.c.* romanus sacrae *DO,CPp.c.* 54 ortatibus *VN* 57 imperterritum *P* 58 paruolorum *D* 59 est *om. B, s. m2*

Refert repulsus miles ad subsellia
plebis rebellis esse Romanum ducem,
flagrare cunctos peruicaci audacia,
iugulos retectos obstinate opponere,
65 quo gloriosa morte fortes oppetant.

Praeceps iubetur inde Romanus rapi
solusque ut incitator et fax omnium
pro contumaci plebe causam dicere.
it non resistens seque uinciri petit
70 flexas et ultro torquet in tergum manus.

Amor coronae paene praeuenit trucem
lictoris artem sponte nudas offerens
costas bisulcis exsecandas ungulis.
inrumpit altum limen et praeconibus
75 stupore mutis ipse tortorem trahit.

Adstanti ob ora sic tyrannus incipit:
'infame monstrum, uilis, intestabilis
tu uentilator urbis et uulgi leuis
procella mentes inquietas mobiles,
80 ne se inperita turba dedat legibus.

Populare quiddam sub colore gloriae
inlitterata credidit frequentia,
ut se per aeuum consecrandos autument,
si bella diuis ceu gigantes inferant
85 uictique flammis obruantur montium.

Hoc tu parasti, perdite, spectaculum
cladis cruentae denecandis ciuibus,
quos ut profanos inpiati et saeculi
reos necesse est te magistro interfici,
90 tu causa mortis, tu malorum signifer.

Def. A 67 ut *eras. E, om. P, in ras. O* 71 paenae *BO* poenae *U* poene *V*(*mg.* al. prope) *S* poena *C,D*(*s.* l prope) 73 exec*andas *P* 74 inrupit (*an* inrupit?) *V* 75 ipso *B* 76 adstante *Pp.c.* asstanti *U* adstanti (t *alt. in ras.*) *V* astanti *P* 80 imp. *CDVP* 83 autumant *Vp.c.* 87 denecan*is (d *s. ras.*, i *in ras.*) *N* denegandis *MSa.c.* 88 impiati *CDB* et *om. CDP, eras. E*

Ni fallor, aequum est, ut, quod auctor inprobus
tolerare multos conpulisti ut carnifex,
in te recurrat proque tantis caedibus,
quae mox futurae, primus exitium luas
95 feras et ipse, quod ferendum suaseras.'

His ille contra reddit ore libero:
'amplector, o praefecte, nec me subtraho,
ut pro fideli plebe solus inmoler
dignus subire cuncta, si me consulis,
100 quaecumque uestra iusserit crudelitas.

Intrare seruis idolorum ac daemonum
sanctam salutis non licet nostrae domum,
ne polluatur purus orandi locus;
confido sancto in spiritu numquam tibi
105 dandum, ut beatum limen attingas pede,

nisi forte noster factus in nostrum gregem
mereare sumi, quod pater faxit deus.'
incensus his Asclepiades iusserat
euiscerandum corpus eculeo eminus
110 pendere et uncis uinculisque crescere.

Apparitores sed furenti suggerunt
illum uetusta nobilem prosapia
meritisque multis esse primum ciuium.
iubet amoueri noxialem stipitem,
115 plebeia clarum poena ne damnet uirum.

'Tundatur', inquit, 'terga crebris ictibus
plumboque ceruix uerberata extuberet.

Def. A 91 ut *om. N* improbus *CDVNP* 92 compulisti *CDBPS* ut *eras. D, del. V* 94 quo *D* 96 his] haec *Np.c.m2* (*ex* hic) redit ore *CDO* redditure *NE* 98 inmoler *cum E* 99 consulas *U,Sp.c.* 100 iusserat *O,Pa.c.* 101 doem. *U* dem. *VO* 104 in sancto spiritu *DPOS,E* (in *m2*) in sco* spu (co *in ras.*) *C* sancto spiritu *U* 105 limem *CD* adtingas *VE,Na.c.* 106 ni *U,NSp.r.* 107 merearesum (*mg.* l merearis) *Pa.c.* merearis uni (*s.* meretur sumi) *E* meretur uni *C* mereare summi (eare summ *in ras.*) *D* 110 pandere *CD* ungulisque *U* 115 plebea *M* 116 tundantur *CD,Ba.c.* tendantur *Bp.c.* inquid *Sa.c.* tergum *OSU* 117 extuberat *P*

persona quaeque conpetenter plectitur
magnique refert, uilis an sit nobilis;
120 gradu reorum forma tormentis datur.'

Pulsatus ergo martyr illa grandine
postquam inter ictus dixit hymnum plumbeos,
erectus infit: 'absit, ut me nobilem
sanguis parentum praestet aut lex curiae;
125 generosa Christi secta nobilitat uiros.

Si, prima nostris quae sit incunabulis
origo, textu stemmatis recenseas,
dei parentis esse ab ore coepimus.
cui quisque seruit, ille uere est nobilis,
130 patri rebellis inuenitur degener.

Honos deinde stemmati accedit nouus
et splendor ingens ut magistratus uenit,
si confitendi nominis testem probum
signent inusta ferri et ignis uulnera
135 et uim dolorum mors sequatur inclyta.

Caue, benignus esse peruerse uelis,
nec mi remissus leniter peperceris;
incumbe membris, tortor, ut sim nobilis!
his ampliatus si fruar successibus,
140 genus patris matrisque flocci fecero.

Haec ipsa uestra dignitatum culmina
quid esse censes? nonne cursim transeunt
fasces, secures, sella, praetextae togae,
lictor, tribunal et trecenta insignia,
145 quibus tumetis moxque detumescitis?

Def. A 118 compet. *CDBPS* 120 formator mentis *CNVE,Da.c.* 122 ymnum *PESU* 126 nostri *B* 131 honor *CDPE* 133 sic *CD* 135 inclita *VNSU* 136 peruersibilis *SU,N* (ibilis *in ras.*) *Cmg.* peruerse ueli *Pa.c.* per se uelis *CDa.c.* 137 mire missus *DE,CVa.c.* 143 sellae *SU* praetexta togae *OS* prae texta* togae *D* praetexta et togae *B,Na.c.m2* praetextaerogae (t *add. s.* ro) *P* 144 et] haec *CVPE,Da.c.m2* ingentia (*s. m. saec. IX—X* ł insignia) *B*

Cum consulatum initis, ut uernae solent —
pudet fateri — farre pullos pascitis;
aquila ex eburna sumit adrogantiam
gestator eius ac superbit beluae
150 inflatus osse, cui figura est alitis.

Iam si sub aris ad sigillorum pedes
iaceatis infra sectilem quercum siti,
quid esse uobis aestimem proiectius?
nudare plantas ante carpentum scio
155 proceres togatos matris Ideae sacris.

Lapis nigellus euehendus essedo
muliebris oris clausus argento sedet,
quem dum ad lauacrum praeeundo ducitis
pedes remotis atterentes calceis,
160 Almonis usque peruenitis riuulum.

Quid illa turpis pompa? nempe ignobiles
uos esse monstrat, cum luperci curritis.
quem seruulorum non rear uilissimum,
nudus plateas si per omnes cursitans
165 pulset puellas uerbere ictas ludicro?

Miseret tuorum me sacrorum et principum
morumque, Roma, saeculi summum caput.
age, explicemus, si placet, mysteria,
praefecte, uestra: iam necesse est audias,
170 nolis uelisne, quid colatis sordium.

Nec terret ista, qua tumes, uaesania,
quod uultuosus, quod supinus, quod rigens
tormenta leti comminaris asperi;
si me mouere rebus ullis niteris,
175 ratione mecum, non furore, dimica!

Def. A 155 matri sideae *CD* matris idaeae *N* matris* deae *S* 156 esseda *O*, *Dp.c.*(*mg.* essedo) *VPSp.c.* 159 adterentes *VO* aterentes *Na.c.* calcis *Up.c.* 166 miser et *CDV,NPa.c.* me] et *S* et] ac *U* 170 no*lis *DP* nobilis *C,Ea.c.* colitis *CD* 171 ne *PE* .tumis *Ba.c.m2Na.c.* uesania *VEMOSU* 173 laeti *Ea.c.* loeti *POU,Np.c.m2* *DESp.c.* *eti *C* comminaris *VE,Na.c.*

Iubes, relictis patris et Christi sacris
ut tecum adorem feminas mille ac mares,
deas deosque deque sexu duplici
natos, nepotes, abnepotes, editos
180 et tot stuprorum sordidam prosapiam.

Nubunt puellae, saepe luduntur dolis,
amasionum conprimuntur fraudibus,
incesta feruent, furta moechorum calent,
fallit maritus, odit uxor paelicem,
185 deos catenae conligant adulteros.

Ostende, quaeso, quas ad aras praecipis
ueruece caeso fumet ut caespes meus?
Delfosne pergam? sed uetat palestrici
corrupta ephybi fama, quem uester deus
190 effeminauit gymnadis licentia.

Mox fleuit inpuratus occisum graui
disco et dicauit florulentum subcubam;
conductus idem pauit alienum pecus,
furem deinde perditi passus gregis
195 segnis bubulcus tela et ipsa perdidit.

An ad Cybebes ibo lucum pineum?
puer sed obstat gallus ob libidinem
per triste uulnus perque sectum dedecus

Def. A 177 ac mille mares *U,Sp.r.* ac mille matres *O,Sa.r.* mille*mares (*s. ras.* e, *mg.* ac mille matres) *C* mille*mares (ac *s.* mi; *mg.* ac mille matres) *D* 178 deos deasque *MU* de*sexu *S* sexu (*sine* de) *M* 180 ac tot (ac *in ras.*) *N* et (*s.* ac) tot *U* ut tot *V,D s. m2* prosapiem *O,Sa.c.* 184 p*aelicem *N* pelicem *VPOSU* pellicem *M* 185 catena *Sp.c.* 187 uerbece *BVM,SUp.c.* uerbice *Sa.c.* fumet (et *in ras. m2*) *N* fumat *S* caespis *B* cespes *CDPMOU* 188 delos ne *M* delphosne *U* uetant *CDPO,Ep.c.* 189 ephybi *B,Va.c.Na.c.m2* (corruptae) phybi *Ea.c.* (phebi *p.c.*) phebi *O* ephoebi *P* ephaebi *D* *ephaebi *C* ephebi *MSU,Vp.c.* aephebi *Np.c.m2* quam *S* 190 gymmadis (y *in ras.*, m *alt. in* n *corr.*) *C* gimnadis *V* 192 florulentem *S* florulentam *Up.c.* succubam *CDPEO, Np.c.* cucubam *S* subcubum (*s.* al. succubam) *U* 195 bulcus *V* 196 cybaebis *BEM* cybebis *Pp.c.* cybaelis *C* cybelis *DPa.c.N in ras. m2* cybeles *V,Dp.c.* cibeles *Sa.c.* cibelis *U,O* (l *ex* b) *Sp.c.* locum *CD* pyneum *P*

ab inpudicae tutus amplexu deae,
200 per multa Matri sacra plorandus spado.

Sed, credo, magni limen amplectar Iouis,
qui si citetur legibus uestris reus,
laqueis minacis implicatus Iuliae
luat seueram uictus et Scantiniam
205 te cognitore dignus ire in carcerem.

Quid, aureorum conditorem temporum
censes colendum? quem fugacem non negas
latuisse furtim, dum reformidat malum,
quem si beate uiuere audit Iuppiter,
210 plectat necesse est occulendi conscios.

Quid, inter aras dissidentum numinum
putas agendum? Martis indignabitur
offensa uirtus, si colatur Lemnius,
Iunonis iram sentiet, quisque ut deum
215 signo aut sacello consecrarit Herculem.

Dicis licenter haec poetas fingere,
sed sunt et ipsi talibus mysteriis
tecum dicati, quodque describunt, colunt.
tu cur piaclum tam libenter lectitas,
220 cur in theatris te uidente id plauditur?

Cygnus stuprator peccat inter pulpita,
saltat Tonantem tauricornem ludius,
spectator horum pontifex summus sedes
ridesque et ipse nec negando diluis,
225 cum fama tanti polluatur numinis.

Def. A, B a u. 206 200 permulta *CDBNPEOSU* matris sacra *OSU* plorandos *Up.c.* 201 lumen *M* 202 reus (*mg.* 1 deus) *N* inplic. *O,Na.c.* 204 luet *O,DVPp.c.m2* uinctus *CDP,Ep.c.* scatiniam *M,Vp.r.* *u. 206—453 desunt in B (m. saec. IX—X suppleti)* 211 dissidentium *P* discidentum *V* 215 consecraret *Sa.c.Na.c.m2* 216 dices *O* 218 discribunt *CDNESU, Pa.c.m2* 219 cur pia dum *E* turpia dum *CDP* piaculum *O* legitas *S* 221 cignus *VU* cycnus *Na.c.m2* cychnus *O* 222 salua *M* ċonantem *S* (m *s.* n *pr.*) comantem *Us.* lydius *CDPEMO* lidius *SU, Vp.r.* 224 deluis *CDO,VNPp.c.m2*

Cur tu, sacrate, per cachinnos solueris,
cum se maritum fingit Alcmenae deus?
meretrix Adonem uulneratum scaenica
libidinoso plangit adfectu palam,
230 nec te lupanar Cypridis sanctae mouet?

Quid, quod sub ipsis ueritas signis patet,
formata in aere criminum uestigiis?
quid uult sigillum semper adfixum Ioui
auis ministrae? nempe uelox armiger
235 leno, exoletum qui tyranno pertulit.

Facem recincta ueste praetendit Ceres:
cur, si deorum nemo rapuit uirginem,
quam nocte quaerens mater errat peruigil?
fusos rotantem cernimus Tirintium:
240 cur, si Neaerae non fuit ludibrio?

Quid, rusticorum monstra detester deum,
Faunos, Priapos, fistularum praesides,
nymfas natantes incolasque aquatiles,
sitas sub alto more ranarum lacu,
245 diuinitatis ius in algis uilibus?

Ad haec colenda me uocas, censor bone?
potesne quidquam tale, si sanum sapis,
sanctum putare? nonne pulmonem mouet
derisus istas intuens ineptias,
250 quas uinolentae somniis fingunt anus?

Aut si, quod usquam est uanitatis mysticae,
nobis colendum est, ipse primus incipe.
promisce adora, quidquid in terris sacri est,

Def. AB 226 chachinnos *S* cacinnos *E* 228 spadonem *COS,D* (sp. *add. m2; s. l* adonem), *Nmg.m2Umg.* scaenica *cum CDN* 229 adf. *cum Na.c.m2* 233 uexillum *M* 239 tirintium *CDPE* tyrintium *V,Na.c.m2* tyrinth. *M, Np.c.m2* thyrint. *O* thyrinth. *U* thyrinthyum *S* 240 sine aere *CNEMSU, DVPa.c.* sine *erae *O* si neaere *VPp.c.* 241 detestor *U* 243 nimfas *V* nymphas *OU* 246 colendam euocas *CD,Ea.c.* colenda euocas *P,Ep.c.* 247 potesne quicquam *PMOU* potes nequicquam *CD,VSa.c.,N*(c *ex* d *m2*) 250 uinulentae *S,VNa.c.* 251 siquid *D,Cp.c.* est *om. DS* 252 primum *O* 253 promiscue *CD*(*mg. l* promisce), *OSU,Np.c.* quidquid *cum Na.c.m2*

deos Latinos et deos Aegyptios,
255 quis Roma libat, quis Canopus supplicat.

Venerem precaris, conprecare et simiam;
placet sacratus aspis Aesculapii:
crocodillus, ibis et canis cur displicent?
adpone porris religiosas arulas,
260 uenerare acerbum caepe, mordax allium.

Fuliginosi ture placantur lares
et respuuntur consecrata holuscula?
aut unde maior esse maiestas focis
quam nata in hortis sarculatis creditur,
265 si numen ollis, numen et porris inest?

Sed pulchra res est forma in aere sculptilis:
quid inprecabor officinis Graeciae,
quae condiderunt gentibus stultis deos?
forceps Mironis, malleus Polycliti
270 natura uestrum est atque origo caelitum.

Ars seminandis efficax erroribus
barbam rigentem dum Iouis circumplicat,
dum defluentem leniter flectens comam
limat capillos et corimbos Liberi
275 et, dum Mineruae pectus hydris asperat,

iniecit atram territis formidinem,
ut fulmen aeris ceu Tonantis horreant,
tremant uenenum sibilantis Gorgonae,
putent ephybum post triumphos Indicos
280 ferire thyrso posse, cum sit ebrius.

Def. AB 255 libet *Na.c.* limat *Da.c.m2* 258 crocodilus *Sa.c.* crocodrilus *Sp.c.* corcodrillus *PO,Np.c.m2* cocodillus *Na.c.m2* ybis *CDPOU* *ybis *E* ibys *MS* canes *CDPEM,Vp.c.m2* 259 relegiosas *V* relligiosas *Up.c.* 260 caepe *cum CDVNPEU* alium *E,VPUa.c.Na.c.m2* *alium *S* (l *s.* li) hallium *Up.c.* 262 oluscula *O* 264 inortis *V,Ua.c.* 267 gratiae *CDE,P* (gretiae *p.c.*) 269 mironis *codd.* polyclyti *C,Pa.c. NEp.c.* policlyti *DV,NEa.c.* policliti *U* policleti *O* polycleti *Pp.c.* 270 adque *Na.c.* 274 corymbos *SU,Np.c.* lyberi *V* 275 ydris *OU* 279 putant *O,Ua.c.* ephoebum *OS* ephebum *MU,DVNPp.c.Cmg.* 280 feri *M* (feriri *p.c.*) tyrso *CDVPE,Sa.c.* hebrius *Ma.c.*

Tum quod Dianam molle succinctam uident,
uenantis arcum pertimescunt uirginis;
si forte uultum tristioris Herculis
liquore crispo massa finxit fusilis,
285 clauam minari, ni colatur, creditur.

Iam quis pauentum corda terror occupat,
Iunonis iram si polite expresserit?
uelut retortis intuens obtutibus
auertat ora de litantis hostia,
290 lapis seuera fronte mentitur minas.

Miror, quod ipsum non sacrastis Mentorem
nec templum et aras ipse Fidias habet,
fabri deorum uel parentes numinum,
qui si caminis institissent segnius,
295 non esset ullus Iuppiter conflatilis.

Non erubescis, stulte, pago dedite,
te tanta semper perdidisse obsonia,
quae dis ineptus obtulisti talibus,
quos trulla, peluis, cantharus, sartagines,
300 fracta et liquata contulerunt uascula?

Ignosco fatuis haec tamen uulgaribus,
quos lana terret discolora in stipite,
quos saepe falsus circulator decipit,
quibus omne sanctum est, quod pauendum rancidae
305 edentularum cantilenae suaserint;

Def. AB 281 succintam *CDE* 282 uirgines *M,EOa.c.* 285 claua *VNSUp.c.* 289 delitantis *CVPMOS,Na.c.Ep.c.* dilitantis *Ea.c.* 291 sacratis *MOSU* 292 fidius *N,SUp.c.m2* *post u. 294 repet. u. 268:* cum (cumque *CD*) condiderunt gentibus stultis deos *CDO,S* (stultis gentibus; *totus u. in ras.*) 298 diis *VOS,Up.c.* ineptas *Oa.c.* ineptos *C et fort. Da.c.* ineptis *Sa.c.* 299 cantarus *VOU* 301 ignosco fatuis (sco fatu *in ras.*) *C* ignofiat uis *CDmg.* 302 quos uerum latet qui fidunt in stipite *VPE, Umg.* quos uerum latet qui fidunt in stipite quos lana terret discolora in stipite *CD* discolor *U* discolor* *NS* 303 falsos *E,Pa.c.* salsus *CDM* 304 rancidae (*s. l* uanulae) *CD* raucidae *Sp.c.* uanulae *PEO*

uos eruditos miror et doctos uiros,
perpensa uitae quos gubernat regula,
nescire uel diuina uel mortalia
quo iure constent, quanta maiestas regat,
310 quidquid creatum est, quae creauit omnia.

Deus perennis, res inaestimabilis,
non cogitando, non uidendo clauditur,
excedit omnem mentis humanae modum
nec conprehendi uisibus nostris ualet
315 extraque et intus inplet ac superfluit.

Intemporalis, antequam primus dies,
esse et fuisse semper unus obtinet;
lux ipse uera ueri et auctor luminis,
cum lumen esset, lumen effudit suum,
320 ex luce fulgor natus hic est filius.

Vis una patris, uis et una est filii
unusque ab uno lumine splendor satus
pleno refulsit claritatis numine;
natura simplex pollet unius dei
325 et, quidquid usquam est, una uirtus condidit:

caelum solumque, uim marini gurgitis,
globos dierum noctiumque praesides,
uentos, procellas, fulgura, imbres, nubila,
septem triones, hesperos, aestus, niues,
330 fontes, pruinas et metalla et flumina;

praerupta, plana, montium conuallia,
feras, uolucres, reptiles, natatiles,
iumenta, pecua, subiugales, beluas,

314 cf. I Tim. 6, 16

Def. AB 307 perpensa (*mg.* al. repensa) *CD* 309 qui *E,Pa.c.* regat] edat *PEO,CDmg.* 310 (*et* 325) quidq. *cum Na.c.* quae] qui *CDE,Pa.c.m2* 314 conpr. *cum NE* 315 inplet *cum N* 317 optinet *PO,Np.c.m2* 318 ipsa *CDPE* 323 claritatis lumine *OSU* caritas nomine *M* 328 fulgora *CPE,Da.c.* hymbres *M* 329 septem trionis (i *alt. in* e *corr. m2*) *E* septentriones *POU* 333 pecuda *C,DSa.c.* pecudes *U* (*s.* pecua), *Sp.c.*

flores, frutecta, germina, herbas, arbores,
335 quae sunt odori quaeque uernant esui.

Haec non labore et arte molitus deus
sed iussione, quam potestas protulit,
mandauit esse; facta sunt, quae non erant,
uerbo creauit omniformem machinam,
340 uirtus paterna semper in uerbo fuit.

Cognostis ipsum, nunc colendi agnoscite
ritum modumque, quale sit templi genus,
quae dedicari sanxerit donaria,
quae uota poscat, quos sacerdotes uelit,
345 quod mandet illic nectar inmolarier.

Aedem sibi ipse mente in hominis condidit
uiuam, serenam, sensualem, flabilem,
solui incapacem posse nec distructilem,
pulchram, uenustam, praeminentem culmine,
350 discriminatis inlitam coloribus.

Illic sacerdos stat sacrato in limine
foresque primas uirgo custodit Fides,
innexa crines uinculis regalibus
poscit litari uictimas Christo et patri,
355 quas scit placere candidatas, simplices:

frontis pudorem, cordis innocentiam,
pacis quietem, castitatem corporis,
dei timorem, regulam scientiae,
ieiuniorum parcitatem sobriam,
360 spem non iacentem, semper et largam manum.

Ex his amoenus hostiis surgit uapor
uincens odorem balsami, turis, croci,

346 cf. I Cor. 3, 16. 6, 19. II Cor. 6, 16

Def. AB *inter uu. 334 et 335 unus uersus eras. C* uernant usui *Sa.c.* uernant esui (esui *in ras.*) *N* uernantes *O* 343 dedicaris auxerit *CE,Pa.c.m2* dedicaris anxerit *D* 345 mandat *SU* immol. *CDPOS* 348 destructilem *MO,NSp.c.m2* 349 praeminente *M* 351 sacrata limine *NPEM,Va.c.* sacrata in limine *CD,Vp.c.Sa.c.* 353 crinem *M* uinculisque *CD* 362 uincis *C,D*(*s. m2* ens) thuris *U*

auras madentes Persicorum aromatum,
sublatus inde caelum adusque tollitur
365 et prosperatum dulce delectat deum.

Hanc disciplinam quisquis infensus uetat,
uetat probatum uiuere et sanctum sequi,
uetat uigorem mentis alte intendere
nostrique acumen ignis ad terram uocat
370 nec excitari uim sinit prudentiae.

O mersa limo caecitas gentilium,
o carnulenta nationum pectora,
o spissus error, o tenebrosum genus
terris amicum, deditum cadaueri,
375 subiecta semper intuens, numquam supra!

Furorne summus ultima et dementia est
deos putare, qui creantur nuptiis,
rem spiritalem terrulente quaerere,
elementa mundi consecrare altaribus,
380 id, quod creatum est, conditorem credere,

deasceato supplicare stipiti,
uerris cruore scripta saxa spargere,
aras ofellis obsecrare bubulis,
homines fuisse cum scias, quos consecras,
385 urnas reorum morticinas lambere?

Desiste, iudex saeculi, tantum nefas
uiris iubere fortibusque et liberis!
nil est amore ueritatis celsius;
dei perennis nomen adserentibus
390 nihil pauori est, mors et ipsa subiacet.'

380 cf. Rom. 1, 25

Def. AB 375 supera *O* 376 et *om. CD* 378 terrulenter *O,Dp.c.m2* 379 elim. *PE* 380 creauit *C* (*mg.* l creatum est) *D* (*s.m2* l creatum est) 381 deasciato *U,NSp.c.* 383 offellis *POU,Ep.c.* obsecrari *Sp.c.* 385 urinas *C*(*mg.* l urnas), *Da.r.* ur*na (s *s.* a) *S* 389 numen *PEU, Np.c.* 389 asser. *VPMU* 390 nichil pauoris est *M* nihil est pauori *V* nil est pauori *U* nil pauori est *NS* et mors ipsa *CD*

Dudum coquebat disserente martyre
Asclepiades intus iram subdolam
stomachatus alto felle, dum longum silet
bilemque tectis concipit praecordiis,
395 tandem latentis uim furoris euomit:

'Pro Iuppiter! quid est, quod ex hoc audio?
stat inter aras et deorum imagines
et, quod fateri cogor, in medio foro
tacente memet ac perorat perditus,
400 quidquid sacrorum est ore foedans inpio.

O fas priorum, moris o prisci status!
inuenta regum pro salute publica
Pompiliorum nostra carpunt saecula.
quis hos sofistas error inuexit nouus,
405 qui non colendos esse diuos disputent?

Nunc dogma nobis christianum nascitur
post euolutos mille demum consules
ab urbe Roma, ne retexam Nestoras.
quidquid nouellum surgit, olim non fuit.
410 uis summa rerum nosse? Pyrram consule!

Vbi iste uester tunc erat summus deus,
diuum fauore cum puer Mauortius
fundaret arcem septicollem Romulus?
quod Roma pollet auspicato condita,
415 Ioui Statori debet et dis ceteris.

Hoc sanctum ab aeuo est, hoc ab atauis traditum:
placanda nobis pro triumphis principis
delubra, faustus ut secundet gloriam
procinctus utque subiugatis hostibus
420 ductor quietum frenet orbem legibus.

Def. *a u. 392 ad 759 def. M* 393 sthomacatus *CDE* 399 ac] hic *CDSO, AB,M Np.c.m2* 400.409 quidq. *et* inpis *cum Na.c.m2* 401 piorum *CDE a u. 392* mores *Np.c.m2* 404 sofistas *ES,Na.c.m2* sophitas *Va.c.* sophistas *cet.* 408 retextam *C,DNa.c.* 410 summam *DVPO* pyrra* *N* pirram *O* pyram *P* 415 caeteris *NPU* 416 auis *CPO,Da.c.m2Ep.c.* 417 triumphis *h. l. omnes codd.* 419 subiugalis *P*

Accingere ergo, quisquis es, nequissime,
pro principali rite nobiscum deos
orare uita uel, quod hostem publicum
pati necesse est, solue poenam sanguine:
425 spreuisse templa respuisse est principem.'

Tunc ille: 'Numquam pro salute et maximis
fortissimisque principis cohortibus
aliter precabor, quam fidele ut militent
Christique lymfis ut renascantur patri,
430 capiant et ipsum caelitus paraclitum,

ut idolorum respuant caliginem,
cernant ut illud lumen aeternae spei
non suculentis influens obtutibus
nec corporales per fenestras emicans,
435 puris sed intus quod relucet mentibus.

Pupilla carnis crassa crassum perspicit
et res caduca, quod resoluendum est, uidet,
liquidis uidendis aptus est animae liquor,
natura feruens sola feruentissimae
440 diuinitatis uim coruscantem capit.

Hoc, opto, lumen imperator nouerit
tuus meusque, si uelit fieri meus;
nam si resistit christiano nomini,
meus ille talis imperator non erit,
445 scelus iubenti, crede, numquam seruiam.'

'Statis, ministri?' clamitans iudex ait,
'statis manusque continetis uindices?
non rupta sulcis dissecatis uiscera,
animam nec intus abditam rimamini,
450 erumpit unde uox profana in principem?'

Def. *ABM* 421 nequissimus *P* 422 uobiscum *O* 425 est *om. S* principum *C*(*mg.* em) *PE,Da.c.* 429 lymphis *CDVPOU* l*phis *S* limfis *Na.c.* 430 paraclytum *CDEOSU* 432 ut] et *SU* ut *om. P, add. s.* spei aet. *OS* 433 succulentis *CDV* optutibus *NOU* 435 pluris *C,Da.r.* 439 feruentissime *CDVES* 443 resistat *O* 448 dissicatis *CD,Pa.c.m2*

Scindunt utrumque milites teterrimi
mucrone hiulco pensilis latus uiri,
sulcant per artus longa tractim uulnera,
obliqua rectis, recta transuersis secant
455 et iam retectis pectus albet ossibus.

Nitendo anhelant, diffluunt sudoribus,
cum sit quietus heros, in quem saeuiunt.
haec inter addit sponte Romanus loqui:
'si quaeris, o praefecte, uerum noscere,
460 hoc omne, quidquid lancinamur, non dolet.

Dolet, quod error pectori insedit tuo,
populos quod istos perditos tecum trahis.
currunt frequentes undique ad spectaculum,
gentile uulgus, heu, gemenda corpora,
465 crudumque nostrae sortis exemplum tremunt.

Audite cuncti, clamo longe ac praedico,
emitto uocem de catasta celsior:
Christus paternae gloriae splendor, deus,
rerum creator, noster idem particeps
470 spondet salutem perpetem credentibus,

animae salutem, sola quae non occidit,
sed iuge durans dispares casus subit:
aut luce fulget aut tenebris mergitur,
Christum secuta patris intrat gloriam,
475 disiuncta Christo mancipatur tartaro.

Curanda mercis qualitas, quaenam mihi
contingat olim perpetis substantiae;

468 cf. Col. 1, 15. 16. II Cor. 4, 4. 6 sq.

Def. AM,B usque ad u. 453 451 utrimque *CDp.c.* taeterrimi *V,Na.r.* *a u. 454 denuo incipit B* 454 retectis *N,Oa.c.* retecta *Oa.c.* tranuersis *CDB* 455 rectis *CD* 456 defluunt *P* 457 haeros *B* 458 addidit *CD* 460 hoc omne (*s.* al hoc in me) *V* quidq. *B,Na.r.* lacinamur *E,VPa.c.Np.c.m2 CDmg.* 461 insidet *Np.c.m2* 462 perditus *BN* perditum *V* tecum trahis perditos *OSU* 464 gemanda *CD,Pa.c.m2* 465 trahunt *U,S*(*s. m2* l tremunt) 470 spondit *CE,DPa.c.m2* perpetim *CDP* 472 dispare *CDSa.c.* 473 fulgit *B* 475 mancipato *C,Da.c.* 476 curandum *Sp.c.* tibi *Pa.c.* 477 dĩ (*s.* l olim) *S*

nam membra parui pendo, quo pacto cadant,
casura certe lege naturae suae.
480 instat ruina; quod resoluendum est, ruat.

Nec distat, ignis et fidiculae saeuiant,
an corpus aegrum languor asper torqueat,
cum saepe morbos maior armet saeuitia.
non ungularum tanta uis latus fodit,
485 mucrone quanto dira pulsat pleurisis,

nec sic inusta lamminis ardet cutis,
ut febris atro felle uenas exedit
uel summa pellis ignis obductus coquit
papulasque feruor aestuosus excitat:
490 credas cremari stridulis cauteribus.

Miserum putatis, quod retortis pendeo
extentus ulnis, quod reuelluntur pedes,
conpago neruis quod sonat crepantibus:
sic heiulantes ossa clamant diuidi,
495 nodosa torquet quos podagra et artrisis.

Horretis omnes hasce carnificum manus:
num mitiores sunt manus medentium,
laniena quando saeuit Hippocratica?
uiuum secatur uiscus et recens cruor
500 scalpella tinguit, dum putredo abraditur.

Putate ferrum triste chirurgos meis
inferre costis, quod secat salubriter;
non est amarum, quo reformatur salus:

Def. AM 479 certa *Up.c.* 480 ruit *Ba.c.* 481 ignes *OS,Ua.c.* fiduculae *B* 482 langor *CDV* 483 morbus *B* saeuitas *Dressel* (*non E*) 484 fodet *E,Pp.c.* fouet *CD,Pa.c.* 485 quanta *CDO,P*(*s.* l to) pleuresis *O,DVPp.c.* 486 iniusta *CD,Ea.c.* laminis *OS* 488 coquet *VNa.c.* 491 retorsis *P* 492 reueluntur *CD* 493 compago *BP* 493 crepitantibus *C,Da.c.* 494 eiulantes *VOSU,Na.c.* *post* eiul. *u. 536—537 inseruit S* uiuidi *Vp.c.* 495 artisis *B,Na.c.* artesis *Va.c.Np.c.* arthesis *OSU* artresis *CDPE,Vp.c.* 498 lamena (*s.* l laniena) *CD* lamina *Ua.c.* lammina *Sp.c.* hyppocr. *V* hyppogr. *B* hypocr. *OU* 500 scalpellum *O* scalpellam *D* putre *CD* 501 chirorgos *E,Pa.c.* chyrurgos *V* 503 quod *NPa.r.* q* (o *s. ras.*) *S*

uidentur isti carpere artus tabidos,
505 sed dant medellam rebus intus uiuidis.

Quis nescit autem, quanta corruptela sit
contaminatae carnis ac solubilis?
sordet, tumescit, liquitur, faetet, dolet,
inflatur ira, soluitur libidine,
510 plerumque felle tincta liuores trahit.

Aurum regestum nonne carni adquiritur?
inlusa uestis, gemma, bombyx, purpura
in carnis usum mille quaeruntur dolis,
luxus uorandi carnis aruinam fouet,
515 carnis uoluptas omne per nefas ruit.

Medere, quaeso, carnifex, tantis malis,
concide, carpe fomitem peccaminum,
fac, ut resecto debilis carnis situ
dolore ab omni mens supersit libera
520 nec gestet ultra, quod tyrannus amputet.

Nec terrearis turba circumstantium:
hoc perdo solum, quod peribit omnibus,
regi, clienti pauperique et diuiti.
sic uernularum, sic senatorum caro
525 tabescit, imo cum sepulcro condita est.

Iactura uilis mordet et damnum leue,
si, quo carendum est, perdere extimescimus.
cur, quod necesse est, non uoluntas occupat,
natura cur non uertit in rem gloriae?
530 legale damnum deputemus praemiis.

Def. AM 505 medelam *CDPOU,Np.r.* 507 contaminata *BNa.c.* 508 sordetumescit *CE,Pa.c.* loquitur *CDPa.c.* faetit *B* foetet *CDVP* fotet *EU* f(o)etet et *OS* 510 felle*tincta *S* (e *in ras.*), felle intincta *O* labores (*s. m2* l liuores) *S* 512 bombix *VOU* 520 ne *O,Ua.c.* 522 hoc per dolosum *E,PSa.c.* nec per dolosum *C,Da.c.* (*in utroque mg.* hoc) omnibus peribit *CD* 523 clyenti *D,Cp.c.* diuite *E,Pa.c.* 525 immo *VNa.c.* sepulcro *cum BN* 527 quod *CE,DPa.r.Np.c.* extimescimur *E* exgemescimus *S,CD* (*mg.* l extimescimur) 529 in rem] irem *E,Pa.c.*

Sed praemiorum forma quae sit fortibus,
uideamus, illa nempe, quae numquam perit.
caelo refusus subuolabit spiritus,
dei parentis perfruetur lumine
535 regnante Christo stans in arce regia.

Quandoque caelum ceu liber plicabitur,
cadet rotati solis in terram globus,
sferam ruina menstrualem distruet,
deus superstes solus et iusti simul
540 cum sempiternis permanebunt angelis.

Contemne praesens utile, o prudens homo,
quod terminandum, quod relinquendum est tibi,
omitte corpus, rem sepulcri et funeris,
tende ad futuram gloriam, perge ad deum,
545 agnosce, qui sis, uince mundum et saeculum!'

Vixdum elocutus martyr hanc peregerat
orationem, cum furens interserit
Asclepiades: 'uertat ictum carnifex
in os loquentis inque maxillas manum
550 sulcosque acutos et fidiculas transferat.

Verbositatis ipse rumpatur locus,
scaturrientes perdat ut loquacitas
sermonis auras perforatis follibus,
quibus sonandi nulla lex ponit modum;
555 ipsa et loquentis uerba torqueri uolo.'

Inplet iubentis dicta lictor inpius;
charaxat ambas ungulis scribentibus

536 cf. Apoc. 6, 14

Def. AM 532 ille *Vp.c.m2* 533 calorefusus *Va.c.m2* caelorefulsus *B* 535 regente *O* *u. 536—537 om. S* (*cf. u. 494*) 538 sferam *B* speram *PEOS,CDVU* (h *s.* pe) spera* (h *s.* pe *m2*; p *in ras.*) *N* distruet *B* destruit *Pa.c.m2* destr. *cet.* 539 superstis *E,Pa.c.* superste *Va.c.* 541 contempne *CDVPEU,Sa.c.* 543 sepulcri *cum N* 549 magnum *B* manus *DVN* 552 scaturientes *CDOS* scaturientis *P* (i *ult. m2 corr. in* e) 554 exponit *C,DEa.c.* 555 uerbator quaeri uolo *CD* 556 inplet *cum NEU* impius *BVP* inprobus *OS* improbus *CD* (*mg.* I impius) *U* 557 caraxat *CDVPEOS*

genas cruentis et secat faciem notis,
hirsuta barbis soluitur carptim cutis
560 et mentum adusque uultus omnis scinditur.

Martyr fluentem fatur inter sanguinem:
'grates tibi, o praefecte, magnas debeo,
quod multa pandens ora iam Christum loquor:
artabat ampli nominis praeconium
565 meatus unus, inpar ad laudes dei.

Rimas patentes inuenit uox edita
multisque fusa rictibus reddit sonos
hinc inde plures et profatur undique
Christi patrisque sempiternam gloriam:
570 tot ecce laudant ora, quot sunt uulnera.'

Tali repressus cognitor constantia
cessare poenam praecipit, tunc sic ait:
'per Solis ignes iuro, qui nostros dies
reciprocatis administrat circulis,
575 cuius recursu lux et annus ducitur,

ignes parandos iam tibi tristis rogi,
qui fine digno corpus istud deuorent,
quod perseuerans tam resistit nequiter
sacris uetustis nec dolorum spiculis
580 uictum fatiscit fitque poenis fortius.

Quis hunc rigorem pectori iniecit stupor?
mens obstinata est, corpus omne obcalluit,
tantus nouelli dogmatis regnat furor:
hic nempe uester Christus haud olim fuit,
585 quem tu fateris ipse suffixum cruci.'

Def. AM 559 hyrsuta *SU* captim *E,Pa.c.m2* 563 pandes *Ba.c.m2* pandas *Pa.c.* 565 impar *CDPU,Np.c.m2* 570 quod *BPE,DNa.c.* 573 ignem *BVNPE* dies] deos *O* 574 reciprocatus *U* 576 ignis parandus *CDPEU,O* (*ex* parendus) 577 istut *B* deuoret *CDPEOU,Vp.r.* 578 resistet *B* equiter *E,Pa.c.* 580 fatescit *ES,VPa.c* fatisci *Pp.c.* paenas *Va.c.* paenis *Vp.c.* 581 inic⟨it⟩ *Va.c.* 582 obcalluit *omnes codd.* 583 docmatis *N* 584 haut *SU* 585 subfixum *OSU*

'Haec illa crux est omnium nostrum salus',
Romanus inquit, 'hominis haec redemptio est.
scio incapacem te sacramenti, inpie,
non posse caecis sensibus mysterium
590 haurire nostrum: nil diurnum nox capit.

Tamen in tenebris proferam claram facem,
sanus uidebit, lippus oculos obteget.
remouete lumen, dicet insanabilis,
iniuriosa est nil uidenti claritas.
595 audi, profane, quod grauatus oderis!

Regem perennem rex perennis protulit
in se manentem nec minorem tempore,
quia tempus illum non tenet; nam fons retro
exordiorum est et dierum et temporum,
600 ex patre Christus: hoc pater quod filius.

Hic se uidendum praestitit mortalibus,
mortale corpus sumpsit inmortalitas,
ut, dum caducum portat aeternus deus,
transire nostrum posset ad caelestia:
605 homo est peremptus et resurrexit deus.

Congressa mors est membra gestanti deo;
dum nostra temptat, cessit inmortalibus.
stultum putatis hoc, sofistae saeculi,
sed stulta mundi summus elegit pater,
610 ut stultus esset saeculi prudens dei.

Antiquitatem Romuli et Mauortiam
lupam renarras primum et omen uulturum.
si res nouellas respuis, nil tam recens:

588 cf. I Cor. 2, 14 590 cf. Ioh. 1, 5 609 cf. Matth. 11, 25. I Cor. 1, 20—25

Def. AM 586 nostrorum *P* 587 inquid *B,Na.c.m2* hredemptio (ec *s.* hr) *V* redemtio *N* 588 inpie *cum NOU* 591 perferam (*mg.* l postferam) *C,Da.c.* 592 lyppus *VS* lippos *CD* obtegit *Va.c.* opteget *N* 593 dicit *PE,Vp.c.* 595 o profane *Vp.c.* 597 minore *B* 598 nam] non *CD* 604 possit *BPEU,Dp.c.m2VSp.c.* 605 surrexit christus *O* 608 sofistae *BE* sofiste *Na.c.m2* sophist(a)e *cet.* 609 eligit *O* 612 uultorum *B,NSa.c.* 613 nouella *E,Pa.c.* respues *E,Pa.c.m2* nil tamen *O* multam *C,Da.c.*

uix mille fastis inplet hanc aetatulam
615 cursus dierum conditore ab augure.

Sescenta possum regna pridem condita
proferre toto in orbe, si sit otium,
multo ante clara, quam capellam Gnosiam
suxisse fertur Iuppiter, Martis pater.
620 sed illa non sunt, haec et olim non erunt.

Crux ista Christi, quam nouellam dicitis,
nascente mundo factus ut primum est homo,
expressa signis, expedita est litteris,
aduentus eius mille per miracula
625 praenuntiatus ore uatum consono.

Reges, profetae iudicesque et principes
uirtute, bellis, cultibus sacris, stilo
non destiterunt pingere formam crucis,
crux praenotata, crux adumbrata est prius,
630 crucem uetusta conbiberunt saecula.

Tandem retectis uocibus profeticis
aetate nostra conprobata antiquitas
coram refulsit ore conspicabili,
ne fluctuaret ueritas dubia fide,
635 si non pateret teste uisu comminus.

Hinc nos et ipsum non perire credimus
corpus, sepulcro quod uorandum traditur,
quia Christus in se mortuum corpus cruci
secum excitatum uexit ad solium patris
640 uiamque cunctis ad resurgendum dedit.

Crux illa nostra est, nos patibulum ascendimus,
nobis peremptus Christus et nobis deus
Christus reuersus, ipse qui moriens homo est,

641 cf. Gal. 2, 19

Def. AM 614 inplet *cum N* 616 sexcenta *CDU* 626 profetae *cum N* et (*eras.*) iudicęsque *N* 627 belli *VNa.c.* 628 distiterunt *E,Va.c.m2* 630 condiderunt *C* (*mg.* conbiberunt *l* coniuerunt), *Da.c.* (*mg. ut in C*) *Np.c.* *post 630 in E exstant 1081—1094, qui lineis transuersis deleti sunt* 631 profeticis *cum N* 635 pater et teste *CDE,Pa.c.* 636 hunc (*s. l* hinc) *D* 637 sepulcro *cum N* 638 chruci *B*

natura duplex: moritur et mortem domat,
645 reditque in illud, quod perire nesciat.

Dixisse pauca sit satis de mysticis
nostrae salutis deque processu spei;
iam iam silebo: margaritas spargere
Christi uetamur inter inmundos sues,
650 lutulenta sanctum ne terant animalia.

Sed quia profunda non licet luctarier
ratione tecum, consulamus proxima:
interrogetur ipsa naturalium
simplex sine arte sensuum sententia,
655 fuci inperitus fac ut adsit arbiter.

Da septuennem circiter puerum aut minus,
qui sit fauoris liber et non oderit
quemquam nec ullum mentis in uitium cadat;
periclitemur, quid recens infantia
660 dicat sequendum, quid nouus sapiat uigor.'

Hanc ille sancti martyris uocem libens
amplexus unum de caterua infantium
paruum nec olim lacte depulsum capi
captumque adesse praecipit: 'quiduis roga',
665 inquit, 'sequamur, quod probarit pusio.'

Romanus ardens experiri innoxiam
lactantis oris indolem: 'filiole', ait,
'dic, quid uidetur esse uerum et congruens,
unumne Christum colere et in Christo patrem,
670 an conprecari mille formarum deos?'

Adrisit infans nec moratus rettulit:
'est quidquid illud, quod ferunt homines deum,

648 cf. Matth. 7, 6

Def. AM 644 duplix *B* simplex *Up.c.m2* 647 nostra *C,PEa.c.* 648 margaritas-pargere *B,VNa.c.* 650 sanctorum *C,Da.c.* 651 luctuarier *EU,Pa.c.* 655 inperitus *cum NEO* 656 sept*ennem *VN* 658 ullo mentis in uitio *Vp.c.* ullo mentis uitio *DP,CEp.c.* ullum mentium in uitium *Ea.c.* cadit *V* 664 praecepit *BV,PEa.c.* 665 inquid *BV,Sp.c.Na.c.m2* 666 experire *E,Pa.c.* 667 oris *eras. N* 671 arrisit *CDBVU* retulit *CDPEO,Va.c.S* (*ex* intulit) quidquid *cum B,Na.c.*

unum esse oportet, et, quod uni, est unicum.
cum Christus hoc sit, Christus est uerus deus,
675 genera deorum multa nec pueri putant.'

Stupuit tyrannus sub pudore fluctuans
nec uim decebat innocenti aetatulae
inferre leges nec loquenti talia
furor sinebat efferatus parcere:
680 'quis auctor', inquit, 'uocis est huius tibi?'

Respondit ille: 'mater et matri deus:
illa ex parente spiritu docta inbibit,
quo me inter ipsa pasceret cunabula,
ego ut gemellis uberum de fontibus
685 lac paruus hausi, Christum et hausi credere.'

'Ergo ipsa mater adsit', exclamat, 'cedo',
Asclepiades, 'disciplinae et exitum
tristem suae magistra spectet inpia,
male eruditi torqueatur funere
690 infantis orba, quemque corrupit, fleat.

Absit, ministros uilis ut muliercula
nostros fatiget: quantulus autem dolor
uexabit artus mortis auxilio breuis!
oculi parentis punientur acrius,
695 quam si cruentae membra carpant ungulae.'

Vix haec profatus pusionem praecipit
sublime tollant et manu pulsent nates,
mox et remota ueste uirgis uerberent
tenerumque duris ictibus tergum secent,
700 plus unde lactis quam cruoris defluat.

Def. AM 673 et *om. OS* 674 hoc scit *E,Pa.c.* christi *D* 676 suppudore *V* 678 legis *C,Up.c.* 680 inquid *BS* 682 spiritus *E,NPa.c.,CDmg.* 685 ausi credere *B,Na.c.* 687 ut *P,Ep.c.* exitu *B* 688 magristra *CD* spectem *B* inpia *cum N* 690 corrumpit *OSUa.c.* 692 quantus *S* (*mg.* quantulus) quantulos *codd. quidam det.* 693 uexabat *OSUa.c.* 694 parentes *VEa.c.* parentum *SU* 695 cruente *DVEOS* 696 prof. haec *U* 697 sublimen *Na.r.* (sublimem *p.c.m2*) 699 diris *P* ductis *Ea.c.* 700 pulusunde (*ex* pulsunde) *B* inde *S,Pa.c.* defluant *Np.c.m2*

Quae cautis illud perpeti spectaculum,
quis ferre possit aeris aut ferri rigor?
inpacta quotiens corpus attigerat salix,
tenui rubebant sanguine uda uimina,
705 quem plaga flerat roscidis liuoribus.

Ferunt minaces uerberantium genas
inlacrimasse sponte dimanantibus
guttis per ora barbarum frementia,
scribas et ipsos et coronam plebium
710 proceresque siccis non stetisse uisibus.

At sola mater hisce lamentis caret,
soli sereno frons renidet gaudio:
stat in piorum corde pietas fortior
amore Christi contumax doloribus
715 firmatque sensum mollis indulgentiae.

Sitire sese paruus exclamauerat —
animae aestuantis ardor in cruciatibus
hoc exigebat, lymfae ut haustum posceret —,
quem torua mater eminus triste intuens
720 uultu et seueris uocibus sic increpat:

'Puto, inbecillo, nate, turbaris metu
et te doloris horror adflictum domat.
non hanc meorum uiscerum stirpem fore
deo spopondi, non in hanc spem gloriae
725 te procreaui, cedere ut leto scias.

Aquam bibendam postulas, cum sit tibi
fons ille uiuus praesto, qui semper fluit
et cuncta solus inrigat uiuentia,

727—730 cf. Ioh. 4, 14

Def. AM 701 cautes *PO,CDVEp.c.Sa.c.m2* 702 posset *BVN* aut] ut *CD* 703 impacta *CDP* salex *B,ESa.c.* 705 fecerat *CPE,Da.c.m2Oa.c.* ferat *NSU,Op.c.* 707 demanantibus *O,NSUp.c.* 709 plebeium *Vp.c.* 711 ad *B,Na.c.m2Sa.c.* 712 renitet *CD,Np.c.* 713 statimpiorum *B* statim piorum *OS* stat impiorum *CDVPEU,Np.c.* 718 lymfae *B,N* (*ex* lymfe *m2*) lymphe *V* limphae *E* lymphae *cet.* 719 tristi *D,Ca.c.VNp.c.* 721 inbicillo *VNa.c.* inbiccillo *B* 725 laeto *PSa.c.* loeto *OU,Dp.c.m2PSp.c.* l*eto *C* 728 irrigat *CDPU*

intus forisque spiritum et corpus simul,
730 aeternitatem largiens potantibus.

Venies ad illud mox fluentum, si modo
animo ac medullis solus ardor aestuet
uidere Christum, quod semel potum adfatim
sic sedat omnem pectoris flagrantiam,
735 uita ut beata iam sitire nesciat.

Hic, hic bibendus, nate, nunc tibi est calix,
mille in Bethleem quem biberunt paruuli:
oblita lactis et papillarum inmemor
aetas amaris, mox deinde dulcibus
740 refecta poclis mella sumpsit sanguinis.

Exemplum ad istud nitere, o fortis puer,
generosa prolis matris et potentia!
omnes capaces esse uirtutum pater
mandauit annos, neminem excepit diem
745 ipsis triumphos adnuens uagitibus.

Scis, saepe dixi, cum docenti adluderes
et garrulorum signa uerborum dares,
Isaac fuisse paruulum patri unicum,
qui, cum inmolandus aram et ensem cerneret,
750 ultro sacranti colla praebuerit seni.

Narraui et illud nobile ac memorabile
certamen, una matre quod septem editi
gessere pueri, sed tamen factis uiri,
hortante eadem matre in ancipiti exitu,
755 poenae et coronae sanguini ut ne parcerent.

736 cf. Matth. 20, 22 737 cf. Matth. 2, 16 748 cf. Gen. 22, 6—10
751 cf. II Mach. 7

Def. AM 731 ueniens *Ep.c.m2Oa.c.* 733 potes *Np.c.m2* 736 calex *B,Na.c.* 737 betleem *O,Na.c.m2* betlehem *Np.c.m2* bethlem *CDBE,Pp.c.* paruoli *B,Na.c.* 740 referta *CD* (*mg.* refecta) *Sa.c.m2* 741 istut *B,Na.c.* nittē *V* 742 proles *OU,CDPNp.c.VSp.c.m2* 744 mundauit *Sp.c.* 745 triumfos *E* annuens *CDVSU,Np.c.* 746 docent *B* alluderes *VU,Dp.c.m2* 748 isaac *cum CDPU* 751 illut *B* 754 in ancipite *NESa.c.* mancipati *Pa.c.* 755 sanguine *V*

Videbat ipsos apparatus funerum
praesens suorum nec mouebatur parens
laetata, quotiens aut oliuo stridula
sartago frixum torruisset puberem
760 dira aut cremasset lamminarum inpressio.

Comam cutemque uerticis reuulserat
a fronte tortor, nuda testa ut tegmine
ceruicem adusque dehonestaret caput;
clamabat illa: 'patere, gemmis uestiet
765 apicem hunc corona regio ex diademate.'

Linguam tyrannus amputari iusserat
uni ex ephybis; mater aiebat: 'satis
iam parta nobis gloria est, pars optima
deo inmolatur ecce nostri corporis,
770 digna est fidelis lingua, quae sit hostia.

Interpres animi, enuntiatrix sensuum,
cordis ministra, praeco operti pectoris,
prima offeratur in sacramentum necis
et sit redemptrix prima membrorum omnium,
775 ducem dicatam mox sequentur cetera.

His Maccabeos incitans stimulis parens
hostem subegit subiugatum septies,
quot feta natis, tot triumphis inclyta;
me partus unus ut feracem gloriae,
780 mea uita, praestet, in tua est situm manu.

761 cf. II Mach. 7, 7 766 cf. II Mach. 7, 4

Def. A,M usque ad u. 759 758 oliua *O* *a u. 760 denuo incipit M* 760 aut] ut *D,Ca.c.* crepasset *PE, s. in U* laminarum *VMU* 762 testa] secto *O* 763 capud *Na.c.m2* 764 pater *OS* 765 hunc *om. OU,Sa.c.m2* 767 ephybis *BE, CDVa.c.Na.c.m2* ephibis *Pa.c.* ephoebis *SU,Vp.c.* ephebis *cet.* agebat *V,Na.c* aebat *U* 768 gloriae *B* 769 imm. *CDVPEOS* 772 optima *M* 774 redemtrix *NE* primo *O* 775 dicata *OS* caetera *NPU* corpora *S* 776 macchabeos *VN,P* (*alt.* a *ex* e) machabeos *MOSU* 777 subiegit *B* 778 quod *B,NEa.c.* foeta *COU* faeta *PES* tryumfis *N* inclita *VMU* 779 ut] et (*s.* uel ut) *P* et *CDE*

Per huius alui fida conceptacula,
per hospitalem mense bis quino larem,
si dulce nostri pectoris nectar tibi,
si molle gremium, grata si crepundia,
785 persiste et horum munerum auctorem adsere!

Quanam arte nobis uiuere intus coeperis,
nihilumque et illud, unde corpus, nescio,
nouit animator solus et factor tui;
inpendere ipsi, cuius ortus munere es,
790 bene in datorem, quod dedit, refuderis'.

Talia canente matre iam laetus puer
uirgas strepentes et dolorem uerberum
ridebat. hic tum cognitor pronuntiat:
'claudatur infans carcere et tanti mali
795 Romanus auctor torqueatur acrius'.

Illum recentes per cicatricum uias
denuo exarabant, quaque acutum traxerant
paulo ante ferrum, mox recrudescentibus
plagis apertas persequebantur notas,
800 quos iam superbus uictor ignauos uocat.

'O non uirile robur, o molles manus,
unam labantis dissipare tam diu
uos non potesse fabricam corpusculi!
uix iam cohaeret nec tamen penitus cadit
805 uincens lacertos dexterarum inertium.

Citius cadauer dentibus carpunt canes
longeque morsus uulturum efficacior

Def. A 782 hospitalitate *Pa.c.* 785 assere *BVPU* 786 quaenam *CDSa.c.* 787 nihilumque *et *C* nil*umquam et *D* (*in utroque a.c.:* nihil umquam et) nihilumqua et (e *s.* a) *P* nihilumque* (et *eras.*) *S* 789 imp. *CDP* 790 refunderis *M*, *s. in CD* refunditur *CD,Pp.c.* refuditur *Pa.c.Ep.c.* 792 dolorum *CP,Da.c.* uulnerum *SU* 793 actum *U,Sp.c.* (*tum; ac *s. ras.*) ictuum *Np.c.m2* ictum *E,Na.c.m2Pa.c.CD* (*s.* hic) 796 cecatricum *B,VNa.c.* 798 recrudiscentibus *E,Pa.c.* 801 robor *E,VPSa.c.* 802 labantem *CD* (*mg.* labantis; *in D etiam s.* em *add.* is) 803 potuisse *V* posse (*mg.* potestis) *CD* potestis *PEU,NSp.c.* potisse *B* (*ex* potitisse) 806 carpent *CD*

ad deuorandas carnis offas mortuae;
languetis inbelli fame ac fatiscitis,
810 gula est ferina sed socors edacitas'.

Exarsit istis turbida ira iudicis
seque in supremam concitat sententiam:
'si te morarum paenitet, finem citum
subeas, licebit: ignibus uorabere
815 damnatus et fauilla iam tenuis fies.'

Abiens at ille, cum foro abriperent uirum
truces ministri, pone respectans ait:
'appello ab ista, perfide, ad Christum meum
crudelitate, non metu mortis tremens,
820 sed ut probetur esse nil, quod iudicas'.

'Quid differo', inquit ille, 'utrosque perdere,
puerum ac magistrum, conplices sectae inpiae?
gladius recidat uile uix hominis caput
infantis, istum flamma uindex concremet,
825 sit his sub uno fine dispar exitus.'

Peruentum ad ipsum caedis inplendae locum.
natum gerebat mater amplexu et sinu,
ut primitiuum crederes fetum geri
deo offerendum sancti Abelis ferculo,
830 lectum ex ouili, puriorem ceteris.

Puerum poposcit carnifex, mater dedit,
nec inmorata est fletibus, tantum osculum
inpressit unum: 'uale', ait, 'dulcissime,
et, cum beatus regna Christi intraueris,
835 memento matris, iam patrone ex filio!'

830 cf. Gen. 4, 4

Def. A 808 carnes *E,VPa.c.* 809 fatescitis *E,VSa.c.* 812 in *om. D* (*add. s.*) *P* 813 poenitet *CDU* cito *M* 815 tenuis fies] fumans eris *PE,CDmg.* 816 ad *B,Na.c.* arriperent *CU,Da.c.m2* 820 nihil *CD,Pa.c.* 821 inquid *BV,Na.c.m2* 822 complices *CDB* inpiae *cum MU* 823 capud *Na.c.m2* 826 implend(a)e *CDVPO* 828 foetum *CDPMOU* fętum *E* santiabelis *E* santiabilis *Pa.c.* sancti*ali* (a *in ras.*) *S* (*mg.* abelis) 830 caeteris *POU* 832 imm. *CD,Pp.c.* 833 impr. *CDM*

Dixit. deinde, dum ferit ceruiculam
percussor ense, docta mulier psallere
hymnum canebat carminis Dauitici:
'pretiosa sancti mors sub aspectu dei,
840 tuus ille seruus, prolis ancillae tuae'.

Talia retexens explicabat pallium
manusque tendebat sub ictu et sanguine,
uenarum ut undam profluam manantium
et palpitantis oris exciperet globum:
845 excepit et caro adplicauit pectori.

At parte campi ex altera inmanem pyram
texebat ustor fumidus pinu arida,
sarmenta mixtim subdita et faeni struem
spargens liquato rore feruentis picis,
850 quo flamma pastu cresceret ferocius.

Et iam retortis bracchiis furca eminus
Romanus actus ingerebatur rogo:
'scio', inquit ille, 'non futurum, ut concremer,
nec passionis hoc genus datum est mihi,
855 et restat ingens quod fiat miraculum.'

Haec eius orsa sequitur inmensus fragor
nubis ruentis, nimbus undatim nigro
praeceps aquarum flumine ignes obruit.
alunt oliuo semiconbustas faces,
860 sed uincit imber iam madentem fomitem.

Trepidare teter carnifex rebus nouis

839 cf. Ps. 115, 6. 7

Def. A 838 ymnum *ESU* 839 praetiosa *BO,Np.c.m2* 840 ille] ego *BVPEM, ras. in N* proles *OU,NPSp.c.* 842 subiectum *M,Ep.c.* sub ictum *CP,Da.c.m2* (sub ictu uulneris *Vmg.*) et sanguine] uulneris *CP, Da.c.m2Ep.c.* 845 excipit *BPEM,Dp.c.m2Va.c.* 846 ad *BE, NPa.c.* 848 feni *CDVPEO* foeni *M* 849 liquatur rore *O,C* (u *ex* o) 851 bracchiis *cum N* furca (c *in ras.*) *VP* 853 inquid *Np.c.* 855 et] sed *CDOSU,Np.c.* 858 flaminae *V* ignis *B,Ea.c.* 860 ymber *M* 861 trepidare teter *BVMU,N* (e t- *in ras.*) trepidaret ater *C* (*mg. CD* aether) *Pa.c.* trepidare*ater *D* trepidat ater (t ater *in ras.*) *S* trepidaret aether *E* trepidare aether *O*

turbatus et, qua posset arte, insistere,
uersare torres cum fauillis umidis,
prunas maniplis confouere stuppeis
865 et semen ignis inter undas quaerere.

Quod cum tumenti nuntiatum iudici,
commouit iram fellis inplacabilis:
'quousque tandem summus hic nobis magus
inludet', inquit, 'Thessalorum carmine
870 poenam peritus uertere in ludibrium?

Fortasse ceruix, si secandam iussero,
flecti sub ensem non patebit uulneri,
uel amputatum plaga collum diuidens
rursus coibit ac reglutinabitur
875 umerisque uertex eminebit additus.

Temptemus igitur ante partem quampiam
truncare ferro corporis superstitis,
ne morte simpla criminosus multiplex
cadat uel una perfidus caede oppetat:
880 quot membra gestat, tot modis pereat uolo.

Libet experiri, Lerna, sicut traditur,
utrum renatis pullulascat artubus
ac se inminuti corporis damnis nouum
instauret: ipse praesto erit tunc Hercules
885 hydrina suetus ustuire uulnera.

Iam nunc secandi doctus adsit artifex,
qui cuncta norit uiscerum confinia

Def. A 862 possit *CDE* possit (t *in ras.*) *N* 863 humidis *CDOSU* 866 est iudici *CDVP,Ua.r.N* (est *in ras.*) 867 mouisset *BS,V* (*mg.* al. commouit iram) *U* (*s.* l commouit), *N* (mouit hinc *p.c.m2*) impl. *CDPU* 869 inludit *CDOS* inquid *V,Na.c.m2* thesal. *S,Ua.c.* tessal. *O* 872 ense *PE,Np.r.* hense *V* 874 cohibit *DS,Ca.r.P* (*ex* cohibet) regluctinabitur *V* 875 umerosque *Ep.c.* humerisque *MO* 880 quod *DB,CNa.c.Ep.c.* 881 laerna *CDNP* laerna* *E* laterna *B* 882 pullulescat *CDPO,Ep.c.* pululescat *Ua.c.V* (e *ex* a) pollulascat *Sa.c.* 883 inminutis *O,CSa.r.* inmuniti *B* 884 tunc erit *OSU* hirculis *B* herculis *Ea.c.* erculis *S,Na.c.* ercules *V,Np.c.* 885 hydrinas uetus *PE* hydrinas suetus *Np.c.m2* hydrina* suetus *S* ustum ire *CDVPO,Ua.c.* ultum ire *M* 886 non (*s.* nunc) *CD*

uel nexa neruis disparare uincula:
date hunc, reuulsis qui medetur ossibus
890 aut fracta nodis sarciens conpaginat.

Linguam priorem detrahat radicitus,
quae corpore omni sola uiuit nequior;
illa et procaci pessima in nostros deos
inuecta motu fas profanauit uetus
895 audax et ipsi non pepercit principi.'

Aristo quidam medicus accitus uenit,
proferre linguam praecipit. profert statim
martyr retectam, pandit ima et faucium
ille et palatum tractat et digito exitum
900 uocis pererrans uulneri explorat locum.

Linguam deinde longe ab ore protrahens
scalpellum in usque guttur insertans agit.
illo secante fila sensim singula
numquam momordit martyr aut os dentibus
905 conpressit artis nec cruorem sorbuit.

Inmotus et patente rictu constitit,
dum sanguis extra defluit scaturriens,
perfusa pulcher menta russo stemmate
fert et cruenti pectoris spectat decus
910 fruiturque et ostro uestis ut iam regiae.

Praefectus ergo ratus elinguem uirum
cogi ad sacrandum posse, cum uerbis carens
nil in deorum blateraret dedecus,
iubet reduci iam tacentem ac debilem
915 multo loquentis turbine olim territus.

Def. A 888 discrepare *Sp.c.Ua.c.m2* dissipare *CD,Up.c.m2* 890 conpagina *OS* 893 dies *U* 894 motus *E,Pa.c.* 895 ips* *V* 900 uulnerari *B* 902 scapellum *D,Ca.c.* 905 nec] aut (nec *s.*) *U* ne *V* 906 imm. *CDVP* patenter ictu *N,CDPa.c.* 907 scaturiens *CDOS* scatturiens *P* 908 pulcer *B* ruso *B* rubro *O* 911 ergo ratus praefectus *Giselinus* 913 nihil (*mg.* nil) *CD* oblatraret *OSU,Np.c.Ea.c., s. in C* 914 ac[et *OSU*

Reponit aras ad tribunal denuo
et tus et ignem uiuidum in carbonibus
taurina et exta uel suilla abdomina;
ingressus ille, ut hos paratus perspicit,
920 insufflat, ipsos ceu uideret daemonas.

Inridet hoc Asclepiades laetior,
addit deinde: 'numquid inclementius,
sicut solebas, es paratus dicere?
effare quiduis ac perora et dissere;
925 permitto, uocem libere ut exerceas.'

Romanus alto corde suspirans diu
gemitu querellam traxit et sic orsus est:
'Christum loquenti lingua numquam defuit,
nec uerba quaeras quo regantur organo,
930 cum praedicatur ipse uerborum dator.

Qui fecit, ut uis uocis expressa intimo
pulmone et oris torta sub testudine
nunc ex palato det repercussos sonos,
nunc temperetur dentium de pectine
935 sitque his agendis lingua plectrum mobile,

si mandet idem faucium sic fistulas
spirare flatu concinentes consono,
ut uerba in ipsis explicent meatibus
uel exitu oris, cymbalis profarier
940 nunc pressa parce labra, nunc hiantia,

dubitasne uerti posse naturae statum,
cui facta forma est, qualis esset primitus?
hanc nempe factor uertere, ut libet, potest

Def. A 917 thus *SU,Op.c.* 921 inridit *B* irridet *P,VNp.c.* arridet *U* asclepiadis *CDE,Pa.c.* 923 esperatus *VPa.c.* 924 quoduis *OSU,Cp.c.* perora edissere *MOU* 927 querelam *VO* quaerelam *CDP* quaerellam *BE* 929 qua (*s. m2* l quo) *D* quae (*s.* l quo) *C* 933 repercusso *C* (*mg.* percussos) *Da.c.* 935 agendis (a *in ras.*) *N* augendis *CD* 939 exitum (*s. gl.* sonitum) *U* 940 labra parce *SU* 941 dubitansne *DVE, CPa.c.* dubiasne *Ba.c.* 942 facta *om. P, add. infra,* fata *Va c.*

positasque leges texere ac retexere,
945 linguam loquella ne ministram postulet.

Vis scire nostri numinis potentiam?
fluctus liquentis aequoris pressit pede,
natura fluxa ac tenuis in solidum coit:
quam dispar illis legibus, quis condita est!
950 solet natatus ferre, fert uestigia.

Habet usitatum munus hoc diuinitas,
quae uera nobis colitur in Christo et patre,
mutis loquellam, percitum claudis gradum,
surdis fruendam reddere audientiam,
955 donare caecis lucis insuetae diem.

Haec si quis amens fabulosa existimat,
uel ipse tute si parum fidelia
rebare pridem, uera cognoscas licet:
habes loquentem, cuius amputaueras
960 linguam: probatis cede iam miraculis.'

Horror stupentem persecutorem subit
timorque et ira pectus in caliginem
uertere: nescit, uigilet anne somniet,
miratur haerens, quod sit ostenti genus:
965 formido frangit, armat indignatio.

Nec uim domare mentis effrenae potest
nec, quo furoris tela uertat, inuenit.
postremo medicum saeuus insontem iubet
reum citari, nundinatum hunc arguit,
970 mercede certa pactus ut conluderet,

aut ferrum in ore nil agens et irritum
uersasse frustra seu retunsis tactibus

947 cf. Matth. 14, 25 953 cf. Matth. 11, 5

Def. A 945 loquela *CDPO,N* (e *in ras.*) loquellae *S* 947 praessit *CB* 949 quam] quae *O,Pp.c., s. in CV* 953 loquelam *CDPO,N* (e *in ras.*) 955 insuetum *CD* (*mg.* l insuetae) insuetam *OS* 967 uertit *VE,Pa.c.* 971 inritum *BNES* 972 seu] se *VNPEM* actibus *V* (*mg.* l tactibus) *N*

aut arte quadam uulnus inlatum breue,
quod sauciata parte linguam laederet
975 neruos nec omnes usque quaque abscideret.

Manere saluam uocis harmoniam probe
non posse, inani concauo uerba exprimi,
quae concrepare ligula moderatrix facit.
esto, ut resultet spiritus uacuo specu,
980 echo sed extat inde, non oratio.

Veris refutat medicus hanc calumniam:
'scrutare uel tu nunc latebras faucium
intraque dentes curiosum pollicem
circumfer haustus uel patentes inspice,
985 lateatne quidquam, quod regat spiramina.

Quamquam forassem forte si puncto leui
tenuiue linguam contigissem uulnere,
titubante plectro fatus esset debilis;
nam cum magistra uocis in uitium cadit,
990 usus necesse est et loquendi intercidat.

Fiat periclum, si placet, cuiusmodi
edat querellam quadrupes lingua eruta,
elinguis et quem porca grunnitum strepat,
cui uox fragosa, clamor est inconditus,
995 probabo mutam nil sonare stridulum.

Testor salutem principis me simplici
functum secantis arte, iudex optime,
seruisse iussis absque fraude publicis;
sciat hic, quis illi uerba suggillet deus,
1000 ego, unde mutus sit disertus, nescio.'

Def. A 975 occideret *C* (*s. l* abscideret) *PE,Da.c.m2,Vs.* 976 armon. *CD VMOSU* ar*mon. *P* arimon. *E* 978 lingula *CPE,Da.r.Vp.c.* lingua *OSU* 980 exstat *V* exit *SU* 985 lateat nequicquam *CDVEMOS,U P a.c.N p.c.m2* 986 quanquam *CP,Np.r.* 990 est eloquendi *CDPE* 992 querelam *OU* quelelam (r *s. l pr.*) *M* quere*lam *N* quaerelam *CDP* quaerellam *BE* 993 ecquem *B* *quem (et *s. ras.*) *S* grunitum *CEO,DPa.c.* 994 flagrosa *P* 995 muta *OS* 999 suggilet *S* sugillet *VO* suggerat *B* 1000 ergo *SU* sic* *E* desertus *Da.c.* dissertus *PE,Ua.c.* hic disertus *Np.c.m2*

His sese Aristo purgat, at contra inpium
nil haec latronem christianorum mouent,
magis magisque fertur in uesaniam.
quaerit, alienus sanguis ille asperserit
1005 uirum, suone fluxerit de uulnere.

Respondit his Romanus: 'eccum, praesto sum,
meus iste sanguis uerus est, non bubulus.
agnoscis illum, quem loquor, miserrime
pagane, uestri sanguinem sacrum bouis,
1010 cuius litata caede permadescitis?

Summus sacerdos nempe sub terram scrobe
acta in profundum consecrandus mergitur,
mire infulatus festa uittis tempora
nectens, corona tum repexus aurea,
1015 cinctu Gabino sericam fultus togam.

Tabulis superne strata texunt pulpita
rimosa rari pegmatis conpagibus,
scindunt subinde uel terebrant aream
crebroque lignum perforant acumine,
1020 pateat minutis ut frequens hiatibus.

Huc taurus ingens fronte torua et hispida
sertis reuinctus aut per armos floreis
aut inpeditis cornibus deducitur,
nec non et auro frons coruscat hostiae
1025 saetasque fulgor brattealis inficit.

Hic ut statuta est inmolanda belua,
pectus sacrato diuidunt uenabulo;

Def. A 1001 se *CDOSU* ad *DBE,Na.c.m2PSa.c.* inpium *cum MU,Na.c.* 1002 crist. *NE* 1003 uaesaniam *VNP* 1004 an alienus *U,Sp.c.* illum *U,Sp.c.* 1005 suone *codd.* suoue *edd.* 1006 respondet *VM* 1007 ipse *MU* bubuli *Up.c.m2P* bubulis *Sa.c.* bubali *O* 1014 nexus *S,U* (*s.* nectens) coronatum *DE,CNSa.c.* replexus *CDPEM,Up.c.m2* re*-pexus *V,N* (l *s.* pe) auream *B* 1017 pigmatis *BNEM,VPa.c.* compagibus *CDBPS* 1018 terebant *CDB,Sa.c.* 1023 inpenditis *E,Pa.c.* inpeditus *Sp.c.* impeditis *CD* 1025 bratealis *S* brateolis *O* blattealis *DB* blatteolis *C* 1026 sic *M* 1027 uenabula *NPE,Ca.c.Vp.c., s. in S* uenabulo (o *in ras.*) *DU*

eructat amplum uulnus undam sanguinis
feruentis inque texta pontis subditi
1030 fundit uaporum flumen et late aestuat.

Tum per frequentes mille rimarum uias
inlapsus imber tabidum rorem pluit,
defossus intus quem sacerdos excipit
guttas ad omnes turpe subiectans caput
1035 et ueste et omni putrefactus corpore.

Quin os supinat, obuias offert genas,
supponit aures, labra, nares obicit,
oculos et ipsos perluit liquoribus,
nec iam palato parcit et linguam rigat,
1040 donec cruorem totus atrum conbibat.

Postquam cadauer sanguine egesto rigens
conpage ab illa flamines retraxerint,
procedit inde pontifex uisu horridus,
ostentat udum uerticem, barbam grauem,
1045 uittas madentes atque amictus ebrios.

Hunc inquinatum talibus contagiis,
tabo recentis sordidum piaculi,
omnes salutant atque adorant eminus,
uilis quod illum sanguis et bos mortuus
1050 foedis latentem sub cauernis lauerint.

Addamus illam, uis, hecatomben tuam,
centena ferro cum cadunt animalia
uariaque abundans caede restagnat cruor,

Def. A 1030 uaporem *C,DS* (*s. l* u), *Up.c.m2* uapore *Pa.c.* 1031 tunc *CD* sequentes *P* 1032 inlabsus *BN* inber *B* ymber *MSU* 1034 obiectans *CD* (*mg.* sub) *PE,Vp.c.* capud *Na.c.m2* 1035 omne *DEO,CPa.c.* 1036 quin caput os *O* quin* os *S* 1037 subicit (su *p.c.*) *N* 1039 tam *N* 1041 rigans *C*(*mg.* rigens), *Da.c.* rigens (s *in ras.*) *S* 1042 compage *CDB* 1045. 1048 adque *Na.c.m2* ebrius *B,Da.c.* 1046 hinc *E,Cp.c.Pa.c.* 1047 recenti *B* recincti *M* 1050 lauerit *CPE,Da.c.m2* 1051 hecatonben *B* haecatonten *OS,Up.c.* haecadoben *P* (*s. l* ekatontem) *E* haec hechatontem *CD* (*mg.* adobentuam) hecantunben *N* ha*toben (aec *s.* a; n *s.* o) *V* haecatonen *Ua.c.* tuam *om. C* 1052 cui *O,Up.c.* cadant *C,Da.c.*

uix ut cruentis augures natatibus
1055 possint meare per profundum sanguinis?

Sed quid macellum pingue puluinarium,
quid maximorum lancinatores gregum
euiscerata carne crudos criminor?
sunt sacra, quando uosmet ipsi exciditis,
1060 uotiuus et cum membra detruncat dolor.

Cultrum in lacertos exerit fanaticus
sectisque Matrem bracchiis placat deam,
furere ac rotari ius putatur mysticum;
parca ad secandum dextra fertur inpia,
1065 caelum meretur uulnerum crudelitas.

Ast hic metenda dedicat genitalia,
numen reciso mitigans ab inguine
offert pudendum semiuir donum deae,
illam reuulsa masculini germinis
1070 uena effluenti pascit auctam sanguine.

Vterque sexus sanctitati displicet,
medium retentat inter alternum genus,
mas esse cessat ille nec fit femina.
felix deorum mater inberbes sibi
1075 parat ministros lenibus nouaculis.

Quid, cum sacrandus accipit sfragitidas?
acus minutas ingerunt fornacibus,
his membra pergunt urere, ut igniuerint;
quamcumque partem corporis feruens nota
1080 stigmarit, hanc sic consecratam praedicant.

Def. A 1055 sanguines *Up.c.* sanguinem *OS,U post alt. corr.* 1056 pinge *B* 1059 ipsi* *D* ipsos *s. C* 1061 fanaticos *P* (*mg.* l cus), *Ep.c.* 1062 brach. *codd.* 1064 parta *COSU,Da.c.* impia *CDBVEOS* 1067 numen pudendo (*s. m. post.* reciso) *M* numenregiso *B* 1069 reuulsam *V* 1070 uenam *CDa.c.* uana *E,Pa.c.* autam *B* 1071 displicit *B,Da.c.* 1074 inberbis *B* imberbes *PS* 1076 sacrandos *MS,Ua.c.* accepit *B* sfragit. *E,Pp.c.* fragit. *cet.* 1078 perguntur urere *C D*, perg. aere *PE* sparguntur aere *Np.c.m2* 1080 stigmaret *E,Pa.c.* sigmarit *Na.c.* (*mg.* signauerit) sic *om. BPEM* sacratam *PE* consacratam *D,Ca.c.*

Functum deinde cum reliquit spiritus
et ad sepulcrum pompa fertur funeris,
partes per ipsas inprimuntur bratteae,
insignis auri lammina obducit cutem,
1085 tegitur metallo, quod perustum est ignibus.

Has ferre poenas cogitur gentilitas,
hac dii coercent lege cultores suos:
sic daemon ipse ludit hos, quos ceperit,
docet execrandas ferre contumelias,
1090 tormenta inuri mandat infelicibus.

At noster iste sanguis ex uestra fluit
crudelitate, uos tyrannide inpia
exulceratis innocentum corpora.
si uos sinatis, incruente uiuimus,
1095 at si cruente puniamur, uincimus.

Sed iam silebo, finis instat debitus,
finis malorum, passionis gloria,
iam non licebit, inprobe, ut licuit modo,
torquere nostra uel secare uiscera,
1100 cedas necesse est uictus et iam desinas.'

'Cessabit equidem tortor et sector dehinc',
iudex minatur, 'sed peremptoris manus
succedet illis, strangulatrix faucium,
aliter silere nescit oris garruli
1105 uox inquieta, quam tubam si fregero.'

Dixit foroque protrahi iussit uirum,
trudi in tenebras noxialis carceris,
elidit illic fune collum martyris

Def. A 1081 reliquid *BS,Na.c.m2* relinquit *D,Cp.c.* 1082 sepulcrum *cum NM* 1083 imprim. *CDBP* 1084 lamina *CDVEMOS* 1087 dii *codd.* cohercent *VOSU,EMa.c.* 1088 ipse demon *M* coeperit *CD NPEOU* 1089 exsecrandas *V* exsacrandas *N* 1091 ad *B,Na.c.m2* 1092 inpia *cum VMSU,Na.c.m2* 1095 ad *B,Na.c.m2* 1097 passionum *M* 1098 impr. *CDVP* 1100 credas *O* 1103 succedat *M, Dp.c.m2VNPEp.c.* successit *Pa.c.* succedit *B,NOEa.c.* illi *VNp.c.*

lictor nefandus. sic peracta est passio,
1110 anima absoluta uinculis caelum petit.

Gesta intimasse cuncta fertur principi
praefectus addens ordinem uoluminum
seriemque tantae digerens tragoediae,
laetatus omne crimen in fasces refert
1115 suum tyrannus chartulis uiuacibus.

Illas sed aetas conficit diutina,
fuligo fuscat, puluis obducit situ,
carpit senectus aut ruinis obruit;
inscripta Christo pagina inmortalis est
1120 nec obsolescit ullus in caelis apex.

Excepit adstans angelus coram deo
et quae locutus martyr et quae pertulit,
nec uerba solum disserentis condidit,
sed ipsa pingens uulnera expressit stilo
1125 laterum, genarum pectorisque et faucium.

Omnis notata est sanguinis dimensio,
ut quamque plagam sulcus exarauerit,
altam, patentem, proximam, longam, breuem,
quae uis doloris quiue segmenti modus,
1130 guttam cruoris ille nullam perdidit.

Hic in regestis est liber caelestibus,
monumenta seruans laudis indelebilis,
relegendus olim sempiterno iudici,
libramine aequo qui malorum pondera
1135 et praemiorum conparabit copias.

1120 cf. Luc. 16, 17 1131. 1133 cf. Apoc. 20, 12

Def. A 1113 tragediae *P* (e *pr. ex corr.*) tragodiae *V* (o *ex* i) tragydiae *E*, *Cmg.* tragidie *Na.c.m2* 1115 cart. *CDNPEMOU* carth. *BV* 1116 confecit *CO,DSa.c.* 1117 eligo *Ma.c.* uligo *BNSU,Va.c.m2Mp.c.* 1120 obsolescet *O* 1121 astans *V* asstans *Np.c.* 1127 quamquam *D* 1129 sit menti *M* *inter u. 1130 et 1131 spatium CD* 1132 monimenta *U,CDVp.c.* indelibilis *B,Vp.c.* 1135 conparauit *E* comporauit *D*

Vellem sinister inter haedorum greges
ut sum futurus, eminus dinoscerer
atque hoc precante diceret rex optimus:
'Romanus orat, transfer hunc haedum mihi,
1140 sit dexter, agnus induatur uellere.'

XI.

AD VALERIANVM EPISCOPVM DE PASSIONE HIPPOLYTI BEATISSIMI MARTYRIS.

Innumeros cineres sanctorum Romula in urbe
uidimus, o Christi Valeriane sacer.
Incisos tumulis titulos et singula quaeris
nomina: difficile est, ut replicare queam.
5 Tantos iustorum populos furor inpius hausit,
cum coleret patrios Troia Roma deos.
Plurima litterulis signata sepulcra loquuntur
martyris aut nomen aut epigramma aliquod,
sunt et muta tamen tacitas claudentia tumbas
10 marmora, quae solum significant numerum.
Quanta uirum iaceant congestis corpora aceruis,
nosse licet, quorum nomina nulla legas.
Sexaginta illic defossas mole sub una
reliquias memini me didicisse hominum,

1136 cf. Matth. 25, 33

Def. A,B a carm. XI 1139 transfer (tranfer *CD*) et hunc *CD,Ua.r.* explicit beatissimi passio martyris romani *CD* finit romanus hymnus natalis domini *PE* finit romanus aurelii (auril. *N*) prudentii clementis ū (ū. c̄. *N*) incipit liber peristefanon hymnus in honorem sanctorum martyrum emiterii et chelidoni calagurritanorum *VN* finit romanus aurelii prudentii clementis incipit ymnus VIII kalendas ianuarias *S* finit sancti romani liber peristefanon *B*

ad ualerianum episcopum de passione ypoliti (hyppoliti *VM* hippoliti *N* sancti ypoliti *D*) beatissimi martyris *CDVNPEM* incipit ad ualerianum episcopum de passione sancti ypoliti (yppoliti *U*) martyris *OSU*; *Pe XI—XIII def. in B*

5 inpius *cum EU* 7 literulis *SU* sepulcra *cum N* locuntur *DEOSU* 8 epigrama *VE* epygramma *M* pigramma *Na.c.* 9 multa *Ep.c., s. DV, mg. P* 14 reliquias *cum DVPE,Na.c.m2*

15 quorum solus habet conperta uocabula Christus,
utpote quos propriae iunxit amicitiae.
Haec dum lustro oculis et sicubi forte latentes
rerum apices ueterum per monumenta sequor,
inuenio Hippolytum, qui quondam scisma Nouati
20 presbiter attigerat nostra sequenda negans,
usque ad martyrii prouectum insigne tulisse
lucida sanguinei praemia supplicii.
Nec mirere senem peruersi dogmatis olim
munere ditatum catholicae fidei.
25 Cum iam uaesano uictor raperetur ab hoste
exultante anima carnis ad exitium,
plebis amore suae multis comitantibus ibat;
consultus quaenam secta foret melior,
respondit: 'fugite, o miseri, execranda Nouati
30 scismata, catholicis reddite uos populis!
Vna fides uigeat, prisco quae condita templo est,
quam Paulus retinet quamque cathedra Petri.
Quae docui, docuisse piget: uenerabile martyr
cerno, quod a cultu rebar abesse dei.'
35 His ubi detorsit laeuo de tramite plebem
monstrauitque sequi, qua uia dextra uocat,
seque ducem recti spretis anfractibus idem
praebuit, erroris qui prius auctor erat,
sistitur insano rectori christicolas tunc
40 ostia uexanti per Tiberina uiros.
Illo namque die Roma secesserat, ipsos
peste suburbanos ut quateret populos,
non contentus humum celsae intra moenia Romae
tinguere iustorum caedibus assiduis.
45 Ianiculum cum iam madidum, fora, rostra, Suburam
cerneret eluuie sanguinis affluere,

Def. AB 18 sequar *C,PEa.c.* 19 hippolit. *N* hyppolit. *VM* yppolit. *PEOU* ypolit. *CDS* 20 praesbyter *N* presbiteri *S* adtigerat *E* 23 peruerse *Op.c.* 25 uaesano *cum CDPEOS* 32 tenuit *M* 37 amfractibus *VE,Ca.r.* 40 tyberina *CDMS* 43 celsae *CDOSU,Pp.c.Ea.c.* celsa *cet.* 44 adsiduis *C,Na.c.* 46 effluere *MSU,Np.c.*

protulerat rabiem Tyrreni ad litoris oram
quaeque loca aequoreus proxima portus habet.
Inter carnifices et constipata sedebat
50 officia extructo celsior in solio,
discipulos fidei detestandique rebelles
idolii ardebat dedere perfidiae.
Carcereo crinita situ stare agmina contra
iusserat horrendis excrucianda modis.
55 Inde catenarum tractus, hinc lorea flagra
stridere, uirgarum concrepitare fragor,
ungula fixa cauis costarum cratibus altos
pandere secessus et lacerare iecur.
Ac iam lassatis iudex tortoribus ibat
60 in furias cassa cognitione fremens —
nullus enim Christi ex famulis per tanta repertus
supplicia, auderet qui uitiare animam —
inde furens quaesitor ait: 'iam, tortor, ab unco
desine, si uana est quaestio, morte agito.
65 Huic abscide caput, crux istum tollat in auras
uiuentesque oculos offerat alitibus;
hos rape praecipites et uinctos conice in ignem,
sit pyra, quae multos deuoret una reos.
En tibi, quos properes rimosae inponere cumbae
70 pellere et in medii stagna profunda freti.
Quos ubi susceptos rabidum male suta per aequor
uexerit et tumidis caesa labarit aquis,
dissociata putrem laxent tabulata carinam
conceptumque bibant undique naufragium.
75 Squamea caenoso praestabit uentre sepulcrum
belua consumptis cruda cadaueribus.'

Def. AB 47 tyrrhe*ni *V* tyreni (r *s.* r) *C* tyrreni *cet.* littoris *NP,V* (is *ex* i) horam *VN,CMa.c.* 50 exstructo *U* extratto (extracto *p.c.*) *E* structo *O,S* (ex *s.* s) 63 iam *om. V* iam (i *in ras.*) *E* uno *VPE, Dp.c.Oa.c.m2Cmg.* 64 morte fugit *M* 65 exscide *D* excide *OS* 66 uiuentisque *PE* *ordo uersuum 66, 69, 70, 67, 68 in U* 69 cymbae *CDOS,Ea.c.Np.c.m2Mp.c.* cimbae *U* tumbae *Ma.c.* 71 rapidum *C* 72 celsa *U, s. in E* caesa (l *s.* ca) *M* lauarit *NMU* leuarit *s. in E* libarit *DO* 75 sepulcrum *cum N*

Haec persultanti celsum subito ante tribunal
offertur senior nexibus inplicitus.
Stipati circum iuuenes clamore ferebant
80 ipsum christicolis esse caput populis:
si foret extinctum propere caput, omnia uulgi
pectora Romanis sponte sacranda deis.
Insolitum leti poscunt genus et noua poenae
inuenta, exemplo quo trepident alii.
85 Ille supinata residens ceruice: 'quis', inquit,
'dicitur?' adfirmant dicier Hippolytum.
'Ergo sit Hippolytus, quatiat turbetque iugales
intereatque feris dilaceratus equis.'
Vix haec ille, duo cogunt animalia freni
90 ignara insueto subdere colla iugo,
non stabulis blandiue manu palpata magistri
imperiumque equitis ante subacta pati,
sed campestre uago nuper pecus e grege captum,
quod pauor indomito corde ferinus agit.
95 Iamque reluctantes sociarant uincula bigas
oraque discordi foedere nexuerant:
temonis uice funis inest, qui terga duorum
diuidit et medius tangit utrumque latus,
deque iugo in longum se post uestigia retro
100 protendens trahitur transit et ima pedum.
Huius ad extremum, sequitur qua puluere summo
cornipedum refugas orbita trita uias,
crura uiri innectit laqueus nodoque tenaci
adstringit plantas cumque rudente ligat.

Def. AB 78 implicitis (*mg.* l tus) *P* inplicitis *E* *post 79 inserti sunt in N Dittoch. u. 110—118; u. 118 ultimus suae paginae est; pag. insequens ab alio scriba exarata a Pe XI 79 repetito incipit* 80 cristicolis *CEO* 82 diis *Cp.c.* 83 loeti *CDNPOSU* poenae *Heinsius ex duobus codd. Torrentianis* pena est *M* poena *cet.* 86 ducier *M* ducitur *M* hyppolit. *VM* yppolit. *CPEOS* hippolit. *NE* ypolit. *D* 87 hyppolit. *VEM* yppolit. *CDPEOS* hippolit. *N* 90 insueta *DSU* 91 stabilis *E,VSa.c.* 98 et] e *N* 100 protentus *D* 102 rite (*mg.* trita) *C* 104 astringit *DSU,Cp.c.m2* asstringit *O,P* (*ex* asstrinxit)

105 Postquam conposito satis instruxere paratu
martyris ad poenam uerbera, uincla, feras,
instigant subitis clamoribus atque flagellis
iliaque infestis perfodiunt stimulis.
Vltima uox audita senis uenerabilis haec est:
110 'hi rapiant artus, tu rape, Christe, animam!'
Prorumpunt alacres caecoque errore feruntur,
qua sonus atque tremor, qua furor exagitant.
Incendit feritas, rapit impetus et fragor urget
nec cursus uolucer mobile sentit onus.
115 Per siluas, per saxa ruunt, non ripa retardat
fluminis aut torrens oppositus cohibet,
prosternunt saepes et cuncta obstacula rumpunt,
prona, fragosa petunt, ardua transiliunt.
Scissa minutatim labefacto corpore frusta
120 carpit spinigeris stirpibus hyrtus ager.
Pars summis pendet scopulis, pars sentibus haeret,
parte rubent frondes, parte madescit humus.
Exemplar sceleris paries habet inlitus, in quo
multicolor fucus digerit omne nefas,
125 picta super tumulum species liquidis uiget umbris
effigians tracti membra cruenta uiri.
Rorantes saxorum apices uidi, optime papa,
purpureasque notas uepribus inpositas.
Docta manus uirides imitando effingere dumos
130 luserat et minio russeolam saniem.
Cernere erat ruptis conpagibus ordine nullo
membra per incertos sparsa iacere situs.
Addiderat caros gressu lacrimisque sequentes,
deuia quo fractum semita monstrat iter.
135 Maerore attoniti atque oculis rimantibus ibant
inplebantque sinus uisceribus laceris.

Def. AB 106 feros *VNSa.c.* 110 rapiunt *CN* 111 caeco et terrore *VMU,Sa.c.* 113 urguet *PEO* urget* (et *in ras.*) *C* 114 honus *N* 117 sepes *DNOS* 120 carpsit *P* hyrtus *DVPMS* yrtus *NO* hirtus *cet.* 130 ru*seolam *V* roseolam *DOU,Sa.c.* 132 incestos *Pp.c.* 134 qua *SU,Ep.c.*

Ille caput niueum conplectitur ac reuerendam
canitiem molli confouet in gremio;
hic umeros truncasque manus et bracchia et ulnas
140 et genua et crurum fragmina nuda legit.
Palliolis etiam bibulae siccantur harenae,
ne quis in infecto puluere ros maneat.
Si quis et in sudibus recalenti aspergine sanguis
insidet, hunc omnem spongia pressa rapit.
145 Nec iam densa sacro quidquam de corpore silua
obtinet aut plenis fraudat ab exequiis.
Cumque recensetis constaret partibus ille,
corporis integri qui fuerat numerus,
nec purgata aliquid deberent auia toto
150 ex homine extersis frondibus et scopulis,
metando eligitur tumulo locus, ostia linquunt,
Roma placet, sanctos quae teneat cineres.
Haud procul extremo culta ad pomeria uallo
mersa latebrosis crypta patet foueis.
155 Huius in occultum gradibus uia prona reflexis
ire per anfractus luce latente docet.
Primas namque fores summo tenus intrat hiatu
inlustratque dies limina uestibuli.
Inde ubi progressu facili nigrescere uisa est
160 nox obscura loci per specus ambiguum,
occurrunt celsis inmissa foramina tectis,
quae iaciant claros antra super radios.
Quamlibet ancipites texant hinc inde recessus
arta sub umbrosis atria porticibus,
165 at tamen excisi subter caua uiscera montis
crebra terebrato fornice lux penetrat.

Def. AB 139 humeros *CDNPMOS* bracchia *cum M* 141 secantur *E,Pa.c.* sicantur *N* 143 recalentis *Va.r.Sp.c.* recalente *O* 144 insidit *NE,Pa.c.m2 u. 145 post 149 in M* 146 optinet *VU* exsequiis *CDV* 147 recensitis *Mp.c.* 149 inuia *SU,Da.c.m2Cmg.* 151 elegitur *CDE,Sa.c.* hostia *CDNP,Ep.c.* 153 cultu *PEa.c.* 154 cripta *CDNO,Ea.c.* latet *M* fouet *U* 156 amfractus *CDNPESU* 158 lumina *CVPSa.c.* 161 decurrunt *C* (*mg.* oc) *D* celsis *codd.* (*S in ras.*) caesis *edd.* inmensa *CDNPO,Vp.c.* 162 iaciunt *V,DSp.c.m2* iaceant *Da.c.m2* 165 caua subter *OSU*

Sic datur absentis per subterranea solis
cernere fulgorem luminibusque frui.
Talibus Hippolyti corpus mandatur opertis,
170 propter ubi adposita est ara dicata deo.
Illa sacramenti donatrix mensa eademque
custos fida sui martyris adposita
seruat ad aeterni spem uindicis ossa sepulcro,
pascit item sanctis Tibricolas dapibus.
175 Mira loci pietas et prompta precantibus ara
spes hominum placida prosperitate iuuat.
Hic corruptelis animique et corporis aeger
oraui quotiens stratus, opem merui.
Quod laetor reditu, quod te, uenerande sacerdos,
180 conplecti licitum est, scribo quod haec eadem,
Hippolyto scio me debere, deus cui Christus
posse dedit, quod quis postulet, adnuere.
Ipsa, illas animae exuuias quae continet intus,
aedicula argento fulgurat ex solido.
185 Praefixit tabulas diues manus aequore leui
candentes, recauum quale nitet speculum,
nec Pariis contenta aditus obducere saxis
addidit ornando clara talenta operi.
Mane salutatum concurritur: omnis adorat
190 pubis, eunt, redeunt solis adusque obitum.
Conglobat in cuneum Latios simul ac peregrinos
permixtim populos religionis amor.
Oscula perspicuo figunt inpressa metallo,
balsama defundunt, fletibus ora rigant.
195 Iam cum se renouat decursis mensibus annus
natalemque diem passio festa refert,

Def. AB 169 hyppoliti *VM* yppol. *DPOU,Cp.c.* hippol. *E* ippol. *N,Ca.c.* hypol. *S* 171 mens *E,Pa.c.m2* mensae *D* eademque] sub antro *DO,Cs.Pmg.* 173 iudicis *MUS* sepulcro *cum NM* 174 tibric. *N* tybric. *DMOU* thybric. *CVPE* tybryc. *S* 175 cuncta *EO,Pa.c.Cmg.* 178 quoties *CDN,Ep.r.Sa.c.* 180 complecti *CDNPO* 181 hyppolito *VMO* hippol. *E* yppol. *cet.* 182 annuere *NPOU* 184 fulgorat *C, DEa.c.* 190 pubes *NSU,Vp.c.* 192 religionis *cum VNPEO,Sa.c.* 194 diffundunt *Dp.c.m2VPp.c.*

quanta putas studiis certantibus agmina cogi
quaeue celebrando uota coire deo!
Vrbs augusta suos uomit effunditque Quirites,
200 una et patricios ambitione pari
Confundit plebeia falanx umbonibus aequis
discrimen procerum praecipitante fide.
Nec minus Albanis acies se candida portis
explicat et longis ducitur ordinibus,
205 exultant fremitus uariarum hinc inde uiarum,
indigena et Picens plebs et Etrusca uenit.
Concurrit Samnitis atrox, habitator et altae
Campanus Capuae iamque Nolanus adest,
quisque sua laetus cum coniuge dulcibus et cum
210 pigneribus rapidum carpere gestit iter.
Vix capiunt patuli populorum gaudia campi
haeret et in magnis densa cohors spatiis.
Angustum tantis illud specus esse cateruis
haud dubium est, ampla fauce licet pateat.
215 Stat sed iuxta aliud, quod tanta frequentia templum
tunc adeat cultu nobile regifico,
parietibus celsum sublimibus atque superba
maiestate potens muneribusque opulens.
Ordo columnarum geminus laquearia tecti
220 sustinet auratis suppositus trabibus.
Adduntur graciles tecto breuiore recessus,
qui laterum seriem iugiter exsinuent.
At medios aperit tractus uia latior alti
culminis exsurgens editiore apice.
225 Fronte sub aduersa gradibus sublime tribunal
tollitur, antistes praedicat unde deum.

Def. AB, O a u. 197 usque ad 216 *u. 197—216 def. in O* 201 plebia *PE,Ca.c.Da.c.m2* phalanx *MU* *u. 206 in CD duplici forma exstat:* indigna et picens plebes et rustica uenit | indigena et picens plebs et etrusca uenit; *in D prior u. linea supposita deletur* plebs et rustica *M* plebes et rustica *Sa.c.* (*CD cf. supra*) 210 pignoribus *CDPES* 212 choors *VN* 213 kateruis *N* 216 cultum *N* 220 subpositus *P* 221 secessus *M* 222 cui *N* exinuent *CNEM* exinuen*t *P* 223 ad *C* (*s.* at) *DE,PSa.c.* 226 antestis *O,Ea.c.*

Plena laborantes aegre domus accipit undas
artaque confertis aestuat in foribus
maternum pandens gremium, quo condat alumnos
230 ac foueat fetos adcumulata sinus.
Si bene commemini, colit hunc pulcherrima Roma
Idibus Augusti mensis, ut ipsa uocat
prisco more diem, quem te quoque, sancte magister,
annua festa inter dinumerare uelim.
235 Crede, salutigeros feret hic uenerantibus ortus
lucis honoratae praemia restituens.
Inter sollemnes Cypriani uel Chelidoni
Eulaliaeque dies currat et iste tibi.
Sic te pro populo, cuius tibi credita uita est,
240 orantem Christus audiat omnipotens;
sic tibi de pleno lupus excludatur ouili
agna nec ulla tuum capta gregem minuat;
sic me gramineo remanentem denique campo
sedulus aegrotam pastor ouem referas;
245 sic, cum lacteolis caulas conpleueris agnis,
raptus et ipse sacro sis comes Hippolyto.

XII.
PASSIO APOSTOLORVM PETRI ET PAVLI.

'Plus solito coeunt ad gaudia; dic, amice, quid sit!
Romam per omnem cursitant ouantque'.
'Festus apostolici nobis redit hic dies triumfi,
Pauli atque Petri nobilis cruore.

241 cf. Ioh. 10, 11—12

Def. AB 230 foetos *NU,Vp.c.P* (*mg.* al foetus) foetus *O,Sa.c.* foetas *Sp.c.* foetis *Va.c.* adcum. *E,Sa.c.* adcom. *N* accum. *cet.* 233 p*roco *V* (p*risco *p.c.*) sacerdos *M* 235 credo *P* ferit *Pa.c.Ep.c.* 237 solemnes *DPU* cheledoni *PSp.c.* celedoni *O* celedonii *U,Sa.c.* 242 acna *N* 245 compl. *CDPO* 246 hyppolito *DVEM,Sp.c.* yppol. *CPOU* ypol. *N* hypol. *Sa.c.* finit amen *S* explicit passio beati ipoliti martiris incipit passio apostolorum *N*

incipit (*om. VU*) passio (sanctorum *add. S* beatorum *V*) apostolorum petri et pauli *DVOSU* passio (incipit passio *N*) apostolorum (sanctorum apostolorum *M*) *CNPEM* 3 triumphi *codd.*

5 Vnus utrumque dies, pleno tamen innouatus anno,
uidit superba morte laureatum.
Scit Tiberina palus, quae flumine lambitur propinquo,
binis dicatum caespitem tropeis,
et crucis et gladii testis, quibus inrigans easdem
10 bis fluxit imber sanguinis per herbas.
Prima Petrum rapuit sententia legibus Neronis,
pendere iussum praeminente ligno.
Ille tamen ueritus celsae decus aemulando mortis
ambire tanti gloriam magistri
15 exigit, ut pedibus mersum caput inprimant supinis,
quo spectet imum stipitem cerebro.
Figitur ergo manus subter, sola uersus in cacumen,
hoc mente maior, quo minor figura.
Nouerat ex humili caelum citius solere adiri,
20 deiecit ora spiritum daturus.
Vt teres orbis iter flexi rota percucurrit anni
diemque eundem sol reduxit ortus,
euomit in iugulum Pauli Nero feruidum furorem,
iubet feriri gentium magistrum.
25 Ipse prius sibimet finem cito dixerat futurum:
'ad Christum eundum est, iam resoluor', inquit.
Nec mora, protrahitur, poenae datur, inmolatur ense,
non hora uatem, non dies fefellit.
Diuidit ossa duum Tybris sacer ex utraque ripa,
30 inter sacrata dum fluit sepulcra.
Dextra Petrum regio tectis tenet aureis receptum
canens oliua, murmurans fluento;

19 cf. Hiob 22, 29; Luc. 18, 14 24 cf. II Tim. 1, 11 26 cf. Phil. 1, 23 II Tim. 4, 6

Def. AB 6 nocte *N* 7 tyber. *PMSU* teber. *N* pa*lus *MS* labitur *NU,CSp.c.Pmg.* 8 caespitem *cum M* tropeis *VPS,Mp.c.* tropaeis *Ma.c.* tropheis *cet.* 9 testes *CE,Pa.c.* irrig. *PMOU* 13 aemulandae *N, CPa.c.Ep.c.* 15 imprimant *CDPMOU* 19 mouerat *Np.c.m2* 20 deiecerat *O* *u. 21—22 om. V, add. mg.* retro *DMSU,VEa.c.Cmg., s. in O* 27 immol. *CDVPMOU* imol. (m s. m) *S* 28 autem *O,DEa.c.* 29 thybris *VS* thymbris *M* tibris *O* tyberis *Up.c.m2* 30 sepulcra *cum M* sepulcrha *N* 32 murmorans *NE,CPa.c.* et murmurans *O*

namque supercilio saxi liquor ortus excitauit
fontem perennem chrismatis feracem,
35 nunc pretiosa ruit per marmora lubricatque cliuum,
donec uirenti fluctuet colymbo.
Interior tumuli pars est, ubi lapsibus sonoris
stagnum niuali uoluitur profundo.
Omnicolor uitreas pictura superne tinguit undas,
40 musci relucent et uirescit aurum
cyaneusque latex umbram trahit inminentis ostri:
credas moueri fluctibus lacunar.
Pastor oues alit ipse illic gelidi rigore fontis,
uidet sitire quas fluenta Christi.
45 Parte alia titulum Pauli uia seruat Ostiensis,
qua stringit amnis caespitem sinistrum.
Regia pompa loci est, princeps bonus has sacrauit arces
lusitque magnis ambitum talentis.
Bratteolas trabibus subleuit, ut omnis aurulenta
50 lux esset intus, ceu iubar sub ortu.
subdidit et Parias fuluis laquearibus columnas,
distinguit illic quas quaternus ordo.
Tum camiros hyalo insigni uarie cucurrit arcus:
sic prata uernis floribus renident.
55 Ecce duas fidei summo patre conferente dotes,
urbi colendas quas dedit togatae.
Aspice, per bifidas plebs Romula funditur plateas,
lux in duobus feruet una festis.
Nos ad utrumque tamen gressu properemus incitato,
60 et his et illis perfruamur hymnis.

43 cf. Apoc. 21, 6

Def. AB 34 frondem *DOU,VEa.c.* crismatis *NMO* 35 praediosa *M* murmura *CM,Up.c.* murmora *Ua.c.,Dp.c.m2* oliuum *N* 36 fluctu et *NEMO,CPa.c.* 37 labs. *M* 38 niuale *COS,Da.c.m2* 41 immin. *CDPMO* 44 uidit *VNPEO* 46 caespitem *cum CPEM* 49 brateolas *VS,Ua.c.m2* bracteolas *N* aurolenta *DO,Ea.c.* 53 camyros *MOU* camy*ros *V* camuros *Cp.c.* hialo *O* yalo *PM,Np.r.* yalos *Na.r.* uario *N* 54 renitent *N,Ma.c.Ua.c.m2* 57 funditus *DO* 60 ymnis *MSU*

Ibimus ulterius, qua fert uia pontis Hadriani,
laeuam deinde fluminis petemus.
Transtiberina prius soluit sacra peruigil sacerdos,
mox huc recurrit duplicatque uota.
65 Haec didicisse sat est Romae tibi: tu domum reuersus
diem bifestum sic colas memento.'

XIII.
PASSIO CYPRIANI.

Punica terra tulit, quo splendeat omne, quidquid usquam est,
inde domo Cyprianum, sed decus orbis et magistrum.
Est proprius patriae martyr, sed amore et ore noster,
incubat in Libya sanguis, sed ubique lingua pollet,
5 sola superstes agit de corpore, sola obire nescit,
dum genus esse hominum Christus sinet et uigere mundum.
Dum liber ullus erit, dum scrinia sacra litterarum,
te leget omnis amans Christum, tua, Cypriane, discet.
Spiritus ille dei, qui fluxerat auctor in profetas,
10 fontibus eloquii te caelitus actusinrig auit.
O niue candidius linguae genus, o nouum saporem!
ut liquor ambrosius cor mitigat, inbuit palatum,
sedem animae penetrat, mentem fouet et pererrat artus,
sic deus interius sentitur et inditur medullis.
15 Vnde bonum subitum terris dederis, pater, reuela!

9 cf. Hebr. 1, 1

Def. AB 61 quae *N,Pa.c.* hadriani *M* adriani *cet.* 63 transtyberina *PMOSU* 66 bis festum *DM,Sa.c.* ibi festum *N,P* (*mg.* ł bifestum) memento] *add.* explicit passio apostolorum *N* finit passio sanctorum apostolorum petri et pauli incipit ymnus in honore sanctorum XVIII martyrum cesar augustanorum *S* passio cypriani *CDE*, *add.* martyris *P* incipit passio cypriani sancti martiris *N* passio beati cypriani (martyris *add. VO*) *VMOSU*

1 quicquid *codd.* 4 libia *VNU* lybia *cet.* 5 sola *pr.*] illa *VN,P*(*mg.* al. sola) *E,Cmg.* 7 liter. *SU* 9 profetas *cum D* 10 inrigat *N* 12 ut *in ras. V* uult *Ca.c.* o (*mg.* ł ut) *P* o *DEO* imbuit *CDVPO, MSmg.* irrigat *MU* inrigat *NS*

Derat apostolicis scriptis opulentus executor,
eligitur locuples facundia, quae doceret orbem
quaeque uoluminibus Pauli famulata disputaret,
quo mage cruda hominum praecordia perpolita nossent
siue timoris opus seu mystica uel profunda Christi.
Vnus erat iuuenum doctissimus artibus sinistris:
fraude pudicitiam perfringere, nil sacrum putare,
saepe etiam magicum cantamen inire per sepulcra,
quo geniale tori ius solueret aestuante nupta.
Luxuriae rabiem tantae cohibet repente Christus,
discutit et tenebras de pectore, pellit et furorem,
inplet amore sui, dat credere, dat pudere facti.
Iamque figura alia est, quam quae fuit, oris et nitoris:
exuitur tenui uultus cute, transit in seueram,
deflua caesaries conpescitur ad breues capillos,
ipse modesta loqui, spem quaerere, regulam tenere,
uiuere iustitia Christi, penetrare dogma nostrum.
His igitur meritis dignissimus usque episcopale
prouehitur solium doctor, capit et sedile summum.
Valerianus opum princeps erat atque Gallienus:
constituere simul poenam capitis deum fatenti.
Milia terrigenum spurcissima iusserant sacrari;
contra animos populi doctor Cyprianus incitabat,
ne quis ab egregiae uirtutis honore discreparet
neu fidei pretium quis sumere degener timeret.
Esse leuem cruciatum, si modo conferas futura,
quae deus ipse uiris intermina fortibus spopondit,
merce doloris emi spem luminis et diem perennem,
omne malum uolucri cum tempore transuolare cursim,
nil graue, quod peragi finis facit et quiete donat.
Se fore principium pulchrae necis et ducem cruoris
seque caput gladio submittere, sanguinem dicare;

Def. AB 1 derat *M,Va.c.Sa.c.m2* deerat *cet.* exsecutor *U,Pp.c.* 21 ditissimus (*mg.* doctissimus) *C* d*tissimus (oc *s. ras.*) *S* 23 sepulcra *cum M* sepulcrha *N* 24 genitale *M* thori *DOU,Cp.c,* 27 implet *codd.* 28 quam quae] quamque *VPE,Ca.c.* 29 seuerum *SU* 32 iusticiae *U,Sp.c.* iustitiam *V,Ea.r.* 41 conferat *MSU* 44 cum *eras. S, om. MO* 45 peragis *CPE* quietem *SU,Va.r.* 46 pulcre *M* 47 summittere *VPU*

qui sociare animam Christo uelit, ut comes sequatur.
His ubi corda uirum Christo calefacta praeparauit,
50 ducitur ante alios proconsule perfurente uinctus.
Antra latent Tyriae Carthaginis abditis reposta,
conscia tartareae caliginis, abdicata soli.
Clausus in his specubus sanctus Cyprianus et catena
nexus utramque manum nomen patris inuocat supremi:
55 'omnipotens genitor Christi deus et creator orbis,
Christe, parens hominis, quem diligis et uetas perire!
Ille ego, uipereis quem tu bonus oblitum uenenis,
criminibus uariis tinctum miseratus abluisti
iamque tuum fieri mandas, fio Cyprianus alter
60 et nouus ex ueteri nec iam reus aut nocens, ut ante.
Si luteum facili charismate pectus expiasti,
uise libens tenebris ergastula caeca dissipatis,
eripe corporeo de carcere uinculisque mundi
hanc animam, liceat fuso tibi sanguine inmolari,
65 ne qua ferum reprimat clementia iudicem, tyranni
neu sciat inuidia mitescere, gloriam negare.
Da quoque, ne quis iners sit de grege, quem tuum regebam,
ne cadat inpatiens poenae titubetue quis tuorum,
incolumem ut numerum reddam tibi debitumque soluam'
70 Vocibus his dominum permouerat, influebat inde
spiritus in populum Carthaginis, auctor acrioris
ingenii, stimulis ut pectora subditis calerent
ad decus egregium discrimine sanguinis petendum,
non trepidare docens nec cedere nec dolore uinci,

56 cf. Ezech. 18, 23. I Tim. 2, 4 60 cf. Col. 3, 9. 10

Def. AB 48 quis *DO* 49 is *CNP,Ep.c.* 51 intra *N* cartaginis *NPMO SU,Va.c.* abditis] altius *U,Ea.c.Vp.c.m2* 54 utraque manu *SU* suppremi *M,Ua.c.* summi *N,Va.c.m2* 55 christe deus *MO,Cp.c.* (*iterum in* christi *corr.*) deus christe *S* christe decus *D* christi decus *N,PEp.c.* 57 uiperiis *V* uipreis *E* 60 et] at *VN,Dp.c.Ea.c.* nec] ne *N* 61 carism. *E* karism. *O* pectus] corpus *VNPE,s.Dm2* 64 inmolari *cum CNU* 68 titubet ne *NPEU,Sp.c.m2* titubetque ne *C* titubet *Sa.c.m2* titubetque *DMO* 69 incolomem *NU* 71 cartaginis *CDNEMOSU,Va.c.m2* acriori *N* 72 pecora *DN* 73 at *NPE* 74 *pr.* ne *N*

75 laudis amore rapi, Christum sapere et fidem tueri.
Fama refert foueam campi in medio patere iussam,
calce uaporifera summos prope margines refertam;
saxa recocta uomunt ignem niueusque puluis ardet,
urere tacta potens et mortifer ex odore flatus.
80 Adpositam memorant aram fouea stetisse summa
lege sub hac: salis aut micam iecur aut suis litarent
christicolae aut mediae sponte inruerent in ima fossae.
Prosiluere alacres cursu rapido simul trecenti,
gurgite puluereo mersos liquor aridus uorauit
85 praecipitemque globum fundo tenus inplicauit imo.
Corpora candor habet, candor uehit ad superna mentes,
'candida massa' dehinc dici meruit per omne saeclum.
Laetior interea iam Thascius ob diem suorum
sistitur indomiti proconsulis eminus furori.
90 Edere iussus erat, quid uiueret: 'unicultor', inquit,
'trado salutiferi mysteria consecrata Christi.'
Ille sub haec: 'satis est iam criminis, ipse confitetur
Thascius, ipse Iouis fulmen negat, expedite ferrum,
carnifices, gladio poenam luat hostis idolorum.'
95 Ille deo meritas grates agit et canit triumfans.

Fleuit abire uirum maesta Africa, quo docente facta est
cultior, eloquio cuius sibi docta gloriatur;
mox tumulum lacrimans struxit cineresque consecrauit.
Desine flere bonum tantum, tenet ille regna caeli
100 nec minus inuolitat terris nec ab hoc recedit orbe:
disserit, eloquitur, tractat, docet, instruit, profetat.

Def. AB 75 et *om. D* 81 salis at *N* iecor *M,Sa.c.* cur *N* at suis *Na.c.* et suis *DMOS,EVa.c.* 82 cristicolae *NO* sponte ruerent *D* ne corruerent *M,Sa.c.* sponte conruerent *Sp.c.* ruerent (sponte in *om.*) *O* 86 supernam *N* 88 tascius *N,CPEa.c.m2* thacius *Va.c.* 89 furoris *N* 90 edere .... inquit] dogmatis atque loci genus edere (edere *om. MUS, sed s.* edicere *glossae modo S*) christianus (cristianus *O*) inquit *MOSU; utrumque uersum* dogmatis .. inquit *priorem,* edere .... inquit *posteriorem habent CD* 91 trado] seruo *DMOSU,Cmg.* 93 tascius *NPE, Ca.c.m2* 94 carnificis *NPE,CDSa.c.* 95 triumphans *codd.* 96 obire *SU* 97 gloriantur *N* 101 propheta *N* prophetat *cet.*

Nec Libyae populos tantum regit, exit usque in ortum
solis et usque obitum, Gallos fouet, inbuit Britannos,
praesidet Hesperiae, Christum serit ultimis Hiberis,
105 denique doctor humi est, idem quoque martyr in supernis,
instruit hic homines, illinc pia dona dat patronus.

XIV.

PASSIO AGNETIS.

Agnes sepulcrum est Romulea in domo,
fortis puellae, martyris inclytae.
Conspectu in ipso condita turrium
seruat salutem uirgo Quiritium
5 nec non et ipsos protegit aduenas
puro ac fideli pectore supplices.
Duplex corona est praestita martyri:
intactum ab omni crimine uirginal,
mortis deinde gloria liberae.
10 Aiunt iugali uix habilem toro
primis in annis forte puellulam
Christo calentem fortiter inpiis
iussis renisam, quo minus idolis
addicta sacram desereret fidem.
15 Temptata multis nam prius artibus,
nunc ore blandi iudicis inlice,
nunc saeuientis carnificis minis

Def. A, B usque ad finem hymni XIII

102 libiae *VOU* lybiae *CDNPEMS* exitusque *DVES* 103 imb. *CDVO* britanos *Va.c.Up.c.* brittannos *cet.* 106 explicit passio sancti cypriani aeua columba *cet.* (*initium Dittochaei*) *N* finit *M*

incipit passio agnes *BVN* passio agnetis *CEp.c.* passio (incipit passio *SU*) sanctae agnetis (agnes *S*) uirginis *DOSU* passio sanctae agnetis *P,Ea.r.* (sanctae *eras.*) passio sanctissimae uirginis agnes *M*

1 agne *D,Oa.c.m2* agnen *C,Pa.c.Ep.c.* sepulcrum *cum N* 2 inclitae *BO,Np.c.m2* inclite *E,Va.c.Na.c.m2* inclyte *Vp.c.* 3 ipsa *D* 6 et fideli *Ma.c.* acfideliac *B* 7 martyrii *CDE,Pa.r* 10 thoro *MOU,Dp.c.m2* 12 cristo *O* impiis *DB* 16 illice *U,VPOSp.c.*

stabat feroci robure pertinax
corpusque duris excruciatibus
ultro offerebat non renuens mori.
Tum trux tyrannus: 'si facile est', ait,
'poenam subactis ferre doloribus
et uita uilis spernitur, at pudor
carus dicatae uirginitatis est.
Hanc in lupanar trudere publicum
certum est, ad aram ni caput applicat
ac de Minerua iam ueniam rogat,
quam uirgo pergit temnere uirginem:
omnis iuuentus inruet et nouum
ludibriorum mancipium petet.'
'Haud', inquit Agnes, 'inmemor est ita
Christus suorum, perdat ut aureum
nobis pudorem, nos quoque deserat;
praesto est pudicis nec patitur sacrae
integritatis munera pollui.
Ferrum inpiabis sanguine, si uoles,
non inquinabis membra libidine.'
Sic elocutam publicitus iubet
flexu in plateae sistere uirginem.
Stantem refugit maesta frequentia,
auersa uultus, ne petulantius
quisquam uerendum conspiceret locum.
Intendit unus forte procaciter
os in puellam nec trepidat sacram
spectare formam lumine lubrico.
En ales ignis fulminis in modum
uibratur ardens atque oculos ferit,

Def. A 18 robure *cum B,Na.c.m2* 20 referebat *Dressel* rennuens *CPO, DBSa.r.* 26 applicet *Np.c.m2OUp.c.* implicat *Ma.c.* 27 roget *OSp.c.m2* 28 tempnere *VU,POSp.c.m2* 29 inruit *CDEO,Vp.c.m2 Sa.c.m2* irruit *P,Sp.c.m2* irruet *M* irruat *U* 30 petit *CDOS,VPp.c.* petat *U* 31 haut *BU* inquid *BS* 36 piabis *M* impia uis *Va.c.* impiabis *CDPOU,Vp.c.* 38 iubent *B,DOa.c.* 39 flexus *COS,Da.c.* in plateas *CD* *platea (e *s.* a) *N* 41 aduersa *CPE,Da.c.* 45 expectare *O,Da.c.m2* 47 adque *Na.c.m2*

caecus corusco lumine corruit
atque in plateae puluere palpitat.
50 Tollunt sodales seminecem solo
uerbisque deflent exequialibus.
Ibat triumfans uirgo deum patrem
Christumque sacro carmine concinens,
quod sub profani labe periculi
55 castum lupanar nec uiolabile
experta uictrix uirginitas foret.
Sunt, qui rogatam rettulerint preces
fudisse Christo, redderet ut reo
lucem iacenti: tunc iuueni halitum
60 uitae innouatum uisibus integris.
Primum sed Agnes hunc habuit gradum
caelestis aulae, mox alius datur
ascensus; iram nam furor incitat
hostis cruenti: 'uincor', ait gemens,
65 'i, stringe ferrum, miles, et exere
praecepta summi regia principis!'
Vt uidit Agnes stare trucem uirum
mucrone nudo, laetior haec ait:
'exulto, talis quod potius uenit,
70 uaesanus, atrox, turbidus, armiger,
quam si ueniret languidus ac tener
mollisque efybus tinctus aromate,
qui me pudoris funere perderet.
Hic, hic amator iam, fateor, placet;
75 ibo inruentis gressibus obuiam
nec demorabor uota calentia:

Def. A 48 conruit *N* 49 adque *Na.c.m2* palpitet *B* 52 triumphans *codd.* 54 prophani *DM* 57 rettulerint *cum B* 59 tum *MOSU* alitum *CPEOS,Da.c.m2* 63 accensus *PE,O Ua.c.* 64 incruenti *E,Pa.r.* 65 stringe (*om.* i) *CDVPEO,Sa.c.m2* instringe *Np.c.m2* distringe *M* asstringe *U* astringe *Sp.c.m2* 68 hic *M* 70 uesanus *DVMOSU,Pp.r.* 72 efybus *E* efibus *Na.c.m2* ephibus *Va.c.* ephebus *MO* effebus (e *alt. ex* i) *P* efoebus *B* ephoebus *CDSU, Vp.c.* aromathae *E* aromat*e *N* 74 amor *B,Va.c.Na.c.m2* 75 irruentis *PU,Dp.c.m2Sp.c.m2* obuia *CVP*

ferrum in papillas omne recepero
pectusque ad imum uim gladii traham.
Sic nupta Christo transiliam poli
omnes tenebras aethere celsior.
Aeterne rector, diuide ianuas
caeli obseratas terrigenis prius
ac te sequentem, Christe, animam uoca,
cum uirginalem, tum patris hostiam!'
Sic fata Christum uertice cernuo
supplex adorat, uulnus ut inminens
ceruix subiret prona paratius.
Ast ille tantam spem peragit manu,
uno sub ictu nam caput amputat,
sensum doloris mors cita praeuenit.
Exutus inde spiritus emicat
liberque in auras exilit, angeli
saepsere euntem tramite candido
Miratur orbem sub pedibus situm,
spectat tenebras ardua subditas
ridetque, solis quod rota circuit,
quod mundus omnis uoluit et inplicat,
rerum quod atro turbine uiuitur,
quod uana saecli mobilitas rapit:
reges, tyrannos, imperia et gradus
pompasque honorum stulta tumentium,
argenti et auri uim rabida siti
cunctis petitam per uarium nefas,
splendore multo structa habitacula,
inlusa pictae uestis inania,
iram, timorem, uota, pericula,
nunc triste longum, nunc breue gaudium,

Def. A 77 mamillas *Mp.c.m2* 78 trahat *B* 79 christi *VE* 80 aeternae *C* 81 uictor *M* 86 immin. *PEOS* imin. *V* 88 tantum *CDO* 89 subiectu *B* 93 saepsere *BV,Na.c.* sepsere *cet.* 96 uidetque *Vp.c.* circumit *VPE* 97 inplicat *cum BNE* 99 saeculi *BS* mob. rapit] mens rapit impii *M* 102 uim *om. CDNP,Ep.r.* rabidam sitim *CDPEOU* rabidam siti* *S* rabida sitim *V* rapida siti *Na.c.*

liuoris atri fumificas faces,
nigrescit unde spes hominum et decus,
110 et, quod malorum taetrius omnium est,
gentilitatis sordida nubila.
Haec calcat Agnes ac pede proterit
stans et draconis calce premens caput,
terrena mundi qui ferus omnia
115 spargit uenenis mergit et inferis,
nunc uirginali perdomitus solo
cristas cerebri deprimit ignei
nec uictus audet tollere uerticem.
Cingit coronis interea deus
120 frontem duabus martyris innubae;
unam decemplex edita sexies
merces perenni lumine conficit,
centenus extat fructus in altera.
O uirgo felix, o noua gloria,
125 caelestis arcis nobilis incola,
intende nostris conluuionibus
uultum gemello cum diademate,
cui posse soli cunctiparens dedit
castum uel ipsum reddere fornicem!
130 Purgabor oris propitiabilis
fulgore, nostrum si iecur inpleas.
Nil non pudicum est, quod pia uisere
dignaris almo uel pede tangere.

113 cf. Gen. 3, 15 121 cf. Matth. 13, 8

Def. A 108 fumicas *CD* 110 est taetrius omnium *Dressel* tetrius *CDBVEOSU* omnium *om. O* 112 ac] haec *Dressel ex codd. dett.* 117 depremit *B* deprimat *D* 121 una *CPE* decimplex *Va.c.* 122 mercis *BPE,Np.c.m2* 131 fulgure *NOa.c.* iecor *VNa.c.* inpleas *cum PEM,Na.c.m2* finit passio agnes (agnis*Np.c.m2*) incipit hymnus in honorem (honore *B*) beatissimorum martyrum fructuosi episcopi ecclesiae (eclesie *B,Na.c.m2* eclesiae *Np.c.m2*) tarraconensis (terraconensis *V*) et augurii (augorii *B*) et eulogii diaconorum *BVN* *post hymnum XIV sequuntur in OS uersus quidam, qui Constantinae dicuntur, Constantini imperatoris filiae* ('Constantina deum uenerans' *cet.*) *et post eos uersus quidam Damasi de eadem Agnete* ('Fama refert sanctos' *cet.*)

VII.

TITVLI HISTORIARVM QVI 'DITTOCHAEI' NOMINE CIRCVMFERVNTVR SVBSEQVENTE OMNIVM CARMINVM EPILOGO.

CODICES:

A = *Parisinus lat. 8084 saec. VI ('Puteaneus').*
C = *Cantabrigiensis Corp. Chr. 223 saec. IX—X.*
D = *Dunelmensis B 4. 9. saec. X.*

B = *Ambrosianus D 36 sup. saec. VII.*
V = *Vaticanus Reg. 321 saec. X.*
N = *Parisinus lat. 8305 saec. X.*

P = *Parisinus lat. 8086 saec. X.*
E = *Leidensis Burm. Q. 3 saec. X.*

M = *Casinensis 374 saec. IX.*
O = *Oxoniensis Oriel 3 saec. X.*
S = *Sangallensis 136 saec. IX uel X ineuntis.*
U = *Bernensis bibl. urbanae 264 saec. IX.*

I. DE ADAM ET EVA.

Eua columba fuit tunc candida, nigra deinde
facta per anguinum malesuada fraude uenenum
tinxit et innocuum maculis sordentibus Adam;
dat nudis ficulna draco mox tegmina uictor.

II. DE ABEL ET CAIN.

5 Fratrum sacra deus nutu distante duorum
aestimat accipiens uiua et terrena refutans.
rusticus inuidia pastorem sternit: in Abel
forma animae exprimitur, caro nostra in munere Cain.

III. DE NOE ET DILVVIO.

Nuntia diluuii iam decrescentis ad arcam
10 ore columba refert ramum uiridantis oliuae.
coruus enim ingluuie per foeda cadauera captus
haeserat; illa datae reuehit noua gaudia pacis.

IV. DE ABRAHAM ET HOSPITIO EIVS.

Hospitium hoc domini est, ilex ubi frondea Mambrae
armentale senis protexit culmen; in ista

4 cf. Gen. 3, 6. 21 5 cf. Gen. 4, 3—5 10 cf. Gen. 8, 6. 11 11 cf. Gen. 8, 7 13 cf. Gen. 18, 1. 10

Def. ABM, U usque ad u. 4 finit contra sym. incipiunt tituli historiarum *V* finit peristefanon incipiunt tituli historiarum prudentii ispaniensis quod dirocheum de utroque testamento uocatur *O* incipiunt tituli historiarum per adam et eua *S; nulla inscriptio in C,D* (*rec. m.* Enchiridion ueteris et noui testamenti), *NPE; in U pictura speciosissima totam paginam complectens initium Dittochaei facit additis his uersibus:* incipiunt tituli manualis amoeni exceptis quos personis tetrastica claudunt de adam et eua *CVNPE* adam et eua *O; in D rec. m.* Adam et Heua; *Dittochaeum non exstat in ABM, u. 1—4 om. U*

1 aeua *CN* eeua *D* 2 malasuada *V* 4 nubis *D* draco] da *N* de abel et cain *CNPE* de cain et abel *V* cain et abel *OSU; in D rec. m.:* Abel et Cain 8 kain *Up.c.* cain *om. N* de noe et diluuio *CVPE* arca (archa *U*) noe *OSU, om. N; in D rec. m.:* Archa Noae *N* 11 ingluuiae *CDNPEOSU* de abraham et hospitio eius *CVNPE* ad ilicem mambrae *OSU; in D rec. m.:* Ilex Mambrae 13 hospicium *VNP* mambrae *DNEOSU* mambre *CP* menbre *Va.c.* manbre *Vp.c.* 14 armentales (armentalis *N*) enim *NE,Pa.c.*

15 risit Sarra casa subolis sibi gaudia sera
ferri et decrepitum sic credere posse maritum.

V. MONVMENTVM SARRAE.

Abraham mercatus agrum, cui conderet ossa
coniugis, in terris quoniam peregrina moratur
iustitia atque fides: hoc illi milibus emptum
20 spelaeum, sanctae requies ubi parta fauillae est.

VI. SOMNIVM FARAONIS.

Bis septem spicae, uaccae totidem Faraoni
per somnum uisae portendunt dispare forma
uberis atque famis duo per septennia tempus
instare; hoc soluit patriarcha interprete Christo.

VII. A FRATRIBVS AGNITVS IOSEPH.

25 Venditus insidiis fratrum puer ipse uicissim
cratera in farris sacco clam praecipit abdi;
utque reos furti Ioseph tenet, auctio fallax
proditur; agnoscunt fratrem ueniaque pudescunt.

VIII. IGNIS IN RVBO.

Sentibus inuolitans deus igneus ore corusco
30 conpellat iuuenem, pecoris tunc forte magistrum;
ille capit iussus uirgam, fit uipera uirga,
soluit uincla pedum, properat Faraonis ad arcem.

17 cf. Gen. 23, 4. 16 21 sq. cf. Gen. 41 25 cf. Gen. 37, 28
26 cf. Gen. 44. 45 29. 32 cf. Exod. 3, 2. 5. 4, 3. 20 31 cf. Exod. 7. 9

Def. ABM,N a u. 15—87 15 sarra *VEO* sara *cet.* casu *PE* subolis *V* sobolis *cet.* monumentum sarrae (sarae *VSU*) *VOSU* abraham agrum emit *CPE; in D rec. m.:* Monumentum Sarae 17 mercatur *OU* mercauit *S* cui] quo *OSU* 18 moratus *E,Pp.c.m2* 19 milibus illud *P* illud milibus *DVEOSU* 20 speleum *VPOU* parata *E,Pp.c.* fauilla *EU* uauille *D* somnium pharaonis *VSU* de somnio pharaonis *O* pharao somnium uidit *CPE; in D m. rec.:* Somnium Pharaonis 21 uacae *Va.c.* uacce *D* faraoni *VU* pharaoni *cet.* 22 somnium *E* 23 ueberis *Ea.c.* uerberis *CD,Pa.c.* duo] dum *U* per *om. CDPE* a fratribus agnitus ioseph (iosep *O*) *VOSU* ioseph a fratribus uenditus (uenditur *E*) *CPE; in D rec. m.:* Ioseph a fratribus agnitus 26 crateram *OSU* fratris *E* saclo *Va.c.* precepit *S* ignis in rubo *VOSU* moyses rubum ardentem uidit *CPE; in D rec. m.:* Ignis in rubo 31 capti *E* 32 propera *D* pharaonis *PEO*

IX. ITER PER MARE.

Tutus agit uir iustus iter uel per mare magnum.
ecce dei famulis scissim freta rubra dehiscunt,
35 cum peccatores rabidos eadem freta mergant:
obruitur Farao, patuit uia libera Moysi.

X. MOYSES ACCEPIT LEGEM.

Fumat montis apex diuinis ignibus, in quo
scripta decem uerbis saxorum pagina Moysi
traditur; ille suos suscepta lege reuisit,
40 forma sed his uituli solus deus et deus aurum.

XI. MANNA ET COTVRNICES.

Panibus angelicis albent tentoria patrum.
certa fides facti: tenet urceus aureus exim
seruatum manna; ingratis uenit altera nubis
atque auidos carnis saturat congesta coturnix.

XII. SERPENS AEREVS IN HEREMO.

45 Feruebat uia sicca heremi serpentibus atris,
iamque uenenati per uulnera liuida morsus
carpebant populum, sed prudens aere politum
dux cruce suspendit, qui uirus temperet, anguem.

33 cf. Exod. 14, 29 37 cf. Exod. 19, 18 41 cf. Exod. 16, 14
44 cf. Exod. 16, 13 45 cf. Num. 21, 6. 9

Def. *ABNM* iter per mare *VOSU* moyses mare rubrum transit et pharao submergitur (mergitur *E*) *CPE; in D rec. m.:* Iter per mare 34 sensim *U* 35 rapidos *V* 36 pharao *PEO* moyses accepit legem *VOSU* moysi lex datur in monte sina (syna *E*) *CPE; in D rec. m :* Moses accipit legem 40 uitulis solus *E,Pa.c.* est *s. post* uituli *U* manna et coturnices *VOSU* manna in deserto datum *CPE; in D rec. m.:* Manna et coturnices 42 exin *O,Sp.c., in D euanidum* 43 nubis *PES, in D euanidum,* nubes *cet.* serpens aereus in (h)eremo *VOSU* moyses serpentem aeneum in deserto erigit *CPE; in D rec. m.:* Sergens aeneus in eremo 45 eremi *V* 48 qui *om. S* uiros *E*

XIII. LACVS MYRRAE IN HEREMO.

Aspera gustatu populo sitiente lacuna
50 tristificos latices stagnanti felle tenebat.
Moyses sanctus ait: 'lignum date, gurgitem in istum
conicite, in dulcem uertentur amara saporem'.

XIV. AELIM LVCVS IN HEREMO.

Deuenere uiri Moysi duce, sex ubi fontes
et sex forte alii uitreo de rore rigabant
55 septenas decies palmas, qui mysticus Aelim
lucus apostolicum numerum libris quoque pinxit.

XV. DVODECIM LAPIDES IN IORDANE.

In fontem refluo Iordanis gurgite fertur,
dum calcanda dei populis uada sicca relinquit;
testes bis seni lapides, quos flumine in ipso
60 constituere patres in formam discipulorum.

XVI. DOMVS RAAB MERETRICIS.

Procubuit Iericho, sola stant atria Raab.
hospita sanctorum meretrix — tanta est fidei uis —
incolumi secura domo spectabile coccum
ignibus aduersis in signum sanguinis offert.

49 cf. Exod. 15, 23—25 53 cf. Exod. 15, 27 57 cf. Ios. 4, 8
61 cf. Ios. 2, 1. 18; 6, 17. 25

Def. lacus myrrae in heremo *OSU* lacus amara in heremo *V* moyses
ABNM aquas amaras per lignum in dulcedinem uertit *CPE*; *in D rec. m.:* Lacus deserti amarus 49 polo *PE* 51 gurgite *DPE* 52 dulce *PE* helim (elim *V*) locus (lucus *O*) in heremo *VOS* moyses et populus israel (israhel *E*) ad fontes XII et ubi erant septuaginta palmae perueniunt *CPE; in D rec. m.:* Fontes 12 et palmae 70; *inscr. caret U* 53 moyse *P* 54 rigabat *P* 55 haelim *O* helim *U* elim *S* 56 locus *E,Pa.c.* lacus *Pp.c.* quoque *om. E,V* (*add. s.*) duodecim lapides in iordane *VOS,Up.c.* duodecim lapides in heremo *Ua.c.* filii israel (israhel *E*) iordanem transeunt et lapides ex eo colligunt *CPE; in D rec. m.:* Lapides 12 in Iordane 58 reliquit *DPOU,Sp.c.* reliquid *Sa.c.* domus raab meretricis *VU,S*(*mg. sed unc. litt.*) raab meretrix *O* raab in hiericho (iericho *P* hierico *Ca.c.*) speculatores recipit (recepit *C*) *CPE; in D rec. m :* Domus Rahab 61 hiericho *PESU* hierico *C* gericho *D* 63 incolomi *E,Up.c.* incolomis *S,Ua.c.* incolumis *DPO,Vp.c.* domus *OS,Ua.c.*

XVII. SAMSON.

65 Inuictum uirtute comae leo frangere Samson
adgreditur; necat ille feram, sed ab ore leonis
mella fluunt, maxilla asini fontem uomit ultro:
stultitia exundat lymfis, dulcedine uirtus.

XVIII. SAMSON.

Ter centum uulpes Samson capit, ignibus armat,
70 pone faces caudis circumligat, in sata mittit,
allofilum segetesque cremat: sic callida uulpes,
nunc heresis, flammas uitiorum spargit in agros.

XIX. DAVID.

Dauid paruus erat, fratrum ultimus, et modo Iesse
cura gregis, citharam formans ad ouile paternum,
75 inde ad delicias regis, mox horrida bella
conserit et funda sternit stridente Golian.

XX. REGNVM DAVID.

Regia mirifici fulgent insignia Dauid:
sceptrum, oleum, cornu, diadema et purpura et ara,
omnia conueniunt Christo, clamys atque corona,
80 uirga potestatis, cornu crucis, altar, oliuum.

65 cf. Iud. 14, 5. 8. 15, 19 69 cf. Iud. 15, 4 73 cf. I Reg. 16. 17

Def. *u. 65—68 om. V (add. imo mg.) E* *inscr.* samson *COU,S(mg.*
ABNM *sed unc. litt.)* de samson *V(mg.)* samson leonem interfecit *P; in D rec. m.:* Samsonis leo 67 asinae *C* 68 lymphis *VES* limphis *CDPO* samson *CVOU,S(mg. sed unc. litt.)* samson uulpes capit et caudis earum ignem ligat *PE; in D rec. m.:* Samsonis uulpes 69 trecentum *EU, P a.c.* t . . centum (*paene oblitteratum*) *S* trecentas *Pp.c.* trecentos *O* samso *V* sampso *E* 70 namque faces *O* 71 allophylum *U* allophilum *PO* uulpis *EOS,Va.c.* 72 heres *O,Sp.c.* dauid *VOU, S(mg. sed unc. litt.)* dauid pastor ouium in regem rapitur *CPE; in D rec. m.:* Dauid pastor 73 iessem *E,Pa.c.* 75 delitias *CDP* 76 goliam *DV* goliag *E* regnum dauid *U,S(mg. sed unc. litt.)* de regno dauid *O* dauid in regem unguitur *CPE; in D rec. m.:* Dauid rex; *inscr. caret V* 77 mitifici *VPE* 78 oleum et cornu *Sp.c.* 79 clamis *CDVPEO*

XXI. AEDIFICATIO TEMPLI.

Aedificat templum Sapientia per Solomonis
obsequium; regina austri graue congerit aurum.
tempus adest, quo templum hominis sub pectore Christus
aedificet, quod Graia colant, quod barbara ditent.

XXII. FILII PROFETARVM.

85 Forte profetarum nati dum ligna recidunt
fluminis in ripa, cecidit discussa bipennis;
gurgite submersum est ferrum, sed mox leue lignum
iniectum stagnis ferrum reuocabile fecit.

XXIII. HEBRAEI IN CAPTIVITATEM DVCTI.

Gens Hebraeorum peccamine capta frequenti
90 fleuerat exilium dirae Babylonis ad amnes,
tum patrios cantare modos praecepta recusat
organaque in ramis salicis suspendit amarae.

XXIV. DOMVS EZECHIAE REGIS.

Hic bonus Ezechias meruit ter quinque per annos
praescriptum proferre diem legemque obeundi

81 cf. III Reg. 6 et 10 85 cf. IV Reg. 6, 5—7 90 cf. Ps. 136, 1
92 cf. Ps. 136, 2 93 cf. IV Reg. 20, 1—11

Def. ABM,N usque ad u. 87 Salomon templum (a)edificat et regina austri munera offert (adfert *C*) *CPE* aedificatio templi *OU,S*(*mg. sed unc. litt.*); *in D rec. m.:* Aedificatio templi; *inscr. caret V* 81 salomonis *codd.* 84 gaia *C* gaza *OS,Pp.c.* colat *CDPESU* filii prophet. *OU,S*(*mg. sed unc. litt.*) filii prophet. ia *E,Pa.c.* ligna c(a)edunt *CPE; in D rec. m.:* Filii prophet.; *inscr. caret V* 86 bipinnis *VEa.c.m2* 87 sed mox leue lignum *alio ductu in V* (h)ebr(a)ei in captiuitatem ducti *CNPE* captiuitas israhel *OU,S*(*mg. sed unc. litt.*); *in D rec. m.:* Captiuitas Israelis; *inscr. caret V* 89 hebreorum *VPOS* ebreorum *CD* ebraeorum *N* frequente *Dressel* 90 dire *CDVN* babilonis *DVPOU* omnes *N,Ea.c.* 92 organa quae *CD* domus ezechiae regis *OU* domus ezechiae *S*(*mg. sed unc. litt.*) ezechiae regi ter quini adduntur anni *CNE* (*sine dubio etiam P, cuius inscriptio uetustate oblitterata est*); *in D rec. m.:* Domus Ezechiae regis; *inscr. caret V* 93 hezechias *U* ezechiel *Na.c.* 94 obeunti *N*

95 tendere, quod gradibus, quos uespera texerat umbra,
lumine perfusis docuit sol uersus in ortum.

XXV. MARIAE ANGELVS GABRIEL MITTITVR.

Aduentante deo descendit nuntius alto
Gabriel patris ex solio sedemque repente
intrat uirgineam: 'sanctus te spiritus,' inquit,
100 'inplebit, Maria, Christum paries, sacra uirgo.'

XXVI. CIVITAS BETHLEM.

Sancta Bethlem caput est orbis, quae protulit Hisum,
orbis principium, caput ipsum principiorum.
urbs hominem Christum genuit, qui Christus agebat
ante deus, quam sol fieret, quam lucifer esset.

XXVII. MAGORVM MVNERA.

105 Hic pretiosa magi sub uirginis ubere Christo
dona ferunt puero myrraeque et turis et auri;
miratur genetrix tot casti uentris honores
seque deum genuisse, hominem, regem quoque summum.

97 cf. Luc. 1, 26—33 101 cf. Matth. 2, 6 105 cf. Matth. 2, 11

Def. *ABM* 95 tendereque tot *D* tendere tot *OU* gradibus quot *U,O*(*s. l* quos) *S* (*in ras.; fort. ex* quos) gradibus te *D* 96 uerusus *N* uerus *P* finit uetus testamentum incipit nouum testamentum maria et angelus gabrihel *S* nouum testamentum mariae angelus gabriel mittitur (mittitur *om. C*) *CN* gabriel angelus ad mariam mittitur *P* de nouo testamento adnuntiatio domini *O* v. finitur (*alio ductu*). incipit nouum testamentum. de maria *U; in D rec. m.:* Gabriel ad Mariam; *inscr. caret VE* 97 aduentante ante *N* adueniente *P* discendit *E,Pp.c.* discedit *Pa.c.* 98 gabrihel *VEOU* 100 implebit *DPOSU* impleuit *CVNE* ciuitas bethleem (bethlem *CN*) *CNOU* ciuitas bethel *S*(*mg. sed unc. litt.*) bethleem . . . (*oblitteratum*) *P; in D rec. m.:* Ciuitas Bethleem; *inscr. carent VE* 101 bethleem *OSU,Vp.c.* ihm *codd.* 103 homine *N* qui] quod *O* quem *Pp.c.* magorum munera *CNOU,S*(*mg. sed unc. litt.*) magi munera christo offerunt *P; in D rec. m.:* Magorum munera, *inscr. carent VE* 106 mirreque *N* thuris *U* turi *N* 107 genetrix *VE,Sa.c.* genitrix *cet.*

XXVIII. AB ANGELIS PASTORES ADMONITI.

Peruigiles pastorum oculos uis luminis inplet
110 angelici natum celebrans de uirgine Christum.
inueniunt tectum pannis, praesepe iacenti
cuna erat; exultant alacres et numen adorant.

XXIX. OCCIDVNTVR INFANTES IN BETHLEM.

Inpius innumeris infantum caedibus hostis
perfurit Herodes, dum Christum quaerit in illis;
115 fumant lacteolo paruorum sanguine cunae
uulneribusque madent calidis pia pectora matrum.

XXX. BAPTIZATVR CHRISTVS.

Perfundit fluuio pastus Baptista locustis
siluarumque fauis et amictus ueste cameli;
tinxerat et Christum, sed spiritus aethere missus
120 testatur tinctum, qui tinctis crimina donet.

XXXI. PINNA TEMPLI.

Excidio templi ueteris stat pinna superstes;
structus enim lapide ex illo manet angulus usque
in saeclum saecli, quem sprerunt aedificantes;
nunc caput est templi et lapidum conpago nouorum.

109 cf. Luc. 2, 8—20 113 cf. Matth. 2, 16 117 cf. Matth. 3, 13—17 121 cf. Matth. 21, 42. Ps. 117, 22

Def. ab angelis pastores admoniti *CNOSU* pastoribus angeli loquuntur *P*;
ABM *in D rec. m.:* Angeli ad pastores; *inscr. carent VE* 109 inplet *cum E* *110—118 bis exstant in N primum inserti in Pe XI a m1 (N^1), deinde suo loco a m2 (N^2)* 110 celebrant N^2SUp *c.m2* de] ex *DOSU* 111 praesaepe iacenti *U* praesepia centi *Ea.c.* occiduntur infantes in bethlem (bethleem *V*) *CV*N^2 occiduntur in (in *om. U, add. s. alio atram.*) bethleem infantes *SU* occiduntur infantes *O; in D rec. m.:* Infantum in Bethlehem caedes; *inscr. caret E* 113 inpius *cum NES* 115 sumant *E*, *Pa.c.* baptizatur (babtizatur *N*) *CVNOSU* baptista iōh in deserto moratur *P; in D rec. m.:* Christus in Iordane baptizatur; *inscr. caret E* 117 perfudit *SU,VOp.c.* babtista *CD* 120 donat *Pa.c.Up.c.* *post u. 120:* explicit liber aurelii prudentii in nouo et uetere testamento feliciter amen *N* pinna templi *CVNO,S(mg. sed unc. litt.), Up.c.* templum prius cecidit et lapis christus angularis efficitur *P; in D rec. m.:* Pinna templi; *inscr. caret E* 121 excidio e *N* superstis *E* 124 capud *N*

XXXII. EX AQVA VINVM.

125 Foedera coniugii celebrabant auspice coetu
forte Galilei; iam derant uina ministris,
Christus uasa iubet properanter aquaria lymfis
inpleri, inde meri ueteris defunditur unda.

XXXIII. PISCINA SILOA.

Morborum medicina latex, quem spiritus horis
130 eructat uariis fusum ratione latenti;
Siloam uocitant, sputis ubi conlita caeci
lumina saluator iussit de fonte lauari.

XXXIV. PASSIO IOHANNIS.

Praemia saltatrix poscit funebria uirgo
Iohannis caput, abscisum quod lance reportet
135 incestae ad gremium matris; fert regia donum
psaltria respersis manibus de sanguine iusto.

XXXV. PER MARE AMBVLAT CHRISTVS.

It mare per medium dominus fluctusque liquentes
calce terens iubet instabili descendere cumba

125 cf. Ioh. 2, 1—10 . 129 cf. Ioh. 9, 7 133 cf. Matth. 14, 6—11
137 cf. Matth. 14, 25—32

Def. *ABM* ex aqua uinum *CVN,S(mg. sed litt. unc.)* uinum ex aqua *O* uinum ex aqua factum *U* in chana galileae aqua in uinum mutatur *P; in D rec. m.:* uinum ex aqua factum; *inscr. caret E* 126 galileis *CDNOS* galilaeis *U* derant *NEO,VPa.c.* deerant *cet.* 127 lymphis *PSU* limphis *CDVO* 128 inpleri *cum ESU* unde *N* diffunditur *Sp.c.* piscina siloa *CN,S(mg. sed unc. litt.)* piscina syloa *VU* piscina siloi *O* caecus curatur et ad syloam mittitur *P; in D rec. m.:* Piscina Siloa; *inscr. caret E* 129 latet *VP* quam *VPp.c.* oris *CD,Oa.c.m2* ore* (e *p.c.*) *N* 130 fusam *Vp.c.* latente *Dressel* 131 syloam *U* 132 iussis *E,Pa.c.* iussi *Va.c.* passio iohannis *CVNOU,S(mg. sed unc. litt.)* iohannis caput disco offertur *P; in D rec. m.:* caedes Iohannis; *inscr. caret E* 134 ioannis *N* iohannis *D* capud *Na.c.m2* abscissum *PEOU* reportat *SU* per (*om. Ua.c.*) mare ambulat christus *CVNOU,S(mg. sed unc. litt.)* super mare dominus ambulat *P; in D rec. m.:* Christus per mare ambulat; *inscr. caret E* 137 liquantes *C* 138 discendere *CE,Da.c.* cumba *V,ESa.c.N* (cymba *a.c.*) cymba *cet.*

discipulum, sed mortalis trepidatio plantas
140 mergit, at ille manum regit et uestigia firmat.

XXXVI. DAEMON MISSVS IN PORCOS.

Vincla sepulcrali sub carcere ferrea daemon
fregerat: erumpit pedibusque aduoluitur Hisu,
ast hominem dominus sibi uindicat et iubet hostem
porcorum furiare greges ac per freta mergi.

XXXVII. QVINQVE PANES ET DVO PISCES.

145 Quinque deus panes fregit piscesque gemellos,
his hominum large saturavit milia quinque;
inplentur nimio micarum fragmine corbes
bis seni, aeternae tanta est opulentia mensae.

XXXVIII. LAZARVS SVSCITATVS A MORTVIS.

Conscius insignis facti locus in Bethania
150 uidit ab inferna te, Lazare, sede reuersum;
apparet scissum fractis foribus monumentum,
unde putrescentis redierunt membra sepulti.

XXXIX. AGER SANGVINIS.

Campus Acheldemach sceleris mercede nefandi
uenditus exequias recipit tumulosus humandas,

141 cf. Matth. 8, 30—32 145 cf. Matth. 14, 15—21 149 cf. Ioh. 11, 1—44 153 cf. Matth. 27, 7—8. 5

Def. ABM,C a u. 141 139 plantis *Vp.c.* 140 mergit ad *Na.c.m2* mergitur *CDVPE* regia et *E,Pa.c.* firmat] *hic desinit C* d(a)emon (doemon *U*) missus in porcos *VNOSU* daemoniacus curatus a domino *P; in D rec. m.:* daemon missus in porcos; *inscr. caret E* 141 sepulchrali *DVPO* sepulchrali* *S* 142 ihu *codd.* 144 furiae *O* raptare *VPE* gregis *Na.c.m2* grex *E* quinque panes et duo pisces *VNOU,S(mg. sed unc. litt.)* quinque panes et duo pisces multiplicantur *P; in D rec. m.:* 5 panes et 2 pisces; *inscr. caret E* 146 is *N* 147 inplentur *cum NE* faragmine *Pa.c.* fraumine *E* corues *E* cor*ue*s *N* 148 eterni *D* est *om. PE* opolentia *N* opitulentia *E* lazarus suscitatus (suscitatur *O*) a mortuis *VNOSU* lazarus suscitatur *P; in D rec. m.:* Lazarus suscitatus; *inscr. caret E* 149 bethanie *D* 150 ab] ad *E* 152 putriscentis *N* ager sanguinis *VNOU,S(mg. sed unc. litt.)* iudas laqueos suspendit et a - - (*oblitteratum*) *P*; *in D rec. m.:* Ager sanguinis; *inscr. caret E* 153 acheldemah *D* acheldemac *VN* achaldema *S* 154 recepit *Vp.c.m2*

155 sanguinis hoc pretium est Christi. Iuda eminus artat
infelix collum laqueo pro crimine tanto.

XL. DOMVS CAIFAE.

Inpia blasfemi cecidit domus ecce Caifae,
in qua pulsata est alapis facies sacra Christi.
hic peccatores manet exitus, obruta quorum
160 uita ruinosis tumulis sine fine iacebit.

XLI. COLVMNA, AD QVAM FLAGELLATVS EST CHRISTVS.

Vinctus in his dominus stetit aedibus atque columnae
adnexus tergum dedit ut seruile flagellis.
perstat adhuc templumque gerit ueneranda columna
nosque docet cunctis inmunes uiuere flagris.

XLII. PASSIO SALVATORIS.

165 Traiectus per utrumque latus laticem atque cruorem
Christus agit: sanguis uictoria, lymfa lauacrum est.
tunc duo discordant crucibus hinc inde latrones
contiguis: negat ille deum, fert iste coronam.

157 cf. Marc. 14, 65 161 cf. Marc. 15, 15 165 cf. Ioh. 19, 34
167 cf. Luc. 23, 39—43

Def. 155 iuda*nimis (eminus *s.*) *U* 156 laqueus *Vp.c.* domus
ACBM, caifae (caiph(a)e *OSU*) *VNOU,S*(*mg. sed unc. litt.*) domus caiphae ce-
N a u. cidit *P; in D rec. m.:* Domus Caiphae; *inscr. caret E* 157 inpia *cum*
167 *NPE* blasphemi *VPEOU* ecce *om. N, add. s.* alta *OSU* caiphae
DPEOSU 159 peccatoris *DNPE,Vp.c.* columna ad quam flagellatus
est christus *VNOSU* dominus uinctus flagellatur *P; in D rec. m.:* Columna
ad quam Christus est flagellatus; *inscr. caret E* 161 columnis *SU*
162 annexus *Up.c.* 164 inmuneres *DE* in munere *Pa.c.* passio
saluatoris *VNOU,S*(*mg. sed unc. litt.*) Christus crucifigitur *P; in D rec.*
m.: Passio Saluatoris; *inscr. caret E* 165 transiectus *V,Pp.c. Ea.c.*
transiectos *Pa.c.Ep.c.* utrumque] umumque *E* humumque *P* laticemque
cruorem *S* adque *Na.c.* 166 lymfa *N* lympha *cet.* 168 continguis *V*

[XLIII. SEPVLCRVM CHRISTI.

Christum non tenuit saxum, non claustra sepulcri,
170 mors illi deuicta iacet, calcauit abyssum,
sanctorum populus superas simul iuit ad oras
seque dedit multis tactuque oculisque probandum.]

XLIII (XLIV). MONS OLIVETI.

Montis oliuiferi Christus de uertice sursum
ad patrem rediit signans uestigia pacis,
175 frondibus aeternis praepinguis liquitur umor,
qui probat infusum terris de chrismate donum.

XLIV (XLV). PASSIO STEFANI.

Primus init Stephanus mercedem sanguinis imbri
adflictus lapidum; Christum tamen ille cruentus
inter saxa rogat, ne sit lapidatio fraudi
180 hostibus. o primae pietas miranda coronae!

XLV (XLVI). PORTA SPECIOSA.

Porta manet templi, Speciosam quam uocitarunt,
egregium Solomonis opus, sed maius in illa
Christi opus emicuit; nam claudus surgere iussus
ore Petri stupuit laxatos currere gressus.

169 cf. Matth. 28 et 27, 52—53 173 cf. Act. 1, 9 177 cf. Act. 7, 57—59 181 cf. Act. 3, 2—7

Def. *u. 169—172 desunt in codd. et primis edd.; inserti in secunda Gi-*
ACBNM *selini editione (Antverpiae ex officina Christoph. Plantini 1564) et in editione Fabricii (Basileae ex off. Io. Oporini eodem anno impr., incertum, an ante ed. Giselini)* mons oliueti *VOU,S(mg. sed unc. litt.)* ad patrem christus ascendit *P; in D rec. m.:* Mons oliueti; *inscr. caret E* 174 redigit *D* 175 humor *DVPEOU* 176 crism. *DOS* χhrism. *U* chrysm. *V* passio stephani *VOSU* stephanus lapidatur *P; in D rec. m.:* Passio Stephani; *inscr. caret E* 177 imbre *S,Ua.c.m2* 178 adflictus *E* affl. *cet.* 179 fraudis *Pp.c.* 180 miseranda *SU* porta speciosa *VOSU; inscriptio oblitterata in P; in D rec. m.:* Porta speciosa; *inscr. caret E* 181 porro *E* porta (ta *in ras.*) *Pp.c.* 182 salomonis *codd.* 183 clodus *VPEOSU* 184 laxatus *PE* damnatos *DOSU*

XLVI (XLVII). VISIO PETRI.

185 Somniat inlapsum Petrus alto ex aethere discum
confertum omnigenis animalibus: ille recusat
mandere, sed dominus iubet omnia munda putare,
surgit et inmundas uocat ad mysteria gentes.

XLVII (XLVIII). VAS ELECTIONIS.

Hic lupus ante rapax uestitur uellere molli:
190 Saulus qui fuerat, fit adempto lumine Paulus.
mox recipit uisum, fit apostolus ac populorum
doctor et ore potens coruos mutare columbis.

XLVIII (XLIX). APOCALYPSIS IOHANNIS.

Bis duodena senum sedes pateris citharisque
totque coronarum fulgens insignibus agnum
195 caede cruentatum laudat, qui euoluere librum
et septem potuit signacula pandere solus.

185 cf. Act. 10, 9—15 189 cf. Act. 9, 3—5 cf. Gen. 49, 27 etc. 193 cf. Apoc. 4, 4. 5, 1—5

Def. uisio petri *VOSU* (*O in mg. sed eadem manu*) petrus somniat *P*; *in*
ACBNM *D rec. m.:* Visio Petri; *inscr. caret E* 188 inmundus *D* uas electionis (*cf. Act. 9, 15*) *VOSU* saulus lumen (*cetera oblitterata*) *P*; *in D rec. m.:* Paulus uas electum; *inscr. caret E* 189 sic *D* 190 paulus qui *O* lumine saulus *Op.c.* 191 recepit *A* ac] mox *O* 192 ore potens] praepotens *PE* apocalypsis (ΑΠΟΚΑΛΙΠCΥC *U*) iohannis *VOSU* XXIIII. seniores ante thronum agni *P*; *in D rec. m.:* Apocalypsis Iohannis; *inscr. caret E* 193 uis *D* sedis *E* patheris *S* cytharisque *VOS* cytharis paterisque *U* 195 uoluere *VP,Ea.c.* *post u. 196:* explicit liber *O* expliciunt tituli hystoriarum *S*, *in mg. ductu paulo recentiore, mediaevali tamen:* VI finitur, *in sequente linea exstat subscriptio a rubricatore picta:* expliciunt tituli hystoriarum ueterum ac nouarum incipit ΑΡΟΘΕΟCIC *U*

⟨EPILOGVS.⟩

Inmolat deo patri
pius, fidelis, innocens, pudicus
dona conscientiae,
quibus beata mens abundat intus.
Alter et pecuniam
recidit, unde uictitent egeni.
Nos citos iambicos
sacramus et rotatiles trochaeos
sanctitatis indigi
nec ad leuamen pauperum potentes.
Approbat tamen deus
pedestre carmen et benignus audit.
Multa diuitis domo
sita est per omnes angulos supellex:
fulget aureus scyfus
nec aere defit expolita peluis,
est et olla fictilis
grauisque et ampla argentea est parabsis,
sunt eburna quaepiam,
nonnulla quercu sunt cauata et ulmo.
Omne uas fit utile,

13 sq. cf. II Tim. 2, 20. Rom. 9, 21

Def. *ABS; E inde a u. 10* de (incipit de *PE*) opusculis suis prudentius V^1PE prudentius de opusculis suis *C* incipit de opusculis suis imolat patri deo *M* finit cathemerinon prudentii clementis cv cv incipit de opusculis suis p immolat patri deo *O* praefatio manualis libri *U*; *in D rec. m.:* Praefatio est Hymnorum περὶ στεφάνων fol. 77; V^2 *rec. m.:* ode in qua poeta de se loquitur epilogus uel clausula uel finis libri V^2; *deest inscr. in N*: *in V Epilogus bis exstat et ante et post Dittochaeum insertus* (V^1 *et* V^2); *Epilogus deest in ABS*

1 *deest in DVNPEU (in MO inest in carminis inscriptione)* 3 cona *N* 6 reccidit V^2,V^1*p.c.* uectitent *PE* 7 ambicos *D* 8 trocheos *CD* V^1V^2PEMOU trocheus *N* *a u. 10 desinit E* 11 adprobat *N* 13 domos *N* 14 angulo *N* suppellex V^1MO,V^2*p.c.* supplex *P*,V^2*a.c.* suplex *D* 15 scyphus V^1 sciphus *CDNM* scifus V^2 16 expoliata *N* 17 aula *CDNMO* ulla *P* 18 parapsis CDV^1 parapsys *N* *post* parabsis *add.* in alio olla *O* (*glossa ad u. 17*) 20 quercus *P*

quod est ad usum congruens herilem;
instruunt enim domum
ut empta magno, sic parata ligno.
Me paterno in atrio
ut obsoletum uasculum caducis
Christus aptat usibus
sinitque parte in anguli manere.
Munus ecce fictile
inimus intra regiam salutis.
Attamen uel infimam
deo obsequellam praestitisse prodest.
Quidquid illud accidit,
iuuabit ore personasse Christum
[quo regente uiuimus].

23 cf. II Tim. 2. 20

Def. 22 quod est] quo quid *N* est *om. CN* erilem V^1 24 partita *C* *ABE,P* 26 obseletum *DM* 27 *cum hoc uersu desinit P, cuius ultimum folium a u. 28 deest* 29 uictile *N* *uersuum 31—35 maior pars in D deficit, quod nihil nisi ultimae cuiusque uersus litterae restant* 31 adtamen *M* uel] tu *N* 32 obsequella *M* obsequelam CV^2OU obsecilem (u *s.* i) *N* 33 quicquid CV^1V^2 *NMOSU* accidet V^1 *u. 35, quem uncinauimus (cf. Bergman, De codd. Prud. gen. p. 33), deest in M; in O insertus est sed posteriore cura, eadem tamen, ut uidetur, manu, additus; add.* finit peristefanon *O* finit praefatio incipiunt tituli libri manualis amoeni *etc. U*

I. INDEX LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE.

(Pr = Praefatio. — C = Cathemerinon liber. — A = Apotheosis. — H = Hamartigenia. — Ps = Psychomachia. — S = Contra Symmachum libri. — Pe = Peristephanon liber. — D = „Dittochaeum" [Tituli Historiarum]. — E = Epilogus.)

Gen. 1, 2 . . . . . *cf.* A 667
1, 3 . . . . A 1030
1, 26 . . . . A 797
1, 27 . . . . A 305
1, 28 . . . . H 684
1, 31 . . . . H 341
2, 7 . . . . C III 96—100
„ . . . . A 858
„ . . . . A 1028
„ . . . . H 698
2, 8—15 . . C III 101
2, 16. 17 . . C III 106
„ . . H 698
cap. 3 . . . C X 164
3, 1 . . . . H 197
3, 1. 2 . . . H 711
3, 1—6 . . . C III 111
3, 7 . . . . C III 116
3, 13 . . . . H 714
3, 14 . . . . C III 126
3, 15 . . . . C III 126. 127
„ . . . . C III 146—150
„ . . . . Pe XIV 113
3, 16 . . . . C III 123—125
3, 18 . . . . H 216
3, 21 . . . . Ps 226
*) „ . . . . D 4
4, 2. 3 . . . H pr 1
4, 3. 4 . . . D 5—6
4, 4 . . . . Pe X 830
*)4, 7 . . . . H pr 11
4, 8 . . . . Pe V 371
8, 7 . . . . D 11
8, 11 . . . . D 10
10, 8. 9 . . . H 143
10, 15. 16 . . H 409
12, 17—20 . . A 363
14, 12 . . . . Ps pr 15
14, 14 . . . . Ps pr 22
14, 18. 19 . . Ps pr 39
15, 5 . . . . C XII 43

Gen. 15, 6 . . . . *cf.* Ps pr 1
18, 1. 2 . . . A 28
„ . . . Ps pr 45
„ . . . D 13
18, 10 . . . Ps pr 49
19, 23. 24 . . H 725
19, 24 . . . A 316
19, 24. 25 . . Pe V 194
21, 2 . . . . Ps pr 47
22, 2—12 . . C XII 48
22, 6—10 . . Pe X 748
cap. 23 . . . D 17
32, 22—32 . C II 73
32, 24 . . . A 31
37, 28 . . . D 25
cap. 40. 41 . C VI 57—72
cap. 41 . . . D 21
cap. 44. 45 . D 26
Exod. 1, 16 . . . C XII 145
1, 16. 17 . . C XII 141
1, 17 . . . C XII 149
2, 2. 3 . . . C XII 141—144
2, 12 . . . C XII 159
3, 2 . . . . C V 31
„ . . . . Pe VI 86
3, 2. 3 . . . A 55
„ . . . . D 29
3, 5 . . . . C V 35
„ . . . . Pe VI 86
4, 2. 3 . . . D 31
4, 20 . . . D 32
7, 9 . . . . D 31
7, 10 . . . H 470
cap. 7—12 . C V 83
10, 13 . . . A 360
10, 23 . . . Pe II 381
12, 5. 6 . . . A 349
12, 7 . . . . A 359
12, 37. 38 . . A 363
13, 21 . . . C V 44
„ . . . C XII 168

*) Secundum uersionem, quae LXX dicitur.

Exod. 13, 21 . . . *cf.* H 475
cap. 14. 15 . Ps 650
14, 8. 9 . . C V 45
14, 20 . . . Pe III 51
14, 21 . . . Pe V 482
14, 22 . . . H 471
„ . . . C V 65
14, 29 . . . D 33
15, 23—25 . C V 93
„ . C XII 167
„ . D 49
15, 27 . . . D 53
16, 13 . . . D 44
16, 14. 15 . C V 97
„ . Ps 374
„ . D 41
16, 32 . . . D 42
17, 3—6 . . Ps 371
17, 12 . . . C XII 170
19, 18 . . . D 37
20, 1. 2. (*cf.* 31, 18) D 38
24, 12 . . . C XII 155
24, 18 . . . C VII 36
31, 18 . . . D 38
cap. 32 . . A 325
33, 15. 16 . D 39
33, 11 . . . A 32
32, 13. 14 . A 41
33, 23 . . . A 42
34, 28 . . . C VII 36—41
34, 29. 30 . Pe II 363
34, 35 . . . Pe II 379
Leuit. 25, 8 . . . A 986
Num. 3, 6—10 . . Ps 548
11, 9 . . . . C V 97
11, 31. 32 . . C V 101
13, 25 . . . . H 477
13, 28 . . . . H 478
17, 8 . . . . C XII 51
„ . . . . Ps 885
20, 11 . . . . C V 89
21, 6. 7 . . . D 45
Ios. 2, 1. 18 . . . D 61
3, 13. 17 . . . Pe VII 66
3, 16 . . . . H 482
4, 3 . . . . . C XII 177
4, 8 . . . . . D 59
6, 17. 25 . . . D 61
6, 20 . . . . H 420
7, 1. 21. 25 . . Ps 537
7, 16 . . . . Ps 543
11, 3. 4 . . . . H409.413.416. 420. 422
Iudic. 14, 5. 6 . . D 65
Iudic. 15, 4 . . . *cf.* D 69
Ruth 1, 4. 5 . . . H 778
2, 3 . . . . H 785
4, 13 . . . . H 786
4, 22 . . . . H 787
I Reg. 14, 43. 44 . Ps 397
15, 33 . . . Ps 389
cap. 16. 17 . D 73—76
17, 4. 5 . . Ps 291
II Reg. cap. 14. 15 H 563
III Reg. 5, 3—5 . Ps 805
cap. 6. 10 D 81. 82
6, 22 . . Ps 810
8, 6 . . . Ps 813
17, 6 . . . Pe V 405
19, 4—9 . C VII 26
IV Reg. 2, 11 . . C VII 31
6, 5—7 . D 85
20, 1—11 . D 93—96
24, 14—16 . H 448
25, 11 . . H 448
Hiob cap. 1—3 . . Ps 163
4, 18 . . . . A 889
22, 29 . . . . Pe XII 19
28, 3 . . . . Ps 520
Psalm. 36, 10 . . . C IV 10
42, 4 . . . C VII 41
80, 2 . . . C IV 4
116, 15. 16 . Pe X 839
118, 22. . . D 122
148, 8 . . . C IX 113
148, 12. . . C IX 109
Prou. 8, 22. 23 . . C XI 17
8, 27—30 . . C XI 21
9, 1 . . . . Ps 868. 875
Esai. 6, 2 . . . . C IV 5
7, 14 . . . . C VII 180
„ . . . . A 604
11, 1 . . . . C XII 50
11, 6 . . . . C III 158
14, 12 . . . . H 161
14, 13. 14 . . H 169
55, 9 . . . . S II 125
Hierem. Thren. 1. 2. H 450
Ezech. 18, 23 . . C VII 103
„ . . Pe XIII 56
33, 11 . . C VII 103
Dan. 3, 7 . . . . H 461
3, 19 sq. . . A 129
3, 23 sq. . . Pe VI 110
3, 24-90 Vulg. A 152
3, 25 . . . . A 132
cap. 14 Vulg. C IV 37—72
Ioel 3, 18 . . . . C XI 73
Ion. 1, 3—2, 11 . C VII 105-130

Ion. 3, 1—3 . . . *cf.* C VII 131
3, 5—10 . . . C VII 83—85; 141—175
4, 5. 6 . . . . C VII 136-140
Mich. 5, 2 . . . . C XII 77
Iudith cap. 13 . . Ps 60
Sap. 1, 7. . . . . A 810
7, 22—24 . . A 803
7, 26 . . . . A 834
9, 13 . . . . A 833
Tob. 2, 3. 4 . . . C X 69
4, 11 . . . . C VII 205-210
11, 13—15 . . C X 77
12, 9 . . . . C VII 205-210
12, 13 . . . . C X 80. 85
II Macch. cap. 7 . Pe V 523
„ . Pe X 751
7, 4 . . Pe V 534
„ . . Pe X 766
7, 7 . . Pe X 761
Matth. 1, 1—17 . . A 982
1, 22 . . . A 601
1, 23 . . . C VII 180
2, 2 . . . . C XII 25
„ . . . . C XII 41
„ . . . . A 615
2, 3 . . . . C XII 93
2, 6 . . . . C XII 77
„ . . . . D 101
2, 9 . . . . C XII 57
2, 11 . . . C XII 61
„ . . . A 609
„ . . . D 105
2, 16 . . . C XII 99
„ . . . Pe X 737
„ . . . D 113
3, 3. 4 . . . C VII 46
3, 4 . . . . C VII 61
3, 13. 14 . . D 117
4, 1. 2 . . . C VII 178. 186
4, 11 . . . C VII 195
5, 23. 24 . . C VII 203
„ . . Ps 772
5, 26 . . . H 950
5, 45 . . . S II 783
6, 3 . . . . C VII 218
6, 4—6 . . C VIII 31
6, 16—18 . C VII 21
6, 19 . . . S II 1053
6, 24 . . . Pe I 58
6, 26 . . . Ps 617
6, 34 . . . Ps 615
7, 6 . . . . Pe X 648
7, 14 . . . A pr² 5
7, 15 . . . Ps 791
Matth. 8, 3 . . . . *cf.* C IX 31
8, 26 . . . C IX 37
8, 23—27 . A 650
8, 28 . . . A 414
8, 29. 31 . . Pe X 37
8, 30—32 . A 414
„ . D 141
9, 2 . . . . A 963
9, 6. 7 . . . C IX 69
9, 20—22 . C IX 40
10, 2 . . . . S II pr 1
10, 10 . . . Ps 613
10, 16 . . . Ps 788
10, 19 (*cf.* Luc. 12, 11) Pe X 16
10, 29 . . . Ps 620
11, 5 . . . . Pe X 953
11, 25 . . . Pe X 609
11, 27 . . . A 173
11, 29 . . . C VIII 19
12, 25 . . . Ps 756
13, 4 . . . . S II 1032
13, 5. 6 . . . S II 1025
13, 7 . . . . S II 1029
13, 8 . . . . S II 1051
„ . . . . S II 1060
„ . . . . Pe XIV 121
13, 25 . . . A pr² 45
13, 29. 30 . . A pr² 47
13, 40 . . . A pr² 54
13, 42 . . . H 922
13, 46 . . . Ps 873
14, 6. 7 . . . D 133
14, 10 . . . Pe V 375
14, 19—21 . C IX 58
„ . D 145
14, 23—25 . S II pr 4—18
14, 25 . . . C IX 49
„ . . . Pe X 947
„ . . . D 137
14, 26 . . . S II pr 22
14, 28 . . . S II pr 23
14, 29—31 . Pe VII 61
14, 31 . . . S II pr 37
15, 24 . . . A 324
16, 27 . . . C XI 109
„ . . . Pe IV 9
20, 22. 23 . . Pe X 736
21, 42 . . . D 121
22, 20. 21 . . Pe II 95
23, 12 . . . Ps 290
24, 30 . . . C XI 101
„ . . . Pe IV 9
24, 31 . . . C XI 105
25, 33 . . . Pe X 1136

Matth. 25, 46 . . . *cf.* C XI 111
26, 2 . . . A 970
26, 14 . . . Ps 530
26, 34. 75. 76 C I 51
26, 37—39 . A 100
26, 57. 58 . D 156
26, 75. 76 . C I 57
26, 67 . . . A 94
27, 7. 8 . . D 153
27, 26. 27 . A 94
27, 31 . . . A 96
27, 34 . . . A 99
27, 45 . . . C IX 76
27, 52. 53 . C IX 97
" . A 636
" . D 171
cap. 28 . . D 169
Marc. 1, 4. 5 . . . C II 64
5, 1—13 (*cf.* Matth. 8, 28) A 414
5, 2—13 . . C IX 52
6, 38 . . . . A 706
6, 48—51 . . Pe V 476
7, 35 . . . . C IX 64. 68
14, 20 . . . . Ps 532
14, 58 . . . . A 528
15, 15 . . . . D 161
15, 23 . . . Pe VI 58
16, 19 . . . . C IX 104. 107
Luc. 1, 18 . . . . C VII 56
1, 26—33 . . D 97—100
1, 31 . . . . A 577
1, 33 . . . . C XII 89
1, 34 . . . . A 575
1, 41. 42. . . C VII 59
1, 44. 45. . . A 587
2, 8—20. . . D 109
3. 3 . . . . C VII 72
3, 4. 5. . . . C VII 53
3, 23. 24. . . A 1001
3, 38 . . . . A 1009
6, 19 . . . . C IX 67
7, 12—15 . . C IX 43—45
8, 26—33 . . A 414
10, 20 . . . . Pe I 2
15, 4—6 . . . C VIII 33
16, 17 . . . . Pe X 1120
16, 22 . . . . C X 153
16, 23 . . . . H 924—930
16, 26 . . . . H 924
18, 14 . . . . Pe XII 19
23, 39—43 . . C X, 159. D 167
23, 44. 45. . . A 628 (*cf.* C IX 79)
Ioh. 1, 1 . . . . . C XI 24
Ioh. 1, 1 . . . . . *cf.* A 795
1, 1. 2 . . . . C XI 17
1, 1—3 . . . C XI 21
1, 3 . . . . . H 182 (*cf.* A pr[1] 6)
1, 5 . . . . . Pe X 590
1, 13 . . . . A 567
1, 14 . . . . C III 141
" . . . . A 108
" . . . . A 525
1, 18 . . . . C VI 2
" . . . . C IX 10
" . . . . A 9
" . . . . A 75
2, 9 . . . . . C IX 28
2, 1—11 . . . D 125
4, 14 . . . . Pe X 727—730
5, 2. 3 . . . . A 680
5, 7 . . . . . A 680
5, 9 . . . . . C IX 69
5, 22 . . . . C VI 97
6, 19 . . . . C IX 49
" . . . . A 655
" . . . . Pe V 475
6, 51 . . . . C IX 62
8, 42 . . . . H 626
8, 44 . . . . H 622
9, 6. 7 . . . . C IX 34
" . . . . A 675
9, 7 . . . . . D 129
10, 11. 12 . . . Pe XI 241
10, 30 . . . . H 347
11, 1. 2 . . . . D 149
11, 39—44 . . C IX 46—48
11, 43. 44 . . . A 743
12, 24 . . . . C X 121
13, 26. 27 . . . Ps 532
14, 2 . . . . . H 952
14, 9 . . . . . A 120
" . . . . . A 836
17, 5. 24 . . . C IX 10
19, 1 . . . . . A 94
19, 3 . . . . . A 95
19, 19. 20 . . . A 381
19, 34 . . . . C IX 86
" . . . . Pe VIII 15
freni: frenos nobilium reximus urbium Pr 17, lignum uenerabile (= *crucem*) in ipsos intentans frenos Ps 409, et uerbera dextrae et frenos falerasque et equorum pectora anhela S I 346.
frequenter (= *saepe*) C VI 50, S II 310 (*sed* saepe *frequentius occurrit*).
frequentia (= *multitudo, uulgus*): qua uocat sententia principis, illuc transit f. S I 612; *cf.* Pe X 82, XI 215, XIV 40.
frigere: friget succensi sulpuris ardor A 137, friget (= *languet*) fera futtile frendens H 560, frigentis (= *mortui*) amici A 754.
friuola C I 89, friuola famae Ps 231, mea friuola noui S I 645.
frondicomus locus C III 102.
frugescere: ait steriles f. rarius agros S II 914.
frui: uocibus capax fruendis C IX 66.
frustatim Ps 720.
frustrantia dona A 640.
fui *pro* sum *in formis perf. pass. (cf. Bayard p. 263) apud Prudentium non occurrit excepto fortasse uno loco*: Pe II 324; fuimus = *uiximus* Pr 2; fueram = fuero: cum iam, quidquid id est, quod fueram, mors aboleuerit Pr 30 (*cf.* A 233); fuerat = fuit H 276.
fulcrum (*semper fere — uno loco,* Ps 370, *excepto — de fulcro coniugali*): iam grauidae f. et geniale parantur S I 256, *cf.* 275, H 786, S II 616, 1084.
fuliginosi lares Pe X 261.
fulmen: f. crucis C XI 113; partam dicendi fulmine famam S I 649, fulmina uerbi A 403.
fultus (fulcire): cinctu Gabino sericam fultus togam Pe X 1015.
fulua lux C IX 76.
fumificus Pe III 118, XIV 108, S II 1010.
functus (= *defunctus*): functum reliquit spiritus Pe X 1081; *cf.* functis munere lucis (= *mortuis*) S I 157.
fundamen Ps 825.
fundare petras C XII 179.
fundator (= *creator*) C XI 27.
fundere: fletum dolenter f. Pe II 26; has fundit diues facundia gemmas S I 634.
funerare fletibus C IX 44.
funereus horror (= *sepulcrum*) A 755.
funus *1.* (= *homo mortuus*): sepulcrum funeris Pe V 390, *cf.* C X 67, XII 135, Ps 793, S II 569. — *2.* (= *interitus*): qui me pudoris funere perderet Pe XIV 73; *cf.* H 620 (573).

furcifer Pe II 317.
furere in *c. acc.* Pe III 150.
furia: iudex ibat in furias Pe XI 60.
furiatus: furiata luis (= *persecutio*) Pe III 26.
furor *1.* (= *persecutio*): nec f. quisquam sine laude nostrum cessit Pe IV 85, *cf.* XI 5, S I pr 63 (edomitis furoribus). — *2.* (= *error stultus, de haeresibus uel paganismo*): A 552, 979, H 157, Pe VI 63, XIII 26.
furua culpa C I 74.
fuscare: fuligo fuscat Pe X 1117, fuscata situ corrumpit uena colorem S II 755.
fuscum cogitat C II 14.
futtilis: A 248, H 560.
futurum exact. pro fut. simpl.: Pe III 125.

gănearum lege teneri Ps 343.
găneo H 322.
garrulus: A 593, Pe X 747.
gaudium: in gaudia soluimur S II 1016.
gemenda corpora Pe X 464.
genealogus A 315.
generatio (= *quod generatum est*): g. non est, sed factura (= *res creata*) dei A 791.
geniale (*subst.; cf. Arnob. Adv. Nat.* IV 25, V 31): grauidae fulcrum et g. parantur S I 256.
genialis: g. honor (= *coniugium*) Pe III 105, g. hiems (non caret uiolis crocisque) 203, geniale tori ius Pe XIII 24, genialia fulcra S II 616, genialibus inlecebris C III 144.
genitalis: genitale uenenum H 589, interitu genitalis stirpis (= *parentum*) aluntur H 573, genitali in sede (= *loco originis*) C X 167.
genitiui usus rarior: *genera genitiui partitiui:* summo pontis ab ardui Pe VII 21, summa calcat fluctuum C IX 49, pectoris abdita H 537; quodcumque restat temporis C I 78; quidam militum Pe V 465 (*sed*: aliquem de gente H 946, quosdam de populo Pe VI 52); nulla linguarum C IX 24, nulla auium Ps 617 (*sed*: solus e cunctis C VII 111, nullus ex famulis Pe XI 61, unus de grege A 292, unum de caterua Pe X 662, uni ex ephybis Pe X 767, nil de pestiferis opibus H 549, primus e septem uiris Pe II 37). — *gen. pendens ex adiect.*: Christi capaces Pe II 376 (*cf.* 'capax'), incapacem sacramenti Pe X 588, uernularum diuites Ps pr 56 (*sed*: uerbis diuites Pe II 108); unitatis inuidus H pr 48, fauoris liber Pe X 657, nos soporis liberi C I 47, plena angelorum Pe IV 5 (*sed*: plenus deo Ps pr 26), securus tui Pe V 286, uacuus cruoris IV 86. — *gen. pretii*: magni putas Pe II 202, flocci fecero X 140; *cf.* magni refert 119. — *gen. comparationis* (*pro ablatiuo*): fortissimorum fortior Pe V 294, magnarum urbium maior C XII 77, malorum taetrius omnium est Pe XIV 110.
gens: gentes (= *pagani*) Pr 40, C III 61, S I pr 1, II 901, Pe II 461, V 15, X 268, D 188.
gentilis (= *paganus*): H 106, 453, S I 1, 197, 449, 574, II 57, Pe VII 78, X 371, 464.
gentilitas (= *paganismus*) Pe I 94, X 1086, XIV 111.
gerere: deus ipse gerens hominem C III 139, ipse gerit, quod struxit, opus A 776 (*cf.* innocui gestator corporis A 933), dei formam gerentes Pe I 59.
germanitas H pr 41.
germanus (= *fraternus*) *adiect.*: frater (Cain) germana colla frangit H pr 16; *pro subst.*: g. uidit commilito Ps 471.
germen *1.* (= *uirga, surculus*): g. sudibus perarmat carduus horrens C VIII 43, tectus flagellis multinodis germinis VII 139. — *2.* (= *genus*): quae germen ab aethere traxit C X 24, uos nobile Iudae germen Ps 384, nate sceptris et germine Dauid A 418; reuoluto germine (*serie parentum*) A 1001, germine nobilis Pe III 1. — *3.* (=

suboles, posteritas): quem germine (= *filio*) fraudas A 182, aequanda stellis germina (Abraham) C XII 46. — *4.* (= *uirilitas, 'Samen'*): masculini germinis uena Pe X 1069.
germinare *intrans.*: germinat A 565, S II 980.
gerundium pro partic. praes. uel perf.: giganteis alios luctandō lacertis frangere H 147, te rogare flendo et canendō C II 52 (*cf.* Pe IX 72), transtulit ad superi naturam seminis ipsum infundendō deum A 166, aucti nascendo in melius Ps 84, nil egit prohibendō S I 10, uiuendō diu didici contemnere finem S II 660 (*cf. Caecilium Statium ap. Cic. De sen. 25*), celebrandō uota coire deo Pe XI 198; *cf.* 129. — *gerund. pro partic. fut. pass.*: Pr 31, Pe X 576, XI 82, *passim.*
gesta (= *res gestae*): g. Christi insignia C IX 2, ipse satelles sua g. fugit Pe III 174, g. intimasse cuncta fertur principi X 1111.
gestamen: *1.* (= *decus*) sceptri g. Aaron floriferum Ps 884. — *2.* (= *indumentum, uestis*): neue de tunicae alterius gestamine prouidus ito Ps 614, artum corporis humani g. A 4.
gestare (*cf.* gerere): habitacula pristina gestet C X 40, ut deus mortalia gestet A 775, *cf.* Pe X 520, 606, A pr[1] 8.
gestator: innocui g. corporis A 933, *cf.* Pe X 149.
gestiens aurum Pe II 136.
giganteis lacertis H 147.
gignere (gignentum H 571, gignendō A 253): per quod semper erat gignenda ad saecula, uerbum A pr[1] 6.
glacies *1.* (= *nix uel pruina*): rosas pratis post glaciem reddiderit Pr 27. — *2.* (= *frigus*) culpam gelidi glacies aquilonis inurit (*segeti*) S II 978, torpebat glacie pigra uipera S I pr 23, glacie sidente S II 983.
glaucoma H 85, 90.
glaucus *1. proprie*: glaucos amictus induit C VII 148, per uada glauca (= *per mare*) A 664; — *2. translate:* speculamine glauco A 20.
gliscere: humani generis ni per suffragia (= *uoluntatem*) gliscat H 561.
globus *1.* (= *sidus*): cadet rotati solis in terram g. Pe X 537, sub alto solis et lunae globo C IX 15, signorum (= *siderum*) globi C XII 30, globos dierum noctiumque praesides Pe X 327. — *2.* (= *stipata caterua*): praecipitem globum (= *trecentorum martyrum*) Pe XIII 85, globos legionum Ps 172, Romanis obnixa globis S II 508. — *3.* (= *aquarum moles*) suspensos globos potuisse teneri (*in transitu Maris Rubri*) Ps 662.
glomerare: fasque nefasque simul glomerans C III 134, bina boni atque mali glomerat discrimina hic mundus H 8.
gloria *1.* (= *lumen, fulgor radians*): lumenque et g. A 286, per inaccessas scalarum g. turres tollitur 535, mea g. et lux uera S II 256, illic licebit uisere signum perennis gloriae C XII 4, Christus paternae gloriae splendor Pe X 468, oris corusci gloriam II 370. — *2.* (= *magnificentia caelestis*): patris intrat gloriam Pe X 474.
glorificare H 966.
glut(t)en, glutinum: inertis glutine limi A 1025, infido rarescit gluttine sensim S I 437; glutino cutis tegi C IX 102.
glutinans sermone carnem C XI 52, dum carnis glutinat usum Ps 79.
gnarus: maiestas (= *deus*) gnara futuri H 840.
grabat(t)us: *1.* (= *lectus*) tolle grabattum A 967. — *2.* (= *genus tormenti*): igni, grabat(t)o et lamminis Pe V 207.
graciles recessus Pe XI 221.
gradatim S II 280.
gradi: gradimur fide S II 907.

gradus *cum gen.*: carcer christicolis g. coronae est Pe VI 25, Agnes hunc habuit gradum caelestis aulae Pe XIV 61.
grandescere A 728.
grandis *nusquam nisi forma neutr.* (*uno loco*, S II 869, *excepto*): C VII 211, A 721, 734, H 81, S II 90, 648, 843; grande tumens sese altius effert H 169; desine grande loqui Ps 285. — grandior: laboris grandior usus C VIII 60.
grassarier H 649.
gratari (= *laetum esse*): gratetur et gaudens humus C XI 10, gratemur (= *gaudeamus*) S II 441.
grates reddimus C IV 75, *cf.* Ps 889.
gratia *1.* (= *lumen*): lux et clara dies et g. simplex S II 906, heu quam fugacem gratiam festina uoluebat dies C XI 5. — *2.* (= *pax, communio*): coire in unam gratiam Pe II 442. — *3.* (= *commoditas*) nullam ciborum uindicauit gratiam C VII 188. — *4.* (= *benignitas diuina*): (animam) lapsam noua gratia inundat A 880.
grauis (= *grauida*): numine rutilante grauis C III 142.
gregalis plebs Pe V 391.
gremium penetrare puellae S I 78.
gressus (= *gradus*): C V 41, H 736, Ps 276.
grex dolorum H 603.
grunnitum strepere Pe X 993, poenarum gemitus longis grunnitibus edit A 416.
gurges (= *aqua aequoris uel fluminis*) C III 39, V 76, A 654, Pe III 190, purpurei gurgitis (= *Maris Rubri*) C V 59.
gustare: gustauerat de farre molae S I 202; aspera gustatu lacuna D 49.
gustatus *subst.*: g. amarae mortis Ps 430.
guttatim C V 22.
gymnas S II 517, Pe X 190, *cf. Ind. IV.*
gymnosofistae H 403.
gypsum (= *statua*): Apollineo frontem submittere gypso A 458, *cf.* S I 436.

habere: *1.* amor habendi (= *auaritia*) Ps 478 (*cf.* H 255), cuius habeberis (= *in cuius dicione eris*) Pr 33, monstris quod mandet habere (= *habendum*) marinis Ps 723. — *2.* lex habet (= *continet, iubet*) Ps 157, S II 975, mos habuit S II 278, quae iam littera Christum non habet? A 377. — *3.* una animas semper facies habet (= *animae habent unam faciem*) H 887, regius status habuit urbem (= *urbs habuit regium statum*) S II 416, corpora candor habet (= *corpora habent candorem*) Pe XIII 86. — *4.* consultor habendae religionis A 453. — *5.* habes (= *ecce, uides*) loquentem Pe X 959. — *6.* habet (= *debet*) discernere S II 795. — *7.* persuasum habuit S I 211. — *8.* hoc habet Ps 53.
habitabilis S II 258.
habitaculum C X 40, Pe XIV 104.
habitatio (= *domus, mansio*): multa in thensauris patris est habitatio H 952.
habitator (*tentorii*) Ps 745.
haerere: *1.* (= *comitem esse*): cui Pastor haeret Pe IV 41, Venus uili uiro haesit S I 173, proximus Iob haeserat inuictae magistrae Ps 164. — *2.* (= *adhaerere, glutinosum esse*): haerentis massae contagia A 1030. — *3.* (= *consistere cogi, remanere*): haeret in magnis densa cohors spatiis Pe XI 212, diu uenis dolor haesit ardens IV 130, coruus per foeda cadauera haeserat D 12; *cf.* H 740. — *4.* (= *titubare, de lingua*): haerens sermo lingua debili balbutit Pe X 11.
halantis animae figmentum S II 215.
halitus (= *anhelitus, spiritus, anima*): calet h. interior C III 91; *cf.* IX 48, Pe VII 86, XIV 59 (h. uitae), H pr 63.

harmonia: *1.* (= *sonus, facultas loquendi*): manere saluam uocis harmoniam probe non posse Pe X 976. — *2.* (= *cantus, concentus*): te nostra canet harmonia C III 90.
haurire: *1. proprie*: sitienter hauriendo (= *hauriens, bibens*) C IV 88. — *2. transl.*: (ut lac paruus hausi,) Christum et hausi credere Pe X 685, haurit corde deum S II 633, amoenas haurire inlecebras Ps 315. — *3.* (= *capere, deferre, truncare, interficere*): Achar maesta ruinarum (Iericho) spolia insatiabilis hausit Ps 541, quod morbus, quod dolor hausit (= *de corpore pleno detulit, truncauit*) A 1071, tantos (= *tot*) iustorum populos furor inpius hausit Pe XI 5. — *4.* (= *accipere; de uulnere*) uulnus noui hausit doloris C VII 142. — *5.* (= *intellegere*) Pe X 590.
haustus: C III 176, A 387, Ps 431, S I 126, Pe X 718.
(h)ebdomas: ebdomadi sextae A 986.
hebere *cum acc.*: uis numinis, quam gentilis hebet stupor (= *stupet hebes paganismus*) Pe VII 78.
hebes: c(h)alcedon h. perfunditur ex yacinthi lumine uicino Ps 857; error h. (= *stultus, i. e. paganismus*) S II 2, h. stupor H 61, hebetes (= *stulti*) minores (= *posteri*) S I 55.
hebetare: liuida gemmas lux hebetat S I 421.
hecātombe: addamus illam hecatomben tuam Pe X 1051.
heiulare: C VII 145, A 413, Pe X 494.
heiulatus flebiles Pe I 103.
hendecasyllabi dulces Pe VI 162.
herbida lux Ps 863, prata per herbida C V 121.
hĕresis Pr 39, H 64, *passim.*
heros: *1.* (= *uir magnus et sanctus*): tali sopore iustus mentem relaxat h. (= *Iohannes*) C VI 114, sancti sator ille Tobiae, sacer ac uenerabilis h. X 70, *cf.* A 236, Pe X 457; Romanus acris heros excellentiae Pe X 52. — *2.* (= *uir adultus*): circumstat chorus ex utroque sexu: h., uirgo, puer, senex, anulla Pe VI 149, cernas mollescere cultu heroas uetulos H 283; *fort. etiam* Ps 509.
(h)erus (= *Christus*) post conspectum praesentis eri A 40, [exemplo eri 160].
hic (= *huius uitae*): hic somnus est forma mortis perpetis C I 25; hic *sequente pronomine relatiuo*: sic daemon ludit hos, quos ceperit Pe X 1088; *cf.* si quis ..., hic = is, qui C IV 91.
hilara plebs de funere H 374.
hircosus Cynicus A 201.
hirquinum sidus A 621.
hirtus *cf.* hyrtus.
hisdem *pro* iisdem C XII 86, S II 603, 799, 805 (*semper abl.*).
historicus: Moyses h. mundi nascentis H 340.
hiulcum biuium H 789; mucrone hiulco Pe X 452, hiulcis ictibus V 113.
holocausta (*pl.*) A 537, Ps 784.
honor *1.* (= *ornamentum*): decus uultus capitisque pexum comat honorem C VIII 24 (honor capitis = *coma; sim. Tac. Germ. 5: ne armentis quidem suus honor aut gloria frontis*); pacis honore (= *oliua*) Pe IV 56; auriculas suo spoliarat honore A 326. — *2.* (= *splendor*) Ps 528.
honorus: domini manibus tractatus (*in creatione hominis*) honora arte sacer fieret A 1037.
horrendum membris animisque Golian Ps 291. — horret (= *obscurus est*) S I 420.
horridus *admixta notione quadam 'obscuri' uel 'fusci'*: C I 27, H 704, Pe III 49, chaos horridum C V 3, tectos tenebris horridis C I 17 (*cf. de nubibus horrentibus, quae plenae sunt daemonibus* H 520).
horror funereus (= *sepulcrum*) A 755.
hortator C VII 71.

hortatus *pl.*: animos pauentum praestruens hortatibus Pe X 54.
hospes *adiect.*: arua capta popularier hospite aratro Ps 214, uehit hospita uiscera secum C X 31.
hospita *fem.*: gens purpurei gurgitis hospita C V 59, (anima intrauit) limi recentis hospita A 829, trinitatis hospitae Ps pr 63, hospita sanctorum meretrix D 62.
hosticus H 445, Ps pr 34, Pe I 27.
humare (= *sepelire*): studio humandi C X 75, exequias recipit humandas D 154.
humectus *cf.* umectus.
humens *cf.* umens.
hyacinthus *cf.* yacinthus.
hyalus: tum camiros hyalo insigni uarie cucurrit arcus Pe XII 53.
hydria C IX 29.
hydrinus Pe X 885.
hydrius: puer h. (= *aquarius, sidus*) A 622.
hydrus (= *serpens, omni notione aquatica detracta*): de semine conplicis hydri (= *diaboli*) H 614, hydrum praecipitem S I pr 43, *cf.* H 134, Pe X 275.
hymnire: state nunc, hymnite Pe I 118.
hymnus C IV 75, Pe X 122, 838.
hyrtus (hirtus): fragmenta testarum hyrta inpolitis angulis Pe V 258; aequoris hyrti nitescens innouatur area (*de pugillaribus ceratis*) IX 53; *de pellibus, amictu, agris passim.*

iactanter: licito iactantius H 170, *cf.* Ps 181.
iactantia C VII 86.
iactura Ps 898.
iambicus (= *iambus*): nos citos iambicos sacramus et rotatiles trochaeos E 7.
ianua: *1. propria notione, sed per similitudinem accepta:* tu ianua leti Ps 89, (Petrus) recludit aeternitatis ianuas Pe II 464, diuide ianuas caeli XIV 81. — *2. translate* (= *origo, ortus*): sol unde sumit ianuam C XII 26.
iaspis: pingit i. sardium (sardoum) Ps 860.
idem = iidem Pe V 92; hisdem = iisdem, *cf.* hisdem; hic idem = ĭdem S I 105; id ipsum = ĭdem Pe II 428.
idŏlium *1.* (= *idolum*): S I 610, *cf.* II 79; — *2.* (= *delubrum*): ecquis in idolio recubans non putat esse deum summum? A 186; — *3.* (= *paganismus*): turpis ab idolii uasto emersisse profundo S I 568, detestandi rebelles idolii Pe VI 52.
idŏlolatrix religio H 404.
idŏlum *1.* (= *species, spectrum*): uideo idola nigra uolare S I 424; — *2.* (= *statua dei pagani*): stabunt aera innoxia, quae nunc habentur idola Pe II 484, idola protero sub pedibus III 74, cognatum (= *simile*) uolunt pigmenta, camenae, idola (= *picturae, carmina poëtarum, statuae*) S II 48, idolis litare nigris Pe I 42, *cf.* S I pr 72; — *3.* (*deus paganus*): non idola credere conpulerant Ps 379, intrare seruis idolorum ac daemonum non licet Pe X 101, *cf.* Pr 41, Pe II 7, X 431, XIII 94, XIV 13.
iecur *1.* (= *hominis natura carnalis*): faetidum i. reductus..intrat halitus C IX 48, sospitet ut i. incolume III 180, si omne i. ratione coërceat una S II 631. — *2.* (= *cor, pars spiritualis, sed non caelestis*): si superno rore respergas i. Pe X 13, anne Pudicitiae gelidum i. utile bello est? Ps 238.
ieiunare C VII 178, VIII 25, Pe VI 54.
ieiunia *fem., cf. Ind. III. (nominum).*
igitur *antepositum* H 95.
igneolus uigor C III 186.
igniferum sidus S II 1028.
ignire: his membra pergunt urere, ut igniuerint Pe X 1078, ignitus aër H 728, feruor ignitus Pe II 342, ignitum ingenium H 544;

colla ignitis sincera incingere sertis 269.
ignis *1.* (= *fulmen*): ales ignis Pe XIV 46, notos suspirat Iuppiter ignes A 413, repressis ignibus C VII 85. — *2.* (= *sidus*): alii ignes A 625. — *3.* (= *amor*): intactas anus primique post damnum tori ignis secundi nescias Pe II 304, uos lasciuis uiolatis amoribus ignem S II 225, *cf.* 1075, H 253, 585, S I 171. — *4.* (= *animus*) *nom.*: C X 29, A 566, H 874, *gen.* A 85, Pe X 369, *acc.* A 907, H 907.
ille, *gen.* illĭus A 534, S II 669, Pe I 85; ille talis Pe X 444; ille = *is*: illi (*dat.*) S II 375, Pe II 361, sciat hic, quis illi (= *sibi*) uerba sugillet deus X 999; illum C IV 40, Ps 542, Pe X 112; illam Pe X 1069; illo Pe X 903; illis (*dat.*) C X 55. — *sequente pron. relatiuo*: nemus illud, quod C X 163, *cf.* C I 66, Pe V 553, X 949.
imber, *abl.* imbri D 177 (*an dativus agentis?*); *translate*: imber sanguinis Pe XII 10, per imbrem saxeum II 371, imbri adflictus lapidum D 177, arbor deciduo grauis imbre pluit C III 79.
imbrex: per tectum imbricibus ruptis S I 67.
inaccessus: per inaccessas turres A 535.
inanis: i. a marsuppio Pe II 104, quid inane caput, non credule, quassas? A 576, mortem consumit inanem 943.
inbĕcillus (*altera syllaba semper breuis*): lex corporis inbecilla (= *lex corporis inbecilli*) C IV 2, uas adpetendis inbecillum gaudiis VII 190, inbecillo turbaris metu Pe X 721, omnes, uiui, inbecilli ac mortui C XII 207, de inbecillis subiugauit fortia A pr² 31; *cf.* C XI 99.
inbuere: tenebras de face fulgida surgens oceano lucifer inbuit C V 130; fruimur mensis, quibus inbuatur prona uoluptas C VIII 15, pocula ni prius atque cibos, Christe, tuus fauor inbuerit III 14, his uos inbutos dapibus Ps 377. — (= *docere*): fictis notare uerba signis inbuens Pe IX 36, (homines) hac inbuit arte S I 86, (pueros) II 21, deus mortalem (*Moysen*) inbuit adloquio A 301, omne animal diri callens sollertia furti inbuit et tortos acuit fallacia sensus H 225, (Cyprianus) Gallos fouet, inbuit Britannos Pe XIII 103.
incantare sepulcrales fauillas S I 97.
incapax solui posse Pe X 348, i. sacramenti 588.
incentiuum peccaminis A 929. — *adiect.*: incentiua luis H 249.
incerare genua Dianae A 457, incerat lapides fumosos idololatrix religio H 404.
incestare: incestans uisus (*in spectaculis*) H 311, incestabo toros S II 173.
inchoator: ille mortis i. rusticus (= *Cain*) H pr 27.
incingere colla ignitis sincera sertis H 269.
incircumcisus Ps 390.
incircumscriptus A 863.
inclinare aurem Pe V 559.
inconprensa manet uirtus A 812.
incorporatus dux salutis C XII 80.
incorporeus A 867, S II 58, 190.
increpare (= *deridere*): ridebat haec miles dei, manus cruentas increpans (*cf.: angustias ualli Remus increpat saltu Flor. I 1, 8*) Pe V 118.
incubare (= *iacere*): incubat in Libya sanguis Pe XIII 4.
inculpabile numen A 946.
incurrere *cum acc.*: incurrit id, quod obuium est A pr² 38 (*sed:* neue in spinosos incurrant semina uepres S II 1029).
incussus, *subst.*: incussu silicis lumina quaerere C V 7.
incutere catenas Pe I 107.
indage uariata S II 846.
indelebilis Pe X 1132.
index, *adiect.*: stillabat uulneris index cruor Ps 700.

indicium: iam dederat prius i. tendere se patris ad solium Pe III 16.
indigere: indigens uictus (*gen.*) C IV 54.
indigus: indiga ueri superstitio S II 510; sanctitatis indigi E 9; indiga membra fouere Ps 628.
indocilis (= *indoctus*): i. fatui ineptia uulgi S I 146, i. fandi 647, indocile uirginis ingenium C III 112, tractandae indocilem ratis S II pr 60.
indomabilis Pe V 11.
indomitus: dum tumet indomitum Ps 296.
indumenta carnis sumunt eque bustis prodeunt C IX 99, auium uersicolorum i. plumea H 295, relaxat ipse i. pedum Pe VI 86.
induperator (= *imperator, rex*) S I 147.
industria: potum cibumque uir seuerae industriae (= *morum rigidorum*) respuebat C VII 67.
indutiarum (= *morae*) paululum Pe II 126.
induuiae (= *uestimenta*): induuias caesae pecudes praebebant S II 288, nudata induuiis Ps 578.
ineffabilis Ps pr 60.
ineptiae: istas intuens ineptias Pe X 249.
inergima: audiat insanum bacchantis inergima monstri A 400.
inermus Ps 806 (*ceteris locis* inermis).
inescare: multas uiscosus inescat pastus H 822; *cf.* 322.
ineuitabile mergunt S II 464.
inexpletus A 751.
inexplicitis tractibus anguis uirus reuomit C III 153.
inexsuperabilis Pe V 170.
inextricabilis mors Pe II 339.
infans: infantium Pe X 662, infantum S II 296, D 113.
infantia repit S II 318, animarum infantia A 913.
infantissimus (= *minime disertus*): largire comptum carmen infantissimo Pe X 3.
infernalis: i. aquae H 826, Iouis i. S I 388.
infinitiui usus rarior: subiecti uice: simplex ut esset credere A pr² 32; cernere erat A 64, Pe XI 131; datur cernere 168 (*cf.* A 42), reparare datur C III 192, uinci et subcumbere uotum est Ps 393; *cf.* S II 115, *passim.* — *obiecti uice*: hausi credere Pe X 685, dat credere, dat pudere facti XIII 27, dat futura nosse C VI 44, dedit transmittere Ps 678; *cf.* S II 427, Pe II 336. — *inf.* = ut *cum uerbo finito*: fixa et statuta est omnibus sententia fidem tueri uel libenter emori Pe X 60, restat illud ultimum inferre poenam mortuo V 386, lex habet istud genus belli tolerando extinguere uires Ps 159. — *acc. cum inf.* = ut: lumina nos monstras quaerere C V 8, Moses suos in mare praecipit tendere 63, sanxit inolescere uermes H 828, ire mandat milites Pe X 42 *et semper fere in usu uerbi* mandandi. — *inf. pro gen. gerund.*: condicio tolerare S I 311; *pro praep.* ad *cum gerund.*: ire raptare Pe X 42.
infirmus (= *aeger*) Pe II 142.
infit (= *loquitur, incipiendi ui non admixta*) A 585, 804.
infitiatrix Ps 630.
influere *transl. de lumine*: lumen aeternae spei non suculentis influens obtutibus Pe X 433.
informare (= *formare*) S I 55, II 267, 1018, A 304, 689.
infulatus C IX 5, Pe IV 79, X 1013.
infusor fidei C IV 11.
ingenitus A 913, H 265.
ingressus (= *porta, ianua*): trinis ingressibus Ps 843.
inhonestus (= *malus*): luxuriam uirgis inhonesto effundere suco coeperat A 62.
iniquus (= *malus; contrarium: iustus*): lux comes est iusti, comes est mors iniqui H 704, *cf.* H 112, 464, 520, 623; *transl.* frutex uitiosus iniquis luxuriam uirgis inhonesto effundere suco coeperat A 61.

inlex, *adiect.*: halitus inlex inspirat tenerum uenenum Ps 328; quo mage ducum corda inlice flecteret arte S II 6, ore blandi iudicis inlice Pe XIV 16.
inlitterata frequentia (= *indocta plebs*) Pe X 82.
inluere: inluto quoniam concreta ueterno est A 923.
inlusus: inlusa uestis, gemma, bombyx, purpura Pe X 512, inlusa pictae uestis inania XIV 105.
inminere: iudex inminebat Pe VI 34, praefectus istis inminens negotiis X 41; cyaneus latex umbram trahit inminentis ostri XII 41.
inmolarier nectar Pe X 345.
inmolator: nati i. unici C XII 48, i. squalidus H pr 49.
inmorari: Loth inmorantem criminosis urbibus Ps pr 16, anguis quassando pressis inmoratur dentibus Pe X 28, nec inmorata est fletibus 832.
inmori: in morem recinens suaue inmorientis oloris S I 63.
inmundus: conpressu inmundo (= *incesto*) miserum adficiens catamitum S I 70, inmundas (= *paganas*) gentes D 188.
inmunis *cum abl.*: cunctis inmunes uiuere flagris D 164.
innatus (= *non natus*): natum scimus ab innato A 246.
innectier A 905, Ps 357.
innocentum Pe X 1093.
innotare: memento te chrismate innotatum C VI 128.
innouare Pe IX 54, XII 5, XIV 60.
innuptus: tener innupto penderet ab ubere Christus A 614.
inolescere: sanxit edaces i. uermes H 828, praemetuit cultus i. Christi S II 682.
inopinus: nascitur -a tempestas Ps 667.
inops: Christi inopem (= *indigentem*) A 880.
inpar ad laudes dei Pe X 565.
inpassibilis A 84.
inpatiens dei (= *qui non potest deum uidere*) Pe II 368.
inpeditus turpi capillos puluere C VII 160.
inpenetrabilis Ps 516.
inpete A 65.
inpiare: qui coinquinatum uitiis cor inpiauit C VI 54, ferrum inpiabis sanguine Pe XIV 36, inpiati saeculi reos X 88.
inpos mentis C IX 53, Ps 584.
inpossibile A 833.
inpuratus Pe X 191.
inremotus excubat (coruus) Pe V 408.
inrogare: prauum iudicet inrogetque mortem C IV 98.
inscripta Christo pagina Pe X 1119, cruce fronti inscripta S II 713, inscripta oleo frontis signacula Ps 360, ecquis chrismatis inscripto signaret tempora ligno (= *cruce*) A 493.
insecabile numen H pr 61.
insecutor (= *persecutor*) Christi C XII 127.
inseruire (= *seruire*): cui lux et aet(h)ra inseruiunt C XII 36, *cf.* S II 339.
insincera acies (*oculorum*) H 4.
insolescere: ne mens insolescat turgida Pe II 208.
insomne latus Pe V 263.
institor (= *mercator*) C II 40 (*cf.* 43).
insubiectus H 699.
insuescere *ui actiua*: mortuos ut redire insuesceret C IX 95.
insufflare: ille, ut hos paratus perspicit, insufflat Pe X 920.
insulsus (= *stultus*): insulsum tenuit credulus usum S I 213.
intactus *cum gen.*: intactam thalami puellam A 568.
intemperans tacendi Pe II 253.
intemporalis Pe X 316.
intentio (= *acies oculorum*): spargitur in bifidas male sana i. luces H 93.
intepescere S I pr 25.
inter: i. uiscera (= *in uisceribus*) C IV 20; i. contagia (= *contagiis, contagio*) H 357; i. procellas excutit (corpus) Pe V 472; luet i. uincula mille C X 108; *postpos.*: hos i. Pe II 573.

interceptus: utero puer interceptus anili A 589.
intercute flatu A 167.
interemptor C XII 114.
intererrare C VI 43.
interfari: talia principibus dicta interfantibus ille prosequitur S II 67.
interfusus: sanguine uix tenui Pudor interfusus Ps 245, praedo potens quem interfusum corda bibunt hominum H 390, (animam) membris tabentibus interfusam participat de faece sua A 817, animas uenis uitalibus intus sic interfusas intellego S II 380.
interitus (= *mors*): euocat tenebrosa ex sede ministrum interitus S I 394.
interlitus: ingens chrysolit(h)us natiuo i. auro Ps 854.
interminus: celsum, -num C XII 39, aeuo -no Pe V 298, *cf.* XIII 42, S II 106.
internecare: ne culmum fibra inanis spiceum simul reuulsa internecet A pr² 50.
internoscere: colubrum docte i. mixtum innocuis auibus Ps 790.
interpulare (-polare): laeta Christi culta fur interpulat A pr² 45.
interrogatio recta pro obliqua passim, e. gr. edatur, cur sacra uobis poëtica fabula praestat S II 50; rogo, quis furor est Pe III 66; *cf.* H 486, S I 406, II 394, Pe III 121, X 186.
intersecat ridens ignes A 134.
interserere: *1.* te quoque conspicuum structura interserit Ps 864, manus et ipse intersere Pe V 151. — *2.* (= *interpellare*): cum furens interserit Asclepiades Pe X 547.
intestabilis Pe X 77.
intimare gesta Pe X 1111.
intra: quod titubauerit, i. naturam uitii est A 876.
intrinsecus Pe II 240, V 157.
intueri (= *uidere*) C XI 101, Pe II 372, X 249, *passim.*
intuitus *1.* (= *uisus, ui concreta*): quamuis hebes i. A 20, qua circumtulit acrem -tum H 902, huc nitido precor -tu flecte faciem C III 6; — *2.* (*ui abstractiore*): liber ad -tum H 913, apostolus negat -tu fontem deitatis adiri A 76, alium capit -tu Ps 486.
inuentor (= *creator*) rutili luminis C V 1.
inuerecundus lepos C VII 13.
inuiolabile iter C X 19.
inuisere: dignati terras i. Christi A 29, *cf.* S II 628.
inuisibilis donum patris A 123.
inuitiabilis aeui spes Ps 626.
inundare: *1.* (= *alluere*): quos magnus inundat Hiberus S II 605; — *2.* (*translate*): (animam) noua gratia inundat A 880.
inuolitare: tenet ille (*Cyprianus*) regna caeli nec minus -tat terris Pe XIII 100, crinis odorus -tans umeris Pe III 152, sentibus -tans deus D 29.
inuolũcrum *1.*: contentum -is S I pr 54. — *2.* (*de corpore, animae quasi ueste*): corporis (*gen. epexeget.*) -is tumulo repostis H 921. — *3.* (*de calceis*): ne sanctum -is pollueret locum C V 36.
ipse *1.* (= *ille*): i. iussit, et creata, dixit i., et facta sunt C IX 13, quos mouerat i. (*ille morbus*) dolores X 112; quisque (= *quisquis*) uidisse deum memoratur, ab ipso infusum uidit gnatum A 22, partes per ipsas (= *ante dictas*) Pe X 1083. — *2.* (= *idem*): ipse fons et clausula C IX 11, haec ipsa uirtus iusserat rubrum salum dehiscere Pe V 481, nouimus esse patrem scelerum, sed nouimus ipsum haudquaquam tamen esse deum H 126, ipso rore, quo S II 813.
is ipse (= *ipse*) Pe II 117, 395; id ipsum (= *idem*) S II 207.
iste: *1.* (= *ille*): huic abscide caput, crux istum tollat in auras Pe XI 65; hic, iste, ille *in enumeratione* Pe II 245. — *2.* (= *talis*) stragem istam non tulit Christus C XI 41, istas intuens ineptias, quas uinolentae somniis fingunt anus Pe X 249, ista

comantibus e foliis munera date Pe III 206, tibi ista praesint numina V 33. — *3.* (= *tuus, uester*) Pe X 171, 818. — *4.* (= *hic, cf. Löfstedt, Per. 123*): eccum, praesto sum, meus iste sanguis uerus est Pe X 1007, haec sunt, quae miraris, ista est Cassiani gloria IX 94, tibi copula iungitur horum, resoluta sed ista seorsum C X 9, animae fuit haec domus olim, feruens habitauit in istis sapientia 131; omne reducens, istud (= *hoc*) tumulis, ast illud abysso A 781, *cf.* H 665; lex habet istud nostra genus belli Ps 159, *cf.* S II 987; templum in istud Pe IV 83 (*cf.* 105, V 135), tute ipse magister istud dedisti ferrum Pe IX 70, nil asperum Laurentius refert ad ista (= *haec*) Pe II 110, martyr ad ista nihil III 126 (*cf.* A pr[1] 10), exarsit istis (= *his uerbis*) X 811. *Cf. etiam* C I 13, A 862, Ps 176, Pe II 331, X 41 *et fort.* 462. *Ad* C VII 181 (corpus istud = *hoc terrestre) et* Pe II 279 (istos potentes saeculi) *cf. Hartel, Paulin. Nol. II p. 434.*

istic (= *hic*) H 820.

item: piscis i. sequitur calamum C III 48; sic cum pater ac deus alter non sit, i. Christus non sit genitore secundus H 38, num Diomedis i. tentoria et acris Vlixi castra uolens Pallas legit? S II 544.

iubere *cum dat.* (*cf. Löfstedt, Per. 15*): tantum nefas uiris i. fortibus Pe X 387; *sequente* ut: iubet, ut redeam A 1069, puppi ut desiliat, iubet S II pr 31, iusserat, ut lux confieret A 1030.

iugis: offensa tandem i. indulgentiae censura C VII 91, iugibus catenis (= *carcere diutino*) Pe I 80, poenis iugibus II 338; iuge (= *iugiter*): iuge uiuentis martyris Pe IV 143, (anima) iuge durans X 472.

iugiter: clausus i. C IV 54, nos subactos i. erroris imperio graui XII 161, conuerte partem corporis satis crematam i. Pe II 402; *cf.* VIII 14, XI 222.

iugulus (= *iugulum*): iugulos Pe III 151, X 64.

iunceus (= *tener*): carnifices iuncea pectora dilacerant Pe III 132.

iuratus: *1.* (*act.*) iuratae Christi sub amore sorores Ps 735, (*cum inf. praes.*): iuratus has arces aequare solo S II 697; — *2.* (*pass.*) iurata sacra resoluit Ps 400.

ius: fit nouus inque nouum ius proficit A 284; praedonis (= *diaboli*) in ius uenerant C XI 38.

iussio: haec deus iussione, quam potestas protulit, mandauit esse Pe X 337.

iustificare animam A 881.

iustitium (*luctus*): arcis i. triste tyrannicae C V 80.

iustus (= *Christianus*): agros sanguine iustorum innocuo maduisse recordans S I 515, tantos iustorum populos furor inpius hausit Pe XI 5; *passim.*

iuuencus (*sidus*): domitum mugire iuuencum A 620.

labes uirilis: inmundum quod non de labe uirili sumit principium A 565.

labi (= *peccare*): l. hominis est H 665; *passim.*

labor (= *morbus*): laboris expertes Pe II 228.

labyrinthus *translate*: anceps l. et error circumflexus A 203.

lacrimantum hominum Pe III 181.

lactantibus horis A 613.

lactare *translate*: *1.* tuos alumnos urbicos lactante conplexus sinu Pe II 571; — *2.* nos amico lactat hortatu C VIII 19.

lacteolus: *1.* (= *tener*): fumant lacteolo paruorum sanguine cunae D 115. — *2.* (= *albus, candidus*): spiritus Eulaliae l., celer, innocuus Pe III 165, -lam mentitus ouem Ps 792, *cf.* Pe XI 245.

lacteus: septem ex columnis lacteis Pe V 32.

lacuna: lacunam uentris inplet C IX 63; — aspera gustatu lacuna (= *lacus*) D 49.
lacus leonum C IV 65.
laetifici successus S II 565.
lammina Pe V 62, 207, X 486, 760, 1084.
lamna S I 438.
lancinare: quidquid lancinamur, non dolet Pe X 460.
lancinatores gregum Pe X 1057.
languens (= *morbo adfectus*) A 683 (*gen. pl.* -tum).
languidulus (= *pinguis*): de -lis fota natatibus flamma C V 143.
languor (= *morbus*) C IX 67, Pe X 482.
laniena Hippocratica (= *ars chirurgorum*) Pe X 498.
large diuites Ps pr 56.
largitas (= *liberalitas*) C VII 210.
laruae S I 631, II 840.
latenter *pro* clam: C VII 105, Pe V 81.
latere: aeterna nox illic latet Pe V 245 (*cf.* latenti chao S I 93).
latro (= *daemon, diabolus*): seruire latroni H 508, spurcum latronem martyrum uirtus quatit Pe I 106, triumfo proteris latronem V 544; *saepius*.
lauacrum (= *baptisma*): sanguis uictoria, lympha l. est D 166 (*cf.* C IX 87), memento te fontis et -ri rorem subisse sanctum C VI 126, hoc ex -ro labe dempta criminum VII 76 (*cf.* expiat aciem fluuiali docta -ro uictricem uictrix abolens baptismate labem Ps 102), exercent ibi mysticum l. Pe VI 29.
laureatus (*de martyre*) Pe XII 6.
laurus *acc. pl.* A 483.
laxare: laxat arua tepens glacies Pe III 204; uox inpeditos rauca laxabit sonos X 15.
legifer (= *Moses*) Pe II 363.
legirupis uiribus H 238.
lego: non aliter, quam si tercentum sensisse senes legerentur in unum S I 605.
lembulus Pe V 455.
lene susurrat A 846; cum lene iacentem planities daret ampla uiam H 796.
leo (= *diabolus*) H 559.
lepos inuerecundus C VII 13.
leuamen (= *auxilium*): ad l. pauperum potentes E 10, l. (= *solacium*) indulgentiae Pe V 568.
leue praenatans Pe VII 73.
leuitas: ut -tem prospicit obtritam monstri Ps 274.
leuuita Pe II 39, V 30, leuuitis (*abl.*) VI 3, 15.
leuuites Pe V 145.
Leuuitis: Ratio, gentis Leuuitidis una Ps 502.
libellus (= *liber*) A 15, Pe I 76.
liber ab ignibus C V 135, l. ab omni dolore Pe X 519.
libramine aequo (= *iuste*) Pe X 1134.
librare: spem super aëra librat H 381.
libum *1.* (= *libamen*): exstructo agimus liba sacrario C V 140, uotorum liba S I 113. — *2.* (= *esca*) C IV 69.
licenter: l. diffluens potu et cibo C VII 16; dicis l. haec poëtas fingere Pe X 216.
licito iactantius H 170.
ligamine facili H 137.
lignum (= *crux*): A 5, 493, Ps 408, Pe I 36, XII 12.
ligula (= *lingua*) Pe X 978.
limen: lucis ipso in limine (= *uita ineunte*) C XII 126.
limus (= *caro humana*): inperfectus limus mortalis erat tunc A 990, limi recentis hospita (anima) A 828 (*cf.* 1025), l. tabidus C VII 191, l. fragilis VIII 61, rudis l. A 902, *saepius*.
linteolum (= *ellychnium*): caua testula sucum -lo suggerit ebrio C V 18.
linteolum palliolum Pe III 180.
liquabile saxum H 743.
lĭquens: *1.* ceraque liquenti S II 42, fluctus liquentis aequoris pressit pede Pe X 947, fluctusque liquentes calce terens D 137. — *2.* (= *clarus*) per poli liquentis axem Pe I 88.

lĭquēre: tibi conditor unus non liquet H 3.

liquescere (= *euanescere in auras*): discede, Christus hic est, hic Christus est, liquesce! C VI 146, uentoque liquescit adsimilis A 954.

lĭqui: liquitur illa (*uxor Loth*) salsis sudoribus uda H 749, fons liquitur S II 800, uis roris fumidi in membra sensim liquitur Pe V 232, (caro) tumescit, liquitur, faetet, dolet X 508, praepinguis liquitur umor (*oleum*) D 175.

liquidus (*de natura caelesti*): 1. spiritus A 694, liquida sapientia S II 628, uim liquidae rationis C III 190, liquidam de sidere uocem A 586 (*de eloquentia* S I 637: liquidam temerauit crimine uocem), liquidam circumdare flammis naturam S II 187, liquido praelibera motu A 87, (anima) de liquido naturae semine primos accipiens habitus 903, liquidis uidendis aptus est animae liquor Pe X 438, sensus liquidos H 513; — (*de coloribus*): liquidis expressa coloribus Pe IX 93, picta species liquidis uiget umbris XI 125; *cf.* animas colorum uiuentes liquido lux euomit alta profundo Ps 853.

liquor *1.* (*de qualibet materia liquabili*): liquor (= *lac*) in solidum coit C III 68; siccatus perit uipereus l. (= *uenenum*) S I pr 42; fauorum agrestium liquore (= *melle*) C VII 70; oculos et ipsos perluit liquoribus (= *sanguine tauri mactati*) Pe X 1038; si forte uultum tristioris Herculis liquore crispo (*aeris*) massa finxit fusilis 284, gurgite pulueereo mersos liquor aridus (*calx liquefacta*) uorauit XIII 84; liquor ambrosius 12; — 2. (= *de natura spirituali*): liquidis uidendis aptus est animae liquor Pe X 438, pulsus abi, uentose liquor (*daemon*)! A 411.

litamen: cuius l. sordet et terram sapit H pr 50.

litare: 1. *sine obiecto passim, e. gr.*: idolis l. nigris Pe I 42, litans Hecaten placabat sanguine multo A 460; — 2. *cum acc.*: exta litant sculptis tabida saxis S II 780, talia pro patriae censere litanda salute S I 391, lege sub hac: salis aut micam iecur aut suis litarent Pe XIII 81, bouis, cuius litata caede permadescitis X 1010; tu mortes miserorum hominum prohibeto litari S II 1125, poscit litari uictimas Christo et patri frontis pudorem, cordis innocentiam Pe X 354, ieiuniorum litamus uictimam C VII 5, iustitiam litant et templum pectoris ornant S II 842.

littera: *1.* magister litterarum (= *scribendi compendiose*) sederat Pe IX 22; — 2. (*transl.*): quae iam littera Christum non habet? A 376, dum liber ullus erit, dum scrinia sacra litterarum Pe XIII 7, tu mysticis minitaris ignem litteris V 187.

litterulis signata sepulcra loquuntur martyris aut nomen aut epigramma aliquod Pe XI 7.

liuor (= *uibex, uulnus*): quem plaga flerat roscidis liuoribus Pe X 705.

locare (= *collocare, ponere, statuere*): alliaque et serapen caeli super astra locare S II 868, dextra in sede locare A pr[1] 9 (*cf.* S I 271, *sed* A 875: ut certa sede [*sine* in] locetur), sceptra Romae in uertice rerum locasti Pe II 418, Roma in solio locata IV 62, non sine grandaeuis (= *senioribus, senatoribus*) curarum in parte locatis S II 417; longo locatos ordine adstare pro templo iubet P II 163.

locuples: da, l. deus, hoc famulis C III 171 (*cf.* Pe II 122), locus populis l. Pe III 8, l. mundi species H 332, locupletem fundere partum 193; *translate*: locuples facundia Pe XIII 17 (*cf.* diues facundia S I 634).

locus: locos = loca H 895, S II 448, 504 (alumnos locos), 832.

longum silet Pe X 393.
loquax *de rebus mortuis*: eremi saxa loquacibus exundant scatebris C V 89.
loquella A 235, Pe VI 92 (serit -am), X 945, 953, loquellis A 34, 578.
loqui *cum obiecto* (= *referre, narrare, exhibere*): cur uetustae gentis exemplum loquor? C VII 176, pauca loquar A 1, sepulcra loquuntur martyris nomen Pe XI 7; — *admixta notione laudandi:* Christum loquor Pe X 563, omnia Christum loquuntur A 392, Christum loquenti lingua numquam defuit Pe X 928, nomen sacrum loquitur (= *effingit*) purpura sanguinis eliciti III 139; — *dicere uelle, in mente habere*: caecos loquor A 126 (*cf.* 777), agnoscis illum, quem loquor Pe X 1008; *cum acc. c. inf.*: diuini pagina libri uerbum in carnis loquitur fluxisse figuram A 108, quid loquar purgata morbis corpora? Pe I 112 (*cf.* H 230, S I 271); — grande loqui Ps 285, modesta loqui Pe XIII 31; — loqui (= *precari*) in C IV 101.
lotus (= *baptizatus*) A 487, Pe VIII 10.
lubricat cliuum Pe XII 35.
lubricus: pestis -corum daemonum C IX 55 (*cf.* dominatio -ca mundi = *potestas daemonum*) H 540; lubricum *uice subst.*: linguae locutus -co est C I 62; lubricus = *libidinosus* Pe XIV 45, *passim.*
lucisator: C III 1.
luctamen: H 509, Ps 176 (l. init), *cf.* S I 644, Pe V 215 (l. conserunt), uocet ad luctamina H 639.
luctarier: profunda l. ratione tecum Pe X 651; — luctandŏ C II 91, H 147.
luctator angeli C II 74.
lŭcusta (loc.) C VII 69 (*cf.* D 117).
ludere: *1.* l. numen Ps 713, bellum ludebant 435, talia ludebant pueri per membra magistri C IX 83; — *2.* (= *arte effingere*): luserat minio saniem Pe XI 130; *cf.* lusit (= *exornauit*) magnis ambitum talentis XII 48; — *3.* homicidia ludat (= *ludum homicidiis agat*) S II 1129; — *4.* (= *fallere*): ludere uentosas iactu pereunte sagittas S I 655, cassos ludit fortuna lacertos Ps 525, puellae luduntur dolis Pe X 181; lusus pauore multo C VI 55, Rhea lusa pudicitiam amisit S I 175; — *5.* (= *indigne tractare*): insignes animas ludere poenis S II 675; ridemur et per tot figuras ludimur Pe II 315, daemon ludit hos, quos ceperit X 1088.
ludibrium: ludibria cordis Ps 16, *cf.* 456, grana iacent foeda ad ludibria coruis S II 1034, *cf.* Pe X 240, 870; (= *amor incestus*) S I 159, Pe XIV 30.
ludicrum: expertus pueri quid possint ludicra parui Ps 298.
luere (= *pati*): primus exitium (= *mortem*) luas Pe X 94; mors luenda est V 52; laqueis minacis inplicatus Iuliae luat seueram uictus et Scantiniam X 204; luiturus (= *pretium soluturus*) Ps 535.
lugubre in antrum truditur Pe V 238; lŭgubri C IX 79.
luis (lues = *morbus*) S I 5 (*cf.* Pe II 222), H 249; — (= *uitium*) l. inproba Ps 508, auara 558; — (= *persecutio*) se furiata l. excitat in famulos domini Pe III 26.
luminare: atria luminat alma nitor Pe III 192, frontem serenam luminat V 127.
lupino ritu (= *more luporum*) Pe I 98.
luteolus Ps 354
luteum sapit C X 26.
lutulentus *eadem notione qua* luteus: condidit ipse hominem, lutulenta et membra coëgit H 117.
lychnus C V 14.
lymfaticum uenenum H pr 59.

maceries (= *murus horti*) H 226.
machina (= *moles mundi*): trina rerum m. C IX 14, si uitiis agitata suis mundana laborat m.

H 249, uerbo creauit omniformem machinam Pe X 339.
macte iudex mortuorum C IX 106.
madere *de aëre*: auras madentes Persicorum aromatum Pe X 363.
maesta spolia Ps 541.
mage: m. potens Pe III 9; m. paenitet S I 517; quo m. *in sententia finali* S II 6, Pe XIII 19.
magia Thessalica S I 89.
magis *cum adiectiuo pro comparatiuo*: nil est dulcius ac m. saporum C IV 94, m. aligera H 539, m. medicata *ibid.*, m. utile 710, m. debilem Pe II 235; — *cum uerbis coniunctum*: H 920, S I 71, II 839; magis magisque fertur in uesaniam Pe X 1003.
magister *1.* (= *dux*) ite, signorum -stri, et uos, tribuni, absistite Pe I 64; inter uitae dominum mortisque -strum H 720, parete -stro sceptra gubernanti S I 37, pecoris -strum D 30, *cf.* Pe XI 91; — *2.* (= *praeceptor*): m. litterarum sederat Pe IX 22, *cf.* 40, 83, S II 22, te, sancte m. (*ad Valerianum episcopum*) Pe XI 233, te, m., consulo A pr² 1, gentium -strum (= *Paulum*) Pe XII 24, -stri criminum V 78, morum m. S II 434; — *3.* (= *Christus*) consecrati tu m. dogmatis C VII 197, tantus aeterni fauor est -stri VIII 17; *cf.* VI 78.
maiestas (= *deus*): m. gnara futuri H 840; *cf.* A 26, S II 504, Pe VI 119.
male (= *non*): sexus m. fortis H 277, m. sana intentio (= *acies oculorum*) H 93, m. sana Superbia Ps 203.
malefaber (male faber): suadellis male fabris H 714.
malesuadus C III 113, Ps 404, D 2.
malignitatum uulnera Pe II 260.
malignus: ibat malignum murmurans (*lupus*) Pe V 417.
mammona, mammoneus *u. Ind. IV.*
manare: manantem deo originem (luminis) C V 30.
manceps carceris (= *custos c.*) Pe V 345.
mancipare: (anima) disiuncta Christo mancipatur (= *traditur*) Tartaro Pe X 475, raptare plebem mancipandam uinculis 44.
mancipium Christi (= *hominem Christianum*) uexas A 408, gehennae m. H 128, nouum ludibriorum m. Pe XIV 30.
mancus: manco ordine A 619; error mancum claudicat Pe II 231.
mandare: *1.* (*c. inf. fin.*): monstris quod mandet habere (*pro* habendum) marinis Ps 723; — *2.* (= *iubere*): tua per uestigia mandas socium crucis ire latronem C X 159, *cf.* S II 261, *saepius*; *cum acc. c. inf. pass.*: quem tuum fieri mandas Pe XIII 59, tormenta inuri mandat X 1090, mandant (reliquias) restitui cauoque claudi VI 140, quod mandet illic nectar inmolarier X 345; *c. particula* ut: mando, ut abluantur C IX 32; — *3.* (= *imperare*): flatibus otia mandat A 657.
mane nouo C II 15, III 86; fit mane, nil sunt omnia I 96.
manica (= *uinculum*) S II 733, H 434, Ps 567.
mapalia senis (= *Abraham*) Ps pr 46.
marcere: marcent suppliciis Tartara mitibus C V 133, nonne uides, ut ignis marceat? A 480, marcentem sub corde fidem S II 1045.
marcidus: frequenti marcida oblectamine scintilla mentis C VII 18.
margăritas spargere inter sues Pe X 648.
margăritum ingens Ps 873.
marita: animam spiritus conplexibus pie maritam faciet fertilem Ps pr 65.
maritare (= *fecundare*): uirtus diuina puellam maritat A 569.
marmor (= *mare*): remenso marmore Pe V 494.
marsuppium: inanis a marsuppio Pe II 104, tiniis marsuppia crebris exesa Ps 600.

martyr, *acc.* martyras Pe II 579.
martyrium Pe III 9, XI 21, [ambo gustarunt leuiter saporem martyriorum IV 188].
mas infans C XII 101.
masculinum germen Pe X 1069.
massa: haerentis massae (= *glaebae humi*) contagia A 1030.
mastigoforus S II 517.
mastrucis proceres uestire togatos S II 699.
materia: aeris materia C IV 42; nimiosque retundere pulsus materiae fragilis H 526, materiam peccati ex fomite carnis trahit A 927.
materies (= *corpus*) C III 99, A 167, 168, H 945.
mathĕsis *u. Ind. IV.*
mĕander C VI 142, VII 124.
meare (= *euolare*): uidit satelles auem feminae ab ore m. palam Pe III 172.
meatus *1.* (*de aquarum motu, cursu*): Iordanem nouimus ad fontem refluis retro confugisse -ibus Pe VII 70; — *2.* (*de uocis uia*): artabat ampli nominis praeconium meatus unus Pe X 565, per cauernosos iussit penetrare meatus uocis iter H 319, uox ueritatis extingui nequit, nec si recisis palpitet meatibus Pe X 10, ut uerba in ipsis explicent meatibus uel exitu oris (*i. e. sine lingua*) 938; — *3.* (*de auditu*): clausus aurium meatus C IX 64, *cf.* H 650.
